Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gregor Francke

Gregori[i] Gregori[i] Franci, S. Theol. D. Lexicon Sanctum, Ex Ipsius S. Scripturae Explicationibus Nominum Propriorum, quae in Hebr[a]eo Codice, & omnibus eius translationibus extant, concinnatum : Cui adiuncta est Onomatoscepsia Seu Omnium tam Veteris quam Novi Testamenti nominum propriorum Hebraicorum evolutio ; Ad Facilem Et Expeditam Linguae S. cognitionem comparata, & innumeris aliis utilitatibus accommodata


Hanoviae: Hanoviae: Schleichius: Zetter: Typis Wechelianis, 1634

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Fc_4404 1.2.
C I d.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0002
DFG


Bibliotheca
Academica
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0003
DFG

GREGORII GREGORII

FRANCI, S. THEOL. D.

LEXICON SANCTVM,

EX IPSIVS S. SCRIPTVRÆ EXPLICATIONIBVS NOMINVM PROpriorum, quæ in Hebræo Codice, & omnibus eius translationibus extant, concinnatum:


Cui adjuncta est

ONOMATOSCEPSIA SEV OMNIVM tam Veteris quam Novi Testamenti nominum propriorum Hebraicorum evolutio.

AD FACILEM ET EXPEDITAM LINguæ S. cognitionem comparata, & innumeris aliis utilitatibus accommodata.



HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, sumptibus CLEMENTIS SCHLEICHII, & PETRI de ZETTER.
Anno M. DC. XXXIV.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0006
DFG

PRÆFATIO DE Scopo & Vsu Operis.

TEstatur experientia, esse nonnulla: quæ ab aliis quidem tardissimè, non absque labore diuturno & impensa gravi, ab aliis verò minimo negotio, & sine ullo ætatis dispendio facillimè acquiruntur. Sunt &, quæ naturæ atque ingenij solius beneficio nullo modo præstari possunt: artis autem operâ promtissimè expediuntur. Quæ res efficit: ut ingeniorum felicitati minus quàm institutioni & exercitationi artificiosæ tribuendum esse haud pauci semper opinati sint. Sanè ars Mnemonica eò provexit industrios quosdam cultores suos: ut *tanquam literis in cera, sic imaginibus in iis locis, quos elegerant, quæ meminisse vellent, perscriberent*: quod totidem verbis de Carneade & Metrodoro *Cicero* testatur, & hodierna experientia abunde confirmat. Brevi temporis spacio unum exemplar in tot volumina multiplicari posse, admiranda inventio est artis Molybdographicæ, & uberrima ad gloriam nostri seculi immensis laudibus deprædicandam materia. Omitto πολύδειξιν seu poli Borealis ostensionem

expedito artis nauticæ & pyxidis Geometricæ artificio nobilitatam : ex qua tam mira in usus humanos redundant beneficia: ut quæ de aureo priscorum seculo narrantur, pro ludo & joco haberi possint, si cum præsentium temporum facilitate & navigandi itinerandique securitate conferantur. Quid dicam de Telescopiis seu specillis novis ? quorum beneficio ad remotissima locorum intervalla oculorum aciem porrigimus. Polybij ex decimo historiarum libro verba sunt, *sæpe ea, quæ initio non difficilia tantum esse, verùm omninò fieri non posse videbantur, mox ut accessit tempus & consuetudo, facillima omnium evadere.* Argumento esse dicit *faces lucentes*: per quas conventione cum alio quamvis magna locorum intercapedine absente dissito facta, quicquid volueris, ei significare possis: *licet* (inquit) *trium quatuorve dierum iter, aut etiam longius abfuerit : modò necessariam diligentiam adhibeas.* Hęc de sua *Pyrsia*, commemorat Polybius: qui de inventis aliis alibi consimilia tradit, præsertim de varia occultè scribendi ratione, adeo nostris temporibus excultâ, ut inventus sit teste Casaubono in Notis ad Æneæ Tactica, *qui literas in ignoto sibi idiomate scriptas retexuerit, ut possent ab interpretibus exponi.* Archimedæa nostrorum Germanorum inventa naturam non æquâsse sed vicisse, multis per-

perſuaſum eſt, effeciſſeque, ut in poteſtate noſtra eſſent quæ prius ſupra omnium vota erant, & omnem fruſtrabantur diligentiam. Vtinam in hoc genere aliquis exiſteret: qui ſcribendi rationem à Chinenſibus acceptam ad Europæos transferret! Eorum namque characteribus quæ ſcribuntur, ab omnibus cuiuſcunque gentis ac linguæ populis, qui eam ſcribendi rationem nórunt, legi poſſunt atque intelligi. Hac ratione Chinenſium Imperator diſcrepantium quamvis linguarum ſubditis, quos habet, edicta tamen eodem ſcripta charactere mittit: quæ opus non habent, ut in diverſas linguas transfundantur. Iidem enim characteres res eaſdem apud omnes ſignificant. Quo eodem modo Gentes quantumvis diverſæ ſua invicem ſenſa per univerſum orbem communicare poſſent: ſi hoc artificium innoteſceret, & commune omnibus per orbem ſparſis hominibus fieret. Qui antiquæ artis Notariorum recordantur, non verba ſed ſententias integras una ſæpe nota exprimentium, & ſcribendi velocitate loquentis ſermonem æquantium, imò antevertentium, id, quod ominor, ab ingenioſis propediem repertum iri, & erupturum in lucem, haud dubitabunt. Nos dum hoc expectamus & optamus, ad rationes noſtri Operis aperiendas *de facili &*

promta ſanctæ Linguæ cognitione accingimur. Ac ne longè abeamus, veram docendi rationem apud omnes conſtat Philoſophos hanc eſſe debere: ut à facilioribus & notioribus ad minus nota & facilia deducat. Hinc illa toties ab Ariſtotele repetita: ἐκ τῶν γνωεμωτέρων, καὶ σαφεστέρων, καὶ πρωτέρων, i.e. ex notioribus magiſque perſpicuis & prioribus. Hęc perpetua methodorum omnium lex eſt confeſſa inter omnes: cuius vis & uſus eo efficacior eſt: quò notiora ſunt & magis perſpicua, quę alicui inſtitutioni ſubſternuntur: præſertim cum nec illud convelli poſſit, quod ab eodem Ariſtotele uſurpatum perpetui canonis robur obtinuit, πᾶσαν γνῶσιν καὶ πᾶσαν μάθησιν ἐκ προυπαρχούσης γινεσθαι γνώσεως, i.e. omnem cognitionem, omnemque diſciplinam ex antecedente aliquâ cognitione & notitiâ proficiſci, eiq; tanquã fundamento ſuo inniti. Longũ eſſet & ſupervacuum ire per ſingula: quare hoc ceu omnib⁹ notũ minimé q; controverſum ſupponimus. Vſum aũt & vim huius pręcepti in noſtra methodo quadruplici documento oſtendimus. Quorum primum petitũ eſt ex cõmuniſſimis illis nominibus Hebraicis, quæ vel lippis & tonſoribus (ut eſt in proverbio) nota ſunt: quibus inter complexus nutricũ, & matrum delicias ab infantia aſſuescimus: quæ aures noſtras in concionibus publicis,

blicis, in familiari sermone & omni usu vitę privatæ & publicæ nunquam non feriunt & circumsonant: quibus deniq; in meditationibus, precibus studiisque nostris, lectionibus atque exercitiis perpetuò utimur. Talia esse notissima, ut quę non tam in scholis discuntur, quàm ad eas afferuntur, nemo dubitare potest. Rerũ certè quæ nostris obviæ sunt atque expositæ sensibus usum & notitiam profitemur esse omnium certissimam, deque his atq; talib. ambigentem, non μαθήσει sed κολάσει dignum cum Aristotele judicamus. Has a. propemodũ imitantur notiones illæ, de quib. agimus. Negari n. nequit, in omnes omnium gentium linguas unà cum religione & Evangelii per universum orbem propagatione talia nomina trãsiisse: ut iam nullus mundi sit angulus, in quo nõ canatur *Halleluiah*, & *Amen* audiatur, *Iehova* vocetur & invocetur, *Cherubini* ac *Seraphini* aliaque id genus innumera, voce & scriptis quotidie frequententur. Nulla gens tam est à cultu Dei aliena, quæ nominibus Prophetarum & Patriarcharum se suosq; non gestiat insigniri. Quã latè patet Orbis, quãvis ad Sauromatas Indosque extremo semotos orbe processeris, occurrent tamẽ inter viros *Davides*, *Abrahami*, *Iacobi*, *Salomones*, *Danieles*; inter fęminas *Saræ*, *Elisabethæ*, *Rebeccæ*, *Annæ*, *Mariæ*: ut sine ambiguo ullo mentis sensu asseverare cuiq; licet, hæc nomina

sacra iisdem cum orbe terrarum finibus terminari, nec minus latè patere, quàm sermo hominum & vitæ atq; commerciorum societas, diviniq; ac humani juris, quãtacunq; esse potest, communio porrigitur, non minus piis atque impiis esse communia, empæctis tam cognita, quàm religiosis, nulliusque adeo affectum adspernari, nullius hominis usum refugere, sive Græci sive Barbari, sive Turcæ sive Christiani, sive Britanni sive Palęstini, sive Europæi sive Afri: aut si quid propter innumerabiles populorum nationumque varietates ac differentias remotius magisve dissidens inter se componi potest. Nam quamvis nos homines immensis penè, atque impenetrabilibus locorum spacijs dissiti simus, moribus, linguis, habitu, studijs discreti, & nihil penè, præter figuram & naturam humanam inter nos communem habeamus: quamvis (inquam) infestissimis animis armisque inter nos dissideamus; in eo tamen universi concordiam jugem, consensumque retinemus inviolabilem, quod omnes *Iehovam* Deũ *Israëlis* & Deum *Zebaoth* invocamus, & vocula *Amen* preces nostras concludimus, & *Hallelujah* cantamus, & *Messiam* novimus, & *Adamum* atque *Evam* primos nostros communesque parentes agnoscimus, & *Iudæos* oculis nostris obuersantes compellamus,

mus, *Paradisum*, *Ierusalem*, *Bethlehem*, *Tyrum*, *Sidonem*, aliaque locorum nomina usurpamus. In his indissolubili amicitiæ vinculo conspirationisq; laudabili societate ad unum omnes confœderamur. Quod penitius intuenti non potest non argumentum præbere evidens singularis Dei providentiæ: quâ CHRISTI gloriam omnibus gentibus innotescere voluit: addo etiam, testimonium hoc esse ineluctabile VERITATIS Christianæ religionis & divinitatis CHRISTI. Hic enim fore prędixit: ut non prius orbi terrarum incumberet decretorius ille extremi judicij dies, quam suum nomen per omnes mundi angulos crebresceret, & præconia Euangelij inter gentes celebrarentur, adeoque Apostolorum, Prophetarum, Sanctorumque nomina, à quibus hæc vox in omnem terram exivit, ubiq; terrarum innotescerent. Quod cum nunc abunde impletum videatur, cultoribus cælestis sapientiæ vel solum queat imò debeat esse calcar: ut non tantum ipsi hęc autoramēta divinę veritatis, atq; benignitatis humano generi declaratæ monumenta in animos demittant: verùm etiam ad ea respiciant stabilimenta, quibus ad Atheos, Empæctas, Epicuræos fortiter convincendos fructuosè simul ac validè uti queant in concionibus, lectionibus, scriptis, colloquiis & omni exercitio

tio religiosarum meditationum. Prodeat enim illusor quispiam ac sycophanta, speciosequemulta jactitet ac crepet de religionum priscarum observantiâ, solennitate ceremoniarum, Sacerdotum ac Vestalium castimoniâ, Antistitum majestate, diuturnitate legum, multitudine fautorum, applausu ac felicitate cultorum: quibus sese contra ὀρθοδοξίαν nostram illa paganorum impietas tueri solet: facilè ostendemus vana esse & ridicula omnia, si cum Catholica nostræ religionis puritate & perpetuâ soliditate comparentur. Nam cum illis vix vestigium amplius superstit eius devotionis: qua sese Ethnici olim venditarunt: nũc inexpugnabilis ubique viget consensus de Deo, CHRISTI maiestate, fidei claritate, æternę vitę spe, nec non eorum, qui hæc nobis tradiderunt atque commendarunt, autoritate: quæ Catholico omnium gentium consensu hoc nostro tempore roborari, est quàm evidentissimum.

Hoc ergo primum nostrum fundamentum est, quo ὀνοματοσκεψίαν nostram stabilimus; nempe communis omnium notitia: cui tutò ædificium operis reliquum imponimus. Id solùm addimus: sacrarum literarũ studioso, qui perdius ac pernox est in divinis voluminibus versandis, Sanctorumque Patrum lucubrationib. scru-

scrutandis, & Theologorum scriptis volvendis ac revolvendis multò magis quàm alijs, ea quę hîc supponimus oportere nota esse ac pervagata. Ex quo confestim illud quoque planum evadit, perfaciles fore ac familiares eas originationes, quibus istiusmodi nomina sacra explicantur, adeoque *Radices*, ut Hebræi vocant, in istorum talium virtute animis omnium imprimi, & stylo quasi ferreo tam altè per consuetudinem non seria tantum, sed etiam jocosa loquentium infigi atque insculpi: ut non ante quàm vitalis ipse spiritus nos relinquat, elidi queant, atque ex memoriâ aboleri. Mens porrò nostra, quæ eius est solertia & dexteritas, si semel fuerit monita, ut notionem explicatam cuiusque vocis sortiatur, non potest eam, si vel maximè velit, obliviscì, præsertim in præsente negotio, quod de sacris vocibus urgemus. Hîc enim scriptura ipsa nobis haud paucis in locis præit, ediſſeritque, qua ex causa quæ nomina his, istis, alijsve sive personis sive locis fuerint imposita. Nisi ergo scripturæ eiusque lectioni & concionibus ac meditationibus nuntium mittere velis: non potes huiusce fructus jacturam unquam facere. Quare firma stat hęc basis prima: quam nostro ædificio sacro substruximus.

Alte-

Alterum instituti nostri fundamentum est linguarum harmonia, & cum Hebræâ illâ omnium reliquarum matre convenientia. Vt enim quæ cæli ambitu terræque complexu continentur universa corpora ad unum aliquod principium primum reduci fas est : cui quò quidque propius affinitate & cognatione conjungitur, eò nobilius censetur : ita divinitus contigit: ut quamvis in varios anfractus & flexus reflexusque à primâ scaturigine deerrent rerum, quæ sermonis usu celebrantur, notæ, tamen radicem suam, ex qua veluti rami ex arbore pullularunt, atque enatæ sunt, si oculis non conniventibus inspiciantur, negare vel dissimulare haud queant : imò quò propius radicem suam primam attingunt, eò & ipsę præstantiores meritò sunt censendæ: quo de alibi commodior dicendi locus erit. Nos nostræ nunc Harmoniæ insistimus, quam ex quadruplici rursum fonte derivamus.

Primo occurrunt voces: quas Catholicas rectè nominaveris, propter communem earum usum: quem non tam consuetudo & consensus hominum quàm natura ipsa rebus assignâsse atque impressisse conspicitur. Nam quamvis non omnino improbemus sententiam Aristotelis : qui κατὰ συνθήκην seu ex instituto ac consensu hominum nomina rebus esse imposita

contra

contra Platonem asserere solet: tamen quia haud exiguus eorum existit numerus, quæ non minus atque ignis, aër, aqua, cælum, stellæ & reliqua Creatoris summa opera communia sunt, nemo non videt vacillare in his demonstrationem Aristotelis, qua conficere se posse arbitratur, consensu nudo, non etiam naturę quodam instinctu atque impulsu ὀνοματοθεσίαν constare: Quia diversas in diversis linguis earundem rerum notas esse apparebat, hinc factum est, ut æmulus iste Platonicæ doctrinæ, satis sibi præsidii relictum esse putârit in Præceptoris sui assertione obnubilanda: quę tamen nec falsa omninò est, nec adspernanda: ut ex sequentium rationum momentis ad liquidum patet.

Immensus profectò occurrit numerus eorum nominum, quę rerum naturam, quam eandem ubique & apud omnes esse modò dicebamus, imitata communi gentium usu teruntur, & levi duntaxat inflexione aliqua à se invicem dissident: qualia sunt שַׂק, *saccus*, σάκκος, sack. קֶרֶן, κέρας, *cornu*, horn. קִנָּמוֹן κινάμωμον, *cinnamomum*, zimmet. כַּרְכֹּם κρόκος, *crocus*, vel *crocũ*. בַּעַל שָׁמֶן *balsamum*, βάλσαμον, balsam. פַּרְדֵּס παράδεισος, *paradisus*, paradeiß. יַיִן οἶνος, *vinum*, wein. כַּמּוֹן *cyminum*, κύμινον, kümmel. קְצִיעָה κασία, *cassia*, kassie. מֹר *myrrha*, μύρρα, myrren. כָּנַר *canere*: unde

unde כִּנּוֹר κιθάρα, *cithara*, zitter. קוֹל, i.e. vox: ex quo *calare*, καλεῖν, *clamare*. פְּרִי καρπὸς, *fructus*, frucht. סָפַר *scribere*, γεάφειν, schreiben. תַּחַשׁ *taxus*, τάξος, tax. שָׂטָן, *Satan*, satan. שַׁבָּת Σάββατον, *sabbathum*, sabbat. נֵרְדְּ *nardus*, νάρδος, narden. עֲרָבִי ἄραψ, *Arabs*, Araber. בּוּץ βύσσος, *byssus*, weiß. שִׂכָּר σικέρα, *sicera*. סָדִין (quod Galli prorsus retinent) σινδὼν, *sindon*, seiden. אֵזוֹב ὕσσωπος, *hyssopus*, eisip / vel ysop. מֶלַח ἅλς, *sal*, saltz. His & consimilibus nominibus Catholicis literas Alphabeti possumus annectere, quas integris nominibus insignitas habent linguæ Orientales & Græca: à qua Occidentales demum populi Alphabetum suum mutuati sunt. Est autem hic perquã notabile: quod nulla Lingua, præter unicam Hebræam, rationem reddere queat, cur ἄλφα vocetur prima litera, secunda βῆτα, tertia δέλτα, & sic deinceps. Qua ex re divina eius origo clarè conspicitur: sed nos ad alia properamus. Id solum ex Catalogo, quem contexuimus, ostendere nitimur, innumera esse vocabula, quæ necessitatẽ Babylonicæ confusionis evaserunt, &, quod divinæ providentię imputandum est, per tot ruinas rerumpublicarum, gentium transmigrationes, populorum deportationes, in tanta rerum humanarum conturbatione & perplexitate, qua deorsum sursumque volvuntur ac revolvuntur omnia, sarta tamen

tamen & integra in hunc usque diem remanserunt. eo procul dubio fine: ut humanum genus agnoscat, ex uno omnia fonte profluxisse, & vicissim in illum ipsum fontem, qui alius quàm Hebræus ne fingi quidem potest, esse quasi refundenda. Ac quamvis de futura beatorum gloria nihil nobis temerè pronuntiare liceat: haud tamen absurdè, opinor, quis dixerit, usum sermonis, quo glorioſa beatorum societas olim sensa animorum sibi invicem communicatura est, in Hebraici idiomatis & horum ce nominum frequentatione esse duraturum. Si enim DEUS Abrahami, Isaaci, Iacobi Deus vocari voluit, si horum, aliorumque sanctorum nomina, teste CHRISTO, in cælis scripta sunt, haud arbitror esse ambigendum: quin perpetua istiusmodi signa, quæ nulla deleri oblivione, nullis seculorum decursibus obliterari potuerunt, in omne ævum permansura sint, & mutuę beatorum communicationi ancillatura. His ergo nominibus observatis, & ad usum, quem monstravimus, translatis, magnam Hebraicæ literaturæ partem hausisse jam sibi videbitur, qui ita ea calletac discit, ut quid propriè significent attendat. Gratia exempli. Catholicum nomen est Balsamum. Vix enim quisquam existit, qui illud ignoret. Si jam tibi constet, id

pro-

propriè hac voce notari, quod imitantes Galli eleganter dicunt *Maistre huile*, κύελον ἔλαιον, *princeps oleum*, nos herrenöhl: בַּעַל enim *dominum* significat, שֶׁמֶן *oleum*: duas jam radices habebis ex illa voce Catholicâ explicatè cognitas: ut hebraicè te scire gloriari jam possis, imò hinc planè etiam convincaris, te, sive nolentem sive volentem, Hebraica multa quotidie loqui, legere, scribere: nec aliud deesse quicquam: nisi ut quod legis & loqueris intelligere discas. Atque hic primus ex Harmonia ceu fonte primigenio rivus est, universalia, quæ nos Catholica vocitamus, nomina nobis propinans: in quibus multum momenti situm est ad ædificium hoc quod meditamur excitandum, nemo non intelligit.

Extat alius nominum ordo, quem primi Nomenclatores à sono rerum, quas notant, desumserunt. Quia enim sonus objectum est auditus, rectè à strepitu, vel voce, vel cantu vel susurro vel sibilo suo res, quæ se voce, cantu, strepitu produnt, denominantur: tum ut distinctio sit inter res mutas & vocales: tum ut naturam rerum singularum, earum quoq; nomen ceu signum, quod signato analogum esse debet, imitetur: denique ut memoriæ imbecillitati consulatur. Quotiescunque, verbi gratia, passeris vocem audis, quæ est, tschirp/

tschirp:

ſchirp: toties tibi in memoriam venire neceſſe eſt Hebraicum צִפּוֹר & *paſſer* & ſperling: nam hæc omnia nomina, ſunt, uti Græci loquuntur, πεποιημένα, ex avis quam ſignificant, garritu formata & efficta. Hebræis cymbalorum tinnitum refert vox צְלְצְלִים, ſicut Græcis κύμβαλον, nobis ac Latinis Cymbeln. Idem fit in תֹּף τύμπανον, *tympanum*. Sic in קָרָא, i.e. vocavit: unde κεκράζω, κρώζω: quæ ſonitum clamantium imitantur. *k* enim litera apertionem oris requirit: *r* autem aſperitatem vocis clamantium figurat. יִבֵּב eſt pipire, πιπύζειν, pipen. Conſulamus judicium aurium in ſequentibus. נַחַר ῥόγχος, *ronchus*, ſchnarch. בַּקְבּוּק eſt vas teſtaceum, quod inter fundendum facit *Bacbuc*: uti ait Rabbi David. פּוּחַ πνεῦμα, *flare*, blaſen. רָקַק *ructare*, ἐρεύγειν, rackſen. נָבַח baubari, βαύζειν. Canum enim latratus eſt bau/bau. לָחַשׁ *ſibilare*, ſφλοῶ, ſchiſcheln. בָּרַק βεάχειν, *frangere*, brechen. Item פּוֹר & פָּרַר *frangere*, πείειν, brechen. עֵז αἴξ, geiß/ eſt à ſono animalis huius ductum: ſicut à boatu eſt *bos*, & græcum πῶυ *pecus*, vihe/ ut & Hebræum בְּהֵמָה: quæ & conſimilia multa rem, quam notant, quaſi depingunt auribus noſtris, & ſui ſpeciem quandam vivam nobis ingerũt. Quare in his causâ cadit Ariſtoteles, ſi ſuam nobis ζωθήκλω obtrudere velit: quia genuinæ ſunt hæ voces ex ipſa rerum natura hauſtæ, expreſſæ,

(??) edu-

eductæ, formatæ, pictæ : quas Eustathius vocat πρωτοθέτους καὶ ἀκινήτους, primigenias & immobiles.

Tertius ordo nominum, qui structuræ, quã molimur, fundamentum quoque singulare ac præcipuum præbet, est verborum ex Hebræis fontibus deflexio, sive *directa* illa sit, sive *indirecta*, sive ratione aliqua probabili subnixa, sive ex conjecturis nata, sive denique, ut Logici loquuntur, *alluſiva*. Hæc harmoniam linguarum propriè dictam occupat: quæ tanta voluptate aliquammultos hoc nostro tempore perfudit: ut præcipuam vitę partem in eâ conterere non dubitârint, quò certa fides omnibus fieret: ex Græca Latinam, (quam etiam olim planè Græcam fuisse majorum gentium scriptores testantur) Græcam ex Hebręa, & ex utraque Germanicam, Gallicam, Italicam, Hispanicam efflоruisse atque emersisse. Certè diffiteri nisi contentiosus nemo potest, Latinam vocem *Pecora* deflexam esse ab Hebræa בְּקָרִים, quæ idem significat. Latinis *nugæ* sunt, quę Hebræis בְּדָרִים dicuntur: quo de Hieronymi extat testimonium, Comment. in Soph. cap. 3. v. 18. *Id quod diximus* (inquit) *nugas, sciamus in* Hebræo *ipsum latinum esse sermonem, & propterea à nobis ita, ut in* Hebræo *erat, esse positum: ut nosse possimus, linguam* Hebraicam *omnium linguarum esse matricem*

cem. Idem Hieronymus ſtudioſiſſimus obſervator & cultor linguarum, prędicandæ huius harmonię occaſionem ſæpe de induſtriâ aucupatur. Ad verba enim Eſaię, ubi dicitur, *Ecce virgo concipiet & pariet*, docet, vocabulum Hebræum עַלְמָה non ſolum puellam ſignificare, ſed virginem abſconditam & ſecretam, quæ nunquam virorum patuerit aſpectibus, magnaque parentum cuſtodia ſervata ſit: ibidemque ita ſcribit: Lingua quoque Punica, quę de Hebræorum fontibus manare dicitur, propriè virgo nominatur *Alma*. Omnium enim ferè linguarum verbis utuntur Hebręi: ut eſt illud in Cantico canticorum. De Gręco φορεῖον, i. e. *ferculum* ſibi fecit Salomon, quod & in Hebræo ita legimus, verbum. Quoque *nugas* & *menſuram* Hebręi eodem modo & iiſdem appellant ſenſibus. Demus eiuſce rei quædam adhuc exempla. בָּלַם cum *calumniari* ſatis conſpirat: cum נוּשׁ, i. e. ægrotavit, νοσέω: unde אֱנוֹשׁ menſch. Panicus terror eſt ab Hebręo פָּנִים, id eſt, *facies, vultus, ſpectra, larvæ*. לוּט eſt *latere*: unde λήθειν, & לָט *latebræ*. ſic אוֹר, ὄρθρος, *ortus*. מָסַךְ *miſcere*, μίσγειν, miſchen. חָבֵר *frater*, φράτωρ, bruder. הַר, ὄρος, berg. שֵׁבֶט, ſtab / *ſceptrum*, σκῆπτρον, *ſcipio*, ſcepter / *ſtipes*, &c. שָׂרָה ſaat / *ſatũ*, σπόρος, σῖτος. לָקַק, lecken / *lingere*, λείχειν. תָּמַר *termes, triũphus*,

βελαμβ&. שָׁבַל, κυλάω, *spolio*. צָחַק *cachinnari*, καγχάζειν, **kichern**. בּוֹר & בּאֵר **born**. שֶׁבַע ἑπτά, *septem*, **ſieben**. בּוּס pedibus conculcare: unde πούς, *pes*, **fuß**. שָׁכַר **ſchachern**, κερδαίνειν. מַחֲנֶה *machina*, μηχανή. זָרַע *ſeminare*, *ſerere*, σπείρειν, **ſpreyen**. שָׁלַל **ſtehlen** / συλάω. נַעַר, νεαρός. חָלָב *lac*, γάλα, **milch**. שׁוֹרֵק *ſurculus*. עֹרֶף *cervix*. כָּרַר κορέω, *ſaturo*. מָטַר *madeo*, μαδάω. גִּיל ἀγαλλιάω, γελάω. בָּרַב, φώσκω, **ſchorff**. עֵדֶר, *grex*, **herde**. אֹהֶל αὐλή, *aula*. פָּתַר *pretari*, *interpretari*. אֹזֶן οὖς, *auris*, **ohr**: Veteribus *auſis*. חָפַר *fodere*, *forare*, πείρω, **bohren**. בָּצַר βρύζειν, *frangere*, **brechen**. תּוֹר &ῦρ&, *taurus*. שָׁמַר **ſchirmer**. מָכַר *mercari*. קָבַר **grab** / *crypta*, κρύπτειν. אָבַר *aveo*. שֵׁשׁ *ſex*, ἕξ, **ſechs**. לָבִיא λέων, *Leo*, **löw**. עֲטָרָה *tiara*, *corona*, **kron**. נָבַר κυβερνάω, *guberno*. דְּמוּת *ſimilitudo*, ὁμαλία. רִבְלָה *palatha*, παλάθη. אֵם *mater*, μήτηρ, **mutter**. אַב πατήρ, **vatter** / *pater*. קָצַר *curtare*, κυρτοῦν, **kürtzen**. עֹרֵב *corvus*. חָנַן *donare*, διδόναι: & huius generis infinita: quæ mox in nominibus propriis obviam fient. Hac ſoni ſimilitudine adducti Græci interpretes, ut vocabuli alicuius græci originem innuere videantur, pro voce Hebræâ græcam, quamvis ſignificatione quodammodo diverſam, ſed ſono & literis eandem non invenuſtè repoſuerunt. Pro תּוֹךְ quod Hebræis propriè *medium* ſonat & metaphoricè dolum, ſæpe τόκον reddunt, tanquam ſi τόκ& non à τίκτω deducatur,

tur, sed à תוך Hebraico. Ps. 72. 14. פח παγίδα ubique reddunt: vt hoc ab illo ortum trahere intelligamus: cum tamen פח à פוח rem significet extensam & instar bracteæ aut laminæ quasi difflatam, seu flatu extenuatam. Elegantissima est eorum interpretatio Psalm. 111. v. 5. qua טרף transtulerunt τροφὴν, simul indicato vocabuli græci fonte; quem Hebræum טרף esse plane statuerunt. Plura collegit Nic. Fullerus Vir Clarissimus l. 2. c. 10. Miscellan. sacrorum. Per allusionem quoque multa commodè possunt explicari, & ita inter se comparari, ut magnum inde memoria ad se fulciendam adminiculum sortiatur. Sic לב vel לבב, i.e. cor, suaviter admodum conspirat cum Germanico lieb/i.e. *corculum*: quo blandimento amasij delectantur. צל umbra, gignit nostrum zelt/quod *umbraculum* Latini quoque dicunt, quia servit arcendę vmbrę. *Nebulo* Latinorum, & נבל Hebræorum consentiunt adeo: ut Ariæ Montano placuerit in versione suâ verba Psalmi 14. & 53. אמר נבל בלבו ita reddere: Dixit *nebulo* in corde suo: ut jam non per catachresin, allusionem aut abusionem, sed verâ origine נבל per *nebulonem* exprimi docearis: sicut מהגים per *Magos* Es. 8. 19. & אשפים per *Sophos* Dan. 2. vers. 20. si Ariæ Montani velis autoritatem sequi: cuius Viri judicium de deriva-

rivationibus & originationibus vocum ex his eius verbis, quæ in libro Phaleg habentur, audire quæso ne pigeat: *Qui linguarum*, inquit, *in alias ex aliis deflexiones observant, magnum profecto operæ pretium faciunt, non solum ad nomina ipsa cognoscenda, sed etiam ad alias linguas ex aliis exiguo negotio perdiscendas.* Sed nos ad alluſiones noſtras revertimur. בְּתוּלָה virgo nubilis audit, ſeu matura viro: ab hac voce proximè abeſt *petulantia*, talium propria virginum. אֲרוּרָה, id eſt, maledicta, unde ἄρουρα, id eſt, terra: quæ ſic Geneſ. 3. 17. à Iehova vocatur. גַּנָּב eſt fur à גָּנַב furari: quod cum in tenebris ut plurimum fiat, rectè huc trahis vocem κνέφας, quæ caliginem notat. הָצֵל pigrum ſignificat; cui affine eſt noſtrum eſel: אָנַס eſt onerare: unde onus cum quo ὄνος, id eſt, aſinus, convenit. בָּקַר eſt inquiſivit: unde bücher / id eſt, libri: qui aſſiduè ſcrutandi ſunt. A Gaza per alluſionem ſunt geitz: à גָּנַז, i. e. gazophylacium. Hęc & id genus innumera cum ſuavitate fructum diſcentibus ingerunt minimè pęnitendum.

Quartum reſtat artificii noſtri fundamentum, nempe originationis in diverſis linguis ſeu derivationis ratio eadem: quæ me ſæpe in admirationem rapuit: effecitque, ut Platonis ſententiam de ſignis vocalibus quæ φύσει rebus

in

ineſſe aſſerit, multis modis meliorem eſſe crederem, quam illam Ariſtotelicorum, quæ ex ſolâ ζωϕικῃ ſeu ζωϕικῇ quadam arbitrioque hominum hanc rem totam arceſſere nititur. Ecquis enim (ut rem exemplis iterum declarem) non obſtupeſcat, eandem mentem fuiſſe ἀνομαϑέτοις ſeu nomenclatoribus in *cadavere* deſignando? Cadaver Latinis à cadendo dicitur: ſic πτῶμα ἀπὸ τοῦ πίπτειν: ſic נִבְלָה, id eſt, *cadaver*, eſt ex Rad. נָבַל *cadere*: ſicut & מַפֶּלֶת, id eſt, cadaver, ex נָפַל, id eſt, cadere. Aliud nobis eandem ad rem declarandam ſerviat exemplum. אָרַג Hebræis eſt texere, nere: hinc latinorum *aranea*: quæ à Gallis expreſſius, retenta ſcilicet litera *g*, araigne dicitur, & à Græcis ἀεϑάχνης: unde eſt ἀεϑάχνη, id eſt, tela, quam texunt aranei. Nec Gallus nec Græcus rationem aliquam idoneam nomenclationis huius reddere poteſt; Hebræus ſolus poteſt, ut ex adducta Radice liquet. Germanus autem voce neglecta in ſuam linguam rationem etymologiæ transtulit. Nam *araneam* vocat eine ſpinne, à nendo ſcilicet ſeu texendo. Id enim eſt nobis ſpinnen. Recte Ariſtoteles, textoriam homines ab aranea didiciſſe ſcribit, ac proinde hanc earum operationem σοφωτέρλω vocat.

Terrium etiam, si placet, adijciamus exemplum. חֶסֶד est pietas, propriè ea, quæ parentibus debetur : hinc חֲסִידָה *ciconia* dicta est: quippe quam huiusce pietatis symbolum natura constituit, nobisque imitandum proposuit. Græci diverso vocabulo πέλαργον nuncupant ciconiam, & ex eo deflexerunt verbum ἀντιπελαργεῖν & ἀντιπελάργησιν, quam liberi parentibus debent. Agmen claudat nomen Hebræum בַּת, בָּבַת, & per Ϛωαίρεσιν בַּת *pupilla*, satis perspicuâ alliteratione. בַּת verò Hebræis quoque *filiam* notat. Hoc Græci imitati sunt, quibus κόρη est humor oculi interior, in quo imago tanquam in speculo relucet: eadem vox ipsis est *puella* decenti forma conspicua. Quid? si *pupas* & nostrum **puppen**/ hinc venire dicamus? Pupæ enim, à quibus pupillæ & pupulę denominantur, sunt quæ in oculis apparent: ad quas alludens quidam apud Plutarchum de salace quodam & impudico juvene dicit, eum non κόρας, sed πόρνας in oculis gestare. Iucunda est tanta in tam discrepantibus linguis ὀνομαθεσίας harmonia: nam & אִישׁוֹן Hebræis pupilla est, ac si *icunculam* dicas. Talis ratio omnibus linguis impressa est, cuius norma ex solâ Hebræâ peti debet. Prodigiosè verò absurdus rerum æstimator sit oportet, qui fortuito casu talia evenisse, ac non potius ex tacito quodam naturæ

naturæ ipsius instinctu profecta esse judicet. Scilicet tu Græcorum ὀνομαθέτας, & tu Latinorum nomenclator ex compacto forte, & non nisi communicatis prius consiliis ad inveniendum nomen cadaveri insigniendo accommodum accessistis! Credat hoc Aristoteles, ut suam σωθήκλω tueri possit: nisi forte mâlit asserere, autores primos maximâ locorum & temporum intercapedine summoque animorum & morum discidio à se invicem separatos, sic in eundem collimare scopum omnesque in eandem sententiam populos traherepotuisse. Quare non est adspernanda diligens huiusce rei observatio, nisi ea quoque velimus contemnere adminicula memoriæ, quæ passim Prophetæ, Apostoli, & ante omnes hos ipsi Patriarchæ insinuarunt. Sive sacra respicias loca, Moses plerunque illis impositi nominis vim exprimit, occasionemque ex rerum gestarum ordine modoque enarrat. Si quid in personis memorabile accidit, statim eius nota nominibus earum impressa fuisse legitur. Si quid fausti aut sinistri evenit, ex eo ad res, personas, loca, urbes, fontes, flumina denominanda indicium sumtum. Divinâ quoque autoritate mutata aut aliqua accessione locupletata scimus esse nomina: in quibus exponendis non dedignatur Spiritus S. Grammatici personam

ſuſcipere, in fontes inquirere, indeque à prima uſque ſcaturigine nominum ortus arceſſere, cur quidque ita dictum ſit vel ſecus, cur huc aut illuc alluſum, cur mutatum, leniter infleum, auctum abolitumve fuerit quodque nomen, commemorare. Simus ergo Spiritus S. imitatores & organorum eius ſanctorum nempe Prophetarum atque Apoſtolorum, & quæ cultus divini pars haud exigua eſt, ſanctam linguam excolamus ac veneremur: ut cum venerit Rex gloriæ & DEus ille Hebræorum (ſic enim vocari amat) *Hebræorum*, inquam, id eſt, eorum qui Hebræa colunt & callent, & per Græcam Latinamque linguas CHRISTI myſteriis in cruce pendentis conſecratas Evangelium prędicant & propagant, inveniat nos potius eius vocem ſcrutari atque audire, quam Sophiſtarum antea caliginoſa perreptare, & per Gloſſariorum ſpinoſas querqueraſque ſolitudines palari. Denique quia in eo hactenus elaborarunt Sophiæ divinæ ſectatores, ut ex ſacris potiſſimum literis ſcientias quaslibet, quoad eius fieri poſſit, elicerent: concedant quæſo nobis æqui rerum æſtimatores: ut ex ipſis quoque fontibus Hebræis lucem interpretationis hauriri, & Lexicon ſuo tempore plenum atque conſummatum confici poſſe mõſtremus. Hoc igitur quicunque

cunque ducitur desiderio, ad scopum, quem nobis prefiximus assequendum, facilè festinabit, si *primò* nomina propria ex confusione Babylonica in theatrum sanctæ Philologiæ educta, & à contagione peregrinarum & barbararum linguarum perpurgata, ad suas nativas significationes & originarias Radices traduxerit. *Dein* si Catholica vocabula, seu ea, quæ omnibus vel pluribus linguis communia, & in se tota Hebræa sunt, atque adeo nobilissima & primæ suæ origini propinquissima agnoscere & à cæteris internoscere didicerit. *Tertio* si aurium suarum judicium secutus τὰ πεποιημένα, ut Græci vocant, nomina, i. e. ex sono, strepitu, voce, cantu, susurro, sibilo earum, quas notant, rerum desumta observaverit, & quod proclive est factu, ad Hebræos fontes retulerit. *Quarto* si erudita derivatione juxta harmoniam sive veram, sive allusivam voces alias ex aliis, præsertim Hebræis deflexerit: quæ præcipua est & maximè generalis huius consilij atque instituti nostri occupatio. *Denique* si convenientiam rationis, quam ἐνομαθεσίαν & nomenclatores secuti sunt, in diversis linguis notaverit, nihilque ab ijs temerè factum esse sibi persuaserit. His quicunque animum adjecerit, ex *sanctis nominibus* locupletem habebit fructum, in adyta Hebræorum facillimè penetrabit scri-

Scripturam scrutari, seu ἐρευνᾶν, quod apud Iohannem CHRISTVS jubet, poterit, & cum Hebræophilis juxta Psalmum octavum & sexagesimũ in Ecclesiis benedicet מִמְקוֹר יִשְׂרָאֵל ex *fontibus Israëlis* & limpidâ eius venâ DEO ac Domino nostro JESU CHRISTO: cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

De utilitatibus ὀνομαλοσκεψίας sanctæ, ad venerabilium literarum Studiosos commonefactio.

GRaviſſimum eſt Apoſtoli votum: quod in quarto decimo prioris ad Corinthios extat his verbis expreſſum: *Velim autem omnes vos loqui linguis, magis tamen, ut prophetetis: major enim eſt is, qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, excepto ſi interpretetur: ut Eccleſia ædificationem accipiat.* Precatur Apoſtolus Corinthiis variarum charismata linguarum: nam hęc illi impensè amabant, fervideque sectabantur adeo: ut nonnulli ad oſtentationem ijs abuterentur. Suum itaque hoc votum Apoſtolus correctione quadam mitigat ac reſtringit, dum prophetandi ſeu interpretandi uſum linguis præfert. *Magis tamen*, inquit, *ut prophetetis*. Tandem utrumque coniungens, majorem eſſe eum aſſerit, qui interpretationem unà cum linguarum dono ad ædifi-

ædificationem refert, eo, qui vel linguis, vel interpretatione seorsim utitur. Ita si rem paullò considerativs expendimus, tres Doctorum quasi ordines diversi nobis proponuntur. *Primus* eorum est, qui linguis loquebantur: *alter* eorum, qui prophetabant & scripturas sanctas explicabant: *tertius* eorum, qui utraque facultate pollebant, & tam linguas ipsas quàm earum interpretationem ad profectus discentium, & usum Ecclesiæ prudenter accommodabant. Postremos hosce prioribus præfert Apostolus: quo monemur, nunquam linguis peregrinis in cætu publico esse utendum, quin earum interpretatio extemplo adjungatur, adeoque non improbandam esse eorum consuetudinem, qui linguis talibus ad institutionem fidelium quandoque utuntur. Nam, ut alia nunc taceam, pertinet hoc ad illustrationem distinctionis Veteris & Novi fœderis. Illud angustis unius populi & linguæ terminis concluſum erat, ac propterea à hac interpretationis necessitate non egebat. Novum autem fœdus in omnes orbis nationes spargitur linguis diversissimis utentes: quas, quia in unum ovile cogere par est, imò quia in eodem Ecclesiæ ovili existunt, à pabulo peregrinarum linguarum prorsus arcere non possumus. Præivere nobis hac in parte ipsi Apostoli. Matthæus

in 1.

in 1.v.23. Marcus in 5.vers.41. & 15.vers.22.34. Lucas 24.v.17. Iohan.1.39.41.42. & 9.vers.7. Lucas iterum in 4. Actor.v. 36 & 9. 36. & 13.8. Epist. ad Hebr. 7.v.2. ubi solennes illę Grammaticorum formulę extant, τοῦτ' ἐστιν, τοῦτό ἐστι μεθερμηνευόμενον. item: ὁ λεγόμενος, vel, τοῦτ' ἐστι λεγόμενον, vel, ὅ λέγεται: quibus loquendi formulis non tantum phrases integræ, sed nomina quoque propria haud rarò exponuntur. Nobis nunc non est propositum, totum id, quod de linguarum usu, earumque interpretatione ultrò citroque à Theologis agitatur & in Ecclesijs scholisque disputatur, replicare. Id unum ut cogitetis optamus, quantoperè necessaria sit sacrorum nominum evolutio. Nam si linguis peregrinis sine interpretatione uti non licet, profectò hinc perspicuum evadit, officij & mei & vestri esse, in horumce nominum originem inquirere & scrutari sacros fontes: ut quid sibi velint ea, quæ in ore perpetuò habemus nomina, ipsi intelligamus, idemque alijs nostræ instructionis avidis atq; indigis suggerere possimus. Nisi enim hoc fiat, quid quæso aliud inde colligere licebit, quàm loquentes nos sine mente sonos instar psittacorum edere? Memores enim estis Augustini, *qui multa sciri à nobis dicit, quæ non intelligimus.* Recitantibus ergo ea, quæ non intelligunt, nomina, idem accidit,

ac si

ac si Abracadabra, Abraxados, Cyamarchos, Taricundos, βρεκεκεκὲξ aut quid simile pronuntiarent: quod quam turpe sit ex sequentibus Pauli verbis licet intelligere. *Is qui prophetat, ædificationem habet, & exhortationem & consolationem*, vers. 3. quæ tria in nominum quoque sacrorum evolutione contineri paullò post ostendemus. Mox eum, qui linguas interpretatur, majorem esse dicit eo qui vel solis linguis utitur, vel solum prophetat, vers. 5. Rursus linguâ utentem absque interpretatione dicit *nihil prodesse*, v. 6. esse instar *tibiæ & citharæ, quæ nullam edat tonorum distinctionem*, esse instar *rerum inanimatarum*, v. 8. *in aërem loqui, nihil inde cognosci*, v. 9. Addit v. 11. *Nisi sciero vim vocis, ero barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus fuerit.* Nondum quiescit Apostolus: sed vers. 14. ait, istorum talium intelligentiam esse infructuosam, eò quòd idiota post eorum *sermonem non possit Amen respondere*, nec *ædificetur*, vers. 16. *quinque verba ex intelligentia pronuntiata, ut instituamur, esse meliora, quam decem millia, quorum vis ignoretur*, vers. 19. Mox jubet esse *pueros malitia, adultos autem intelligentia*, v. 20. Maledictionis quoque signum esse insinuat linguam non intellectam, idque Esaiæ testimonio confirmat, vers. 21. *infidelium esse non intelligere*, vers. 22. *linguas non intellectas esse furiosorum.* vers. eod.

Deni-

Denique ut ruborem ignaris incutiat, opus esse ait, ut aliquem interpretationis dote præditum sibi adiungant, qui suppleat, quod ipsi nesciant. Postremo quasi cum indignatione reiiciens supercilioſos, *Qui ignarus est*, inquit, *ignarus esto*. Intelligitis, juvenes studioſissimi, quam latus mihi hîc ad disserendum campus aperiatur, si Paulinis rationibus insistere, easq; præsenti instituto velim accommodare. Quãquam enim intelligentię necessitas, quam rudibus apud Corinthios imponit, ad auditores potius quam Doctores referenda sit: horum enim ædificatio & instructio ibi spectatur, non eorum, qui linguas, quas loquebantur, intelligebant: liquet tamen tam auditorem quam doctorem infructuoſum esse, si verba, quæ proferuntur, ab utroque ignorentur, tantoq; iustius effata Pauli in ignaros nostros stringi oportere, quo turpior & periculoſior dicentis quam audientis in his rebus est ignoratio.

Ego verò his commemorandis haud quaquam immorabor, sed me flectam ad alia: quæ institutionis nostrę cursum propius attingunt. Fuere priscis etiam seculis nonnulli: qui Paulinam admonitionem de interpretationis necessitate eò usque extenderunt: ut de ipsis nominib. propriis eruditè & solenniter in vernaculas linguas transferendis cogitandum sibi arbi-

arbitrarentur: ne quid scilicet peregrinum, quod vulgus non intelligeret, in Ecclesiam intulisse viderentur. Hoc primus tentavit Aquila Ponticus, celebris Bibliorum Hebræorum interpres: qui sub Imp. Ælio Hadriano vixit, circa an. à CHRISTO nato CXXX. De huius interpretatione judicium extat S. Hieronymi in Ep. ad Pammach. *Aquila*, inquit, *proselytus & contentiosus interpres non solum verba, sed & etymologias verborum transferre conatus est.* Et Comment. in Esa. c. 49. *De Aquila non miror, quod homo eruditissimus verbum è verbo expresserit.* Symmachus contrà, qui ducentesimo post CHRISTUM natum anno vixit, sub Imperatore Severo contrariam prorsus viam ingressus est: & cum non verba ex verbis, sed sententias ex sententijs juxta intelligentiæ ordinem exprimeret, nomina quoque propria, uti decebat, integra salvaque retinuit. Vulgata, quæ sic dicitur, Versio, cuius autor certò cognitus non est, neutri eorum, quos modò laudavimus, interpretum assensa est: nam haud exiguum propriorum nominum numerum, in latinam linguam transferre conata est: cuius rei exempla quædam vobis nunc dabimus. Nam nimij laboris esset, omnia enumerare. Tres fontes Jsaacum fodisse Moses commemorat in XXVI. Genes. primum עשק Hhesek dictum: pro qua

voce *Calumniam* substituit Vulgata : alterum שִׂטְנָה Sitna : qui eidem est *Inimicitia* : tertium רְחֹבוֹת Rechoboth, qui *Latitudo*. Nos in elucidandis hisce vocibus officio nostro defuncti sumus. Tres Filias suscepisse Jobum post immensas, quas vicerat, calamitates, Scriptura memorat : primam יְמִימָה Iemimah, quam Vulgata *Diem*, vel *Diurnam* nominat à יוֹם dies : alteram קְצִיעָה Ketziahh, quam *Cassiam* appellat : tertiam קֶרֶן הַפּוּךְ Keren-happuc: quam rursum Vulgata per *cornu stibii* interpretatur. In his mysticè explanandis luxuriat studiosa Patrum solertia : ad quam avidos Scripturarum scrutatores remittimus. In 14. Gen. v. 1. מֶלֶךְ אֶלָסָר Melec Ellasar exponit Vulgata per Regem Ponti, & Ariochum Regem Ponti fuisse asserit : quod quâ ratione faciat, nemo vel oculatissimorum hactenus videre potuit. Quid enim Ponto cum Sodomâ ? In eodem cap. 14. v. 3. ubi habetur Vallis Siddimorum, Hebr. עֵמֶק הַשִּׂדִּים Hhemek Hassiddim, illa reponit, *Vallis sylvestris agrorum*. Gen. 35. 21. pro turri Heder עֵדֶר ponit illa *turrim gregis*. 2 Sam. 8. vers. 1. David cepisse memoratur מֶתֶג הָאַמָּה *Metheg Haammah*, urbem Philistæorum : quorum potentiâ repressâ occupavit præsidiarias urbes : ut historia illa edocet. Dubium hic nec Vatablo, nec Plantinianis, Vaticanis aut Robertinis Bibliis, nomen loci indi-

gitari: ipsa tamen pro verbis illis reponit *Frenũ tributi*. In 2. Sam. 21. 19. ex אֶלְחָנָן Elchanan facit Vulg. *A Deo datum*. In eodem vers. בֶּן־יַעְרֵי אֳרְגִים i.e. filius Iahhare-Oregim, est *filius saltus polymitarius*. In 1. Reg. 10. 20. מִקְוֵה Mikveh vox Hebraica Vulgato interpreti est *de Coâ*: quasi Coa Insula ibi significetur: ex quâ merces advectæ fuerint in classibus Salomoniacis: cum tamen מִקְוֵה significet merces netas & confectas: uti nos in ὀνομαλοσχεδίᾳ ostendimus. In 1. Par. 4. 22. magnus quidam Catalogus texitur Principum Moabiticorum: quorum nomina ordine recensentur. Ea series in cõtinuam orationem convertitur, quæ sic habet: *Cognationes domus operantium byssum in domo juramenti: & qui stare fecit solem, virig, mendacii, & securus & incendens, qui Principes fuerunt in Moab, & qui reversi sunt in Lachem. Hæc autem verba vetera.* Sex hîc habentur nomina propria, quæ Vulgata exponere ausa est, nẽpe Aschbeahh אַשְׁבֵּעַ, Jokim יוֹקִים, Cozebah כֹּזֵבָה, Joasch יוֹאָשׁ, Saraph שָׂרַף, Jaschubi-Iachem יָשֻׁבִי לָחֶם. Hic ipse Cajetanus, Abulẽsis, Beuterus & alij nõ possunt silentio præterire huius, quisquis ille fuit, interpretis præsumtionem. Pineda verò integrum de nominibus hisce tractatum scripsisse se ait Tomo 2. Oper. in Iobum: qui & ipse non diffitetur, nomina hæc propria interpretationis non necessariæ

aleam immeritò subijsse. 1. Par. 2. v. 55. hæc verba leguntur: *Kinæi venientes de Chamath Patris familiæ Rechabi.* Hic Vulgata nomen חַמַּת Chāmath, quod proprium est, per calorem exposuit, & sic vertit: *Cinæi venerunt de calore Patris Rechab.* In eod. libro c. 7. 18. *Soror eius Regina peperit virum decorum* אִישְׁהוֹד Ischod. Nehem. 6. vers. 2. *Veni, percutiemus fœdus pariter in vitulis in campo Ono.* Hîc originale כְּפִירִים pro *catulis* ex Hebræorum traditione nomen est proprium. Psal. 42. v. 9. Memor ero tui & Hermonii à monte modico. Hîc מִצְעָר nomen montis proprium est: quamvis sit ap. Lutherum: **bey dem kleinen berge.** Prov. 30. 1. *Verba congregantis, filii vomentis, visio quam locutus est vir: cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus ait.* Hæc omnia aliena sunt. Nam *Agur, Iake, Ithiel* & *Vchal* nomina sunt propria. Cantic. 6. 3. Pulchra es amica, suavis & decora, sicut Jerusalem. Hic pro *suavis* est תִּרְצָה Tirtza: nam manifesta est comparatio sponsæ cum duabus urbibus Tirtza & Jerusalem. Ioël 2. vers. 6. יָגִיחוּ Vulgatæ sunt *deceptores*: qui tamen sunt Græci, ut ex Esa. 66. v. 19. Ezech. 27. v. 19. patet. Addo pauca, in quibus error manifestus interpretem excusari non patitur. In 38. cap. Gen. v. 5. vox כְּזִיב occurrit, quam LXX. acceperunt pro nomine loci. ἐν Χασβί, inquiunt: atque hanc esse urbem Palæstinæ,

ſtinæ, Fagius & Vatablus notarunt. Contrà Vulgatus interpres nomen חָדַל per *ceſſavit* reddidit: quaſi Suah poſt Selah ceſſaverit parere. Gen. 41. v. 45. eadem verſio duo nomina confundit, nempe פּוֹטִיפַר Potiphar & פּוֹטִיפֶרַע Potipherahh: huius enim filiam duxit Ioſeph: illius ſervus fuit. Quod niſi obſervaveris eiuſdem ipſum duxiſſe filiam arbitraberis, cuius antea fuerat mancipium: quod nec rationi nec honeſtati ſatis congruit Ioſephi, adulteræ matris filiam haud dubiè abominantis. Lev. 11. v. 22. חַרְגֹּל Chargol, quod genus locuſtarum fuit, per *ophiomachum* exponitur: quod nec ad verbum Hebræum, nec ad rem ipſam quadrat. Nomen צֵלְצָח 1. Sam. 10. 2. quod per *meridiem* redditur, *umbram* potius *nitidam* ſonat & puram. Pro מִפְלֶצֶת Miphletzeth 1. Reg. 15. 13. *idolum turpiſſimum*, & *ſacra Priapi* ponuntur: quam vocem rectius retinuit Lutherus. Origo eius eſt à terrore: פָּלַץ enim terreri eſt: unde alibi idola dicuntur אֵימִים terrores Jer. 50. 38. Sed exemplorum abunde eſt, ex quibus liquet nomina propria in cenſum appellativorum relata fuiſſe. Ex appellativis quoque propria quædam fecit idem Interpres, ut 1. Reg. 5. 4. *Non eſt* (inquit Salomon) *Satan mihi.* Satan pro *adverſario.* Eſr. 4. v. 8. בְּעַל־טְעֵם *præſidem conſilii* notat: ubi tamen ceu proprium re-

tinetur Beelteem. Ios. 14. 15. *Adam maximus inter Enakim.* Pro; Homo ille magnus inter Enakim. *Adam* enim non est ibi nomen proprium: nisi Adamum, quod quidam fecerũt, inter Gigantes referre velis. Nobis, ut jam paucis multa dicamus, certum esto, nomina propria originalia ubique esse servanda, nec per interpretationem in alias linguas fundenda, nisi fortè terminationem ad cuiusque linguæ consuetudinem leniter inclinandam esse arbitremur. Origenis contra Celsum regula est: *Hebræa nomina propter virtutem quã continent, non debent transferri in aliã linguã.* Hoc Philosophis quoq; sẽper placuit. Hermolaus in Plin. l. 4. c. 5. reprehendit Vallam, quod Promontorium Peloponnesi ἰχθὺς Plinio vocatum per *piscem* reddiderit in Thucydide. Rem prolixè edisserunt Antonius Nebrissensis, Curtius Brugẽsis, Antonius Delrius super Medeam Senecæ atque alij. Nobis prora & puppis est autoritas sacrorũ Scriptorum: quos tanquam à Spiritu S. actos, nec quicquam, ut Petrus ait, propriâ voluntate locutos sequi tenemur. Lucę in Actis c. 13. *Simon Niger* appellatur: qui Μέλας dici promtius poterat, si translatio hîc locum habuisset. Eidem Barnabas cognomento Ἰοῦστος dicitur, qui δίκαιος debebat vocari. Idem tamen Lucas nominibus alicubi adjũxit suas interpretationes: nam Judã

Cha-

Chananæum per *Zelotem* exponit c.6. & Ioh. Evangeliſta c.20.&24. Thomam per *Didymum* interpretatur: ut hinc appareat, perpetuã eſſe eam regulam, q̃ ab initio conſtituimus. Aut n. peregrinis vocibus non utendũ: aut ſi eis utare, expoſitio adhibenda eſt, ſolis nominibus proprijs exceptis: quæ in ſuâ integritate retineri fas eſt, ita tamen, ut cuivis liberũ ſit, ea ſi commodum eſſe videatur, declarare.

Vbi id quoque obſervatione non indignum, quod nomina propria, ut Logici tradunt, per ſe nihil, niſi perſonas quibus impoſita ſunt, ſignificent, & quod ex accidenti duntaxat interpretationes recipiant. Cui rei ut fides ſit, id eſt indicio, quod haud pauca reperiantur, quæ ad diverſas originationes trahi queant. Quare ſi in interpretatione iſtorum talium natura verteretur, exinde inferri poſſet, nihil ſignificare: eò quod juxta Ariſtotelis pronuntiatum τὸ μὴ ἓν σημαίνειν οὐδὲν σημαίνειν, id eſt, *non unum ſignificare ſit nihil ſignificare.* Ex quo porro etiam id confieitur, planè extra orbitas vagari eos interpretes: qui appellativa mutant in propria: quem errorem inſignem aſperioribus verbis exagitare nunc non placet: ne quis nos non tam tenebras diſcuſſiſſe interpretum, quàm aculeos & ſpinas parâſſe in alios ſuſpicetur.

Nunc ad institutum nostrum reversi postquam necessitatem & modum expositionis nominum Biblicorum ex Pauli doctrina & Scriptorum divinorum exemplis desumsimus, demonstraturi quoque sumus, singularem propriæ vocabulorum huiusmodi acceptioni & enucleationi suavitatem inesse: quâ delectatione quia ignari destituuntur, solent illi in lectione Bibliorum quædam capita & tmemata benè longa præterire atque omittere, præsertim quæ in recensione familiarum, successionum, urbium ac locorum occupantur. Nimirum inuitis exprimit necessitas, ut fateantur, se in talibus vocibus legendis velut in ignota versari sylvâ, & instar psittacorum sine mente sonos proferre, interque barbaros βαρβαρίζειν. Inest tali licentiæ, qua integra Bibliorum capita omittuntur, magna ingratitudo, evidensque ignorationis & pigritiæ confessio. Non eo erant SS. Patres ingenio: ut quicquam quod in sacro Codice occurreret sibi effluere vellent, & tanquam minus utile aut observatione dignum præterire paterentur. Chrysostomus certè homilia in Aquilam & Priscillam his gravissimis utitur verbis ad suos Auditores: *Nonne docti estis* (inquit) *nihil in sacris literis inter supervacanea habendum? Nonne didicistis & inscriptiones & nomina & cognomina diligenter*

in

in arcanis scripturis excutienda ? Ego sanè studiosos arbitror ne laturos quidem, ut verbulum in sacris literis contemtim prætereatur : etiamsi tantum nomina recenseantur, vel tempus numeretur, vel brevis cuipiam cognominatio contingat. Hæc ille : qui alibi tres dies continuos sese contrivisse dicit in causis investigandis & explicandis, propter quas, qui Saulus anteà vocabatur, Paulus posteà dictus sit. Itaque ut ad consimiles alios diligentiam extimulet, sic ipse Hom. 21. in Genesin intonat : *Ego vos omnes obsecro, ne simpliciter ea, quæ in Scripturis sacris contenta sunt, transeatis. Nihil enim hîc scriptum est, quod non multas habeat sensuum divitias, quandoquidem divino spiritu afflati Prophetæ locuti sunt : adeo ut à Spiritu, Scripturæ ingentem in se contineant thesaurum. Et ne mireris, quod in hac nominum enumeratione multas latentesque divitias sententiarum vobis me ostensurum polliceor. Neque enim vel syllaba vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus. Proinde nobis opus est ut divinâ gratiâ ducamur, & Spiritu S. illustrati divina eloquia adeamus.*

Chrysostomo succinit Augustinus Epist. 3. ad Volusianum. *Tanta est*, inquit, *Christianarum profunditas literarum : ut in eis quotidiè proficerem, si eas solas ab ineunte ætate usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere : non quod ad ea, quæ necessaria sunt*

ſaluti, tanta perveniatur difficultate: ſed cum quiſque ibi fidem tenuerit, ſine qua piè rectè nō vivitur, tam multa, tamque multiplicibus myſteriorum umbraculis cooperta intelligenda proficientibus reſtant, tantaque non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verùm etiam in rebus quæ intelligendæ ſunt, latet altitudo ſapientiæ, ut annoſiſsimis, acutiſsimis, flagrātiſsimis cupiditate diſcēdi hoc cōtingat, quod eadē Scriptura quodā loco habet: Cū cōſumaverit homo, tūc incipit.

Poſt hos magnus ille ſeculi noſtri φωσηρ & fontium cæleſtium ſcrutator aſſiduus Benedictus Arias Montanus in libro quem de *Actione* publicavit, rem eandem cogitatiſſimè ediſſerit. Cum enim prolixè oſtendiſſet, quid hoc noſtro ſeculo in omnibus artibus, ſcientiis & diſciplinis præſtitum ſit, & quod à multis multa ſolicitiſſimè quærantur, curioſiſſimeque enubilentur, quantumvis propter nimiam ſuam antiquitatem atque obſcuritatem omnem humanam diligentiam fruſtrari videantur, de nominibus nempe atque apicibus nominum inter gentes olim uſitatorum, de orthographia & pronuntiatione Veterum, de moribus & ritibus diverſarum nationum, de poculis inſtrumentiſque etiam abjectiſſimis, de conviviorum luxu, ſpectaculorum pompa, triumphantium faſtu, crudelitate gladiatorum, acclamatione ſpectatorum, funerum ritu, deque innumeris

meris hoc genus: tandem hæc verba subijcit: *Autorum in omni genere labor optimo jure commendatur, tum maximè in sacrorum* Bibliorum *rationibus omnibus exponendis nunquam non commodus, opportunus, officiosus, laudabilisque habetur: utpote quibus infinitus humanarum divinarumque thesaurus rerum, hominum generi utilissimus, & cognitione usuque dignissimus contineatur, cum summâ verborum omnium proprietate, elegantiâ, gravitate, exquisitissimaque singulorum opportunitate: ita ut ne unius jota, imò nullius etiam apicis vel defectus vel redundantia notari à sapientibus possit: nihilque vel specie adeo minimum sit, ut vel negligendum, vel non attentè considerandum, & quàm fieri possit certissimè & clarissimè cognoscendum esse censeatur. Quicquid enim in divinis eloquiis verborum est, divino consilio cogitatum, judicio delectum, spiritu Dei pronuntiatum, denique totum solidū, totum plenum, totum utile, totum suave, totum maximæ & certissimæ sententiæ solidissimis fundamentis firmatum esse, ipsa divinæ naturæ consideratio apertè docet. Atque ii, qui in illius sapientiæ sacraria admissi aliquando sunt, manifestè probavere: sicut scriptum est: Principium verborum tuorum veritas: Et, Aperi oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et; Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo. Quam quidem ob rem nihil à bonis & piis viris ad sacrorum scriptorum rationem explicandam, nihil inquam quocunq; argumento,*

mento, siue in Grammatica tantum ac simplici verborum & linguarum cognitione, siue in rerum etiam ipsarum notitia versetur, vnquam scriptum esse arbitror, quod non vel ex studio ipso & animo scribentium, vel ex vsu etiam & commoditate, magna cum gratulatione suscipiendum sit. Nihil praterea aut tam accuratum, aut tam plenum & integrum extitisse arbitramur, quod ipsorum librorum quorum causa scriptum est, magnitudinem, dignitatem, amplitudinem auctoritatemq; aquare valeat, atque ita nunquam in sanctarum scripturarū explicanda atq; exponenda sententia satis ab vllo mortalium fuisse factum. Hoc Benedicti Ariæ Montani exquisitissimi interpretis pronuntiatum ex sancti Pauli manat elogio, asserentis, *ad nostram doctrinam scripta esse, quæcunq; sunt scripta* : & in 3. poster. ad Tim. *omnem scripturam vtilem esse ad docendum.* Cuius rei causam Ambrosius ad Justin. reddit. *Quoniam*, inquit, *sacri scriptores non secundum artem scripserunt, sed secundum gratiam, quæ supra omnem artem est. Scripserunt enim quæ Spiritus ipsis loqui dabat. Sic constat nihil in scriptura inane & inutile reperiri.* Ante Ambrosium Hieronymus idem prodidit in Ep. ad Lætam de institutione filiæ eius hæc suggerens: *Ipsa per se consuescat paulatim verba contexere. Non sunt enim ea fortuita, sed certa & coaceruata de industria Prophetarum videlicet atque Apostolorum: omnis ab Adam Patriarcharum*

series

ſeries de Matthæo Lucaque deſcendat, ut dum aliud agit, futuræ memoriæ præparetur. Reddat tibi penſum quotidie de ſcripturarum floribus carptum: diſcat græcorum verſuum numerum: pro gemmis & ſerico divinos Codices amet. Plura ex Origine (qui ſe nominum Biblicorum origines inveſtigâſſe ſcribit magnâ cum lubentiâ atque attentione, Hom. 20. in Num.) & luminibus aliis orthodoxæ antiquitatis poſſem arceſſere: niſi quædam noſtri ſeculi lucernæ ardentes oculos mihi præſtringerent: quas antiquis nihil concedere ſed de gloriâ attentionis ac diligentiæ aliquid etiam ijſdem præripere experientia non fallax monſtrare videtur. *Iulius Cæſar Scaliger* centum & decem libros de originibus compoſuit: quorum nucleum nobis deguſtandum exhibuit *Ioſephus Scaliger* magnus literariæ Reip. Dictator in XIII. l. de cauſis linguæ latinæ. Heros alter *Caſaubonus* divina quadam indole miraque ſagacitate in primos fontes nominum græcorum & latinorum ſeſe penetravit: utque poſt multa volumina elaboratiſſima, quibus hanc ætatem illuſtravit, omnibus veræ pietatis & antiquitatis incorruptæ ſitientibus ſatisfaceret, non gravatus eſt in unum volumen congerere græcæ linguæ Radices, eaſque ex Hebræis fontibus deducere. Huius libri aliquando edendi ſpem permulti concepe-

perunt: quam explere, si volet, poterit *Mericus Casaubonus* doctissimi patris Filius doctissimus: in quo paternæ eruditionis succus non gemmas duntaxat speciosas tanquam ex generosæ vitis propagine protrudit, sed uvas quoq; maturas viniq; plenas meracissimi, cuius suavitate multi sint in orbe Europæo inebriandi, pollicetur. Versantur in manibus omnium doctissimi Theologi Dn. *Christiani Becmanni* Origines: quas juvenis admodum ex varia jugiq; Autorum multiplicium lectione cõposuit. Eæ magnum præbent omnibus adjumentum sese in hac nominum sacrorum evolutione exercere volentibus. *Goropii Becani* solertia nequiret satis commendari, nisi ad absurdum quoddam postulatum processisset. Speciosa tamen ex eo quoque materies sacrarum scaturiginum ad hunc nostrum usum corrivari potest. Commendatur quoque dictionarium Theologicũ *Iohannis Arquerij*, & *Casparis VVaseri* Commentarius, quem in Mithridatem Gesneri scripsit. Eximij etiam usus est Etymologicum trilingue *Iohannis Fungeri* Leovardiensis Frisii, & Harmonia linguarum *Georgii Crucigeri*, nec non *Stephani Guichardi*: quos ego Scriptores magni facio, cum *Drusio* Hebraicarum literarum Atlante & reconditæ eruditionis quasi quodam promo, nec non Clar. *Matthia Martinio* & *Fullero* Anglo:

quos

quos eiusdem studii socios habemus. Hi ad augendam atque illustrandam hanc sacrorum nominum supellectilem copiosam admodum materiam præbere Philologo poterunt.

Ea præ cæteris haud adspernenda est voluptas quam sacrorum contemplatio nominum animis nostris insinuat: quod explicata ea vivas quasdam imagines rerum, quas significant, repræsentēt. Quā jucundum est, gratia exempli, *Gedeonis* nomine pronuntiato coram quasi intueri Heroem Baalis statuam demolientem eiusque altare subvertentem? hoc n. verbum גדע i.e. *excidere* depingit: ex quo Gedeonis nomen deflexum est. Loci nomē est *Ramath Lechi*: quas voces qui intelligit, cōfestim animo concipit Simsonem robustam maxillam asini projicientem, & scaturigine mirificâ reviviscentem. *Iisraelis* voci victoriæ, quam de Angelo secum luctante reportavit Iacobus, indicium inest: itaque hoc nomine audito luctantem imaginaris, sicut in *Isaaco* cachinnantē, in *Habacuco* amplexantē, in *Metuschalacho* mortem à se arcentē, in *Labano* virum incrustatū vel dealbatū, in *Zamzūmimis* homines cōtumelioseè injuriosos. Hęc eadē res memoriæ quoq; adminiculatur. Nam si Veteres, ut supra ostendimus, in locis tanquam in charta, per imagines ceu per literas, incredibili felicitate ac pernicitate, quæ

quæcunque dicebantur, memoriæ inscribere poterant: quid obstat, quò minus eandem ab iis artem usibus nostris accommodemus? Omnibus enim disciplinis ad profectus suos utitur Theologia, nec est ulla quæ non insigniter ornet ac juvet Scripturæ interpretem. Quædam etiam adeo necessariæ sunt: ut Ecclesiastes & sacri ministerii Candidatus iis omninò carere non possit: in quarum censu plerique arbitrantur esse *Mnemonicen*: quam ipse CHRISTVS commodâsse videtur, quotiescunque per parabolas locutus est. Hac sancti Patres usi sunt: hanc nostra ætas excolit: hanc in primis Concionatoribus perfamiliarem esse, libelli complures & doctorum virorum judicia testantur. Cum ergo imagines vicem literarum in hac arte sustineant, poteris tu, quisquis es, hinc promtuarium atque apparatum locupletissimum conficere: ut quandocunque opus sit, has personas, quarum nomina explicamus, in suis collocare locis, atque ita disponere possis: ut non necesse sit excogitandis imaginibus absurdis aut longè petitis mentem fatigare: quod Schenkelio alijsque huiusce artis propagatoribus solet aliàs contingere.

Porro quam vim habeat nostra isthæc exercitatio ad juuandam memoriam ut nunc plenius etiam percipiatur, id monendi estis, Iuvenes

nes ſtudioſiſſimi, notitiam ſanctæ linguæ huic noſtro ædificio ſuperædificatam nunquam ſeneſcere aut obliterari poſſe: cum tamen multa aliàs in juventute percepta, provectiori pereant ætati tum ob imbecillitatem, qua omnes laboramus, tum ob negotiorum molem, cui implicamur ad functiones varias adhibiti, & curis diſtracti multiplicibus. At qui ſemel in numerato *Radices* habet & vim nominum propriorum, non poteſt eam deinceps amittere: cum nullo non tempore, ſi vel mille annos vivere daretur, ea ſeſe nobis offerant, & in amplexus noſtros effundant. Quare, quicquid aliqui de his judicent, ego certè ab hoc me præſidio facilè deturbari non ſinam, nec mihi perſuaderi patiar, exiguum eſſe, quod præbemus adminiculum ad ſancta oracula promtè in nativa ſuâ proprietate comprehendenda. Quanti quæſo mercareris tu, qui Hebraici ſermonis ignarus es, datum tibi ab infantiâ fuiſſe Patrem aut Præceptorem, qui nominum huiuſmodi, quæ inter nutricum ubera & delicias matrum diſcere incipis, ſignificationem ſuggeſſiſſet, & rationem compoſitionis ac ſignificationis abs te exegiſſet? Sic n. per luſum quaſi ac jocum totam ſanctam linguam addidiciſſes, & magnam ſimul Scripturæ partem à teneris, quod aiunt, unguiculis imbibiſſes. Fac periculum in

aliis : nisi eventus voto responderit, ero reus promittendo. Patri his literis docto quid jucundius & facilius pusioni suo dicere, *Abrahamum* patrē notare excelsum, *Samsonem* solem, *Mariam* amaritudinem, *Siseram* equorum domitorem, & explicatam harumce notionum rationem ex fontibus addere ? Nulla lingua existit inter omnes, cuius intelligentia tam familiaris est, & obvia omnibus interq; adeo manus omniū versatur, quàm Hebræa. Ad hanc plura ab ipsis incunabulis ex religione & institutione atque usu vitæ quotidiano afferimus adminicula, quàm ad Latinam aut Græcam vel aliam quamlibet. Hanc nescientes, ut sic loquar, scimus & discimus. Alias operosè quærimus, & non sine maximo fastidio assequimur, quia nulla nitimur præexistente, ut cum Philosophis loquar, cognitione. Vtinam ostenso hoc stratagemate crebrescat deinceps augescatq; adeo : ut pervagetur orbem, & ex usu linguarum Orientalium, quæ ex Hebræâ fluunt, Iudæos, Turcas & Arabes in Ecclesiam postliminio revocet, Paulique de conversione Judæorum vaticinium impleat ! Si quis nobis occurrat, esse non pauca nomina parū trita usu sermonis vulgati, quæ in Bibliis extant, is quoq; facile cōprehensus tenebitur. Nam ut non dicam, quam sit probrosum quic-

quam

quã ignorari, quod lectio Biblica Theosophiæ cultori exhibet, vel hoc nomine nostrũ artificium commendari posse, certũ est: quod id citius infigi tenaciusq; memoriæ inhęrescere soleat: cuius aliqua insigni & memorabili explicatione cõmendata nobis est notitia, quodq; ex suis haustum fontib. nobis propinatur. Sunt sanè permulta vocabula regionum, urbiũ, turrium, gentiũ, populorum, virorũ, fæminarum, fontium, montiũ, arborum, lapidũ, columnarum, sepulchrorum & similiũ rerum: sed facile omnia capiuntur & retinentur ab iis, qui non externũ eorum corticem lambunt, sed in nucleũ ipsum penetrant, ut eius sapore potiantur. Si sonitu tantũ feriunt aures, & sensu mentem simul non pulsant: facilè elabuntur: sed si præexistenti, ut diximus, innituntur cognitioni, radicem protinus agunt, & fixa coalescunt. Quò mihi facere videtur Francisci Verulamij, magni illius artium instauratoris aphorismus l. 2. aph. 26. de nouo Organo: *Cùm quis*, inquit, *aliquid reminisci, aut in memoriam revocare nititur, si nullam habet aut perceptionem eius, quod quærit, quærit certè & molitur, & hac illac discurrit tanquam in infinito. Quod si certam aliquam prænotionem habeat, statim abscinditur infinitum, & fit discursus memoriæ quasi in vicino.* Hæc ille. Si tibi Persicum Arabicumve offertur nomen,

seu Turcicum, Indicum, Æthiopicumve: facile peregrinitas & raritas mentem offendit: vt resiliat, & ex eius præproperè complexu sese quasi subducat. Simul ut verò promta manu derivationis nostræ divinum organum apprehendis, statim impetras, ut per eam, sive vera sit, sive allusiva, peregrinitas omnis evanescat, & quod alienum, durum ignotumve erat, jam tibi quasi abblandiri videatur, seque ultrò animo tuo conjungere cupiat. Multa hîc occurrunt consimilia, quæ in præsens omitto. Ad veritatis quoque confirmationem in quamplurimis pertinere nostram Onomatoscepsiã aio. Multa enim commenta produntur ex nominibus, quæ mentiendi & quidvis ex libitu fingendi audaciam pudefaciunt. Cuius rei vnum hoc ex Berosо esto exemplum. Noæ uxorem fuisse dicit Tideam magnam, Semi Pandoram, Japheti Noëlam, Chami Noëglam. Hæc vocabula (inquit Cl. Matth. Martinius) Græcanicum solum sapiunt. Græca autem lingua demum circa C L. annum post diluvium est exorta. Vxor Noę fuit huius mundi post diluvium τιτθὴ μεγάλη magna nutrix & mater: nisi vox est à טִ֫יט lutum sive terra. Pandora sonat πάντα δῶρα omnia dona: quæ principio fuerunt in Asiâ celeberrimâ mundi parte in priscis historiis. Noëla videtur esse νοὸς ἔλη judicij splendor. Iudicij

dicij temperie Europa antecellit aliis mundi plagis. Noëgla est νοὸς ἀγλη mentis fulgor. Africæ gentes astutiâ præfulgent aliis. Aut igitur Berosus ille nugatur, aut voces Hebræas ad græcum sermonem transtulit: quod Græci admodum licenter etiam in propriis nominibus fecerunt: unde magna pars Poëticorum mysteriorum & commentorum: quasi Noam dicamus ἡσύχιον aut παύλιον, Henochum ἐγκαίνιον: & sic uxor Noæ fuerit אֻמְנָה nutrix, &c. Postremò ut utilitatum, quas hæc nostra suppeditat ὀνομαλοσχεδία, compendium faciam, id etiam sed brevissimè adjungo, multa ex nominum resolutione Physica, Mathematica, Ethica solere efflorescere atq; ingeniosè decerpi. Huius rei passim specimina aliqua admiscuimus. Sic gratia exempli עוֹפֶרֶת, quod *plumbum* (de quo nomine in עֶפְרוֹן Hephron, Genes. 23. v. 8. egimus) denotat: hoc à עָפָר vel עֲפַר, i.e. pulvere ideo dictum est, quòd cum cætera metalla à pulvere consumantur, rubigine exedantur & paullatim minuantur, plumbo tamen ex pulvere, in quo delitescit, semper aliquid accedat: ut nitidius fiat ac plenius: sicut experientia demonstrat. תּוֹלַעַת vermis dicitur, qui ex putrescentibus granis nascitur, & tingẽdis lanis coccineis servit. vnde CHRISTVS se talem vermiculum vocat Ps. 22. 7. quia nos tingit sanguine

ſuo. Hac de re egimus in nomine תּוֹלָע Tolahh Geneſ. 46. 13. Ex nomine מַזָּלָה, i. Planeta, *influentiæ* ſeu ἐνεργείας corporum cœleſtium in hæc ſublunaria veritatem elicuimus. Eſt enim נָזַל *fluere*: cuius originationis ratio nulla foret: niſi jugi ac perpetuâ operatione motu ac lumine ſuo æterni illi ignes inferiora hęc refocillarent, alerent & ſuſtentarent. Habes hæc in nomine Barzillai 2 Sam. 17. 18.

Intercurrunt Geographica paſſim, & quæ ad tranſmigrationes populorum enubilandas faciunt, propagineſque gentium. Sic à *Iavan Iones*, à *Meſech Moſcos*, *Tuiſcones ab Aſcenas*, ab *Eliſa Hellines*, à *Ludim Lydos*, à *Lehabim Libyes*, ab aliis alios deſcendiſſe ac nomen ſortitos eſſe docemur. Inprimis memorabile eſt, quod de PERV inſula ex Aria Montano enotavimus. Verba 2 Chron. 3. v. 6. de auro Salomonis ſic reddidit Tremellius: *Aurum autem ipſum erat aurum Parvaiimorum.* Lutherus quoque: Das Gold war Parwaym Gold. Terra igitur illa, ex qua tanta optimi auri copia Salomoni advecta fuit, & ad alias gentes aſportata, jam tum פַּרְוַיִם *Parvaim* dicta fuit: quam hodie *Peru* vocamus: quæ ad Europæi orbis notitiam & mercimoniorum uſum Chriſtophori Columbi ſagaciſſimâ pertinaciâ anno ſupra milleſimum quadringenteſimũ nonageſimo ſecundo

do tradu&cta, Hebræis autem veteribus fuit exploratiſſima. Verba Ariæ Montani in libro Phaleg, id eſt, de gentium ſedibus & ſitu orbis ita habent: *Dictio Parvaim iis qui vel tantum ſciunt Hebraicè legere duas regiones olim Peru dictas clarè demonſtrat, vnam quidem, quæ eodem vocabulo hodierno etiam die Peru dicitur, alteram vero, quæ nova Hiſpania à navigantibus eſt appellata. Eius autem regionis aurum puriſſimum atque in maximo pretio apud omnes gentes fuiſſe conſtat. Atque interpres quidem vulgatus vel ob ignotam ſibi regionem, vel potius in eius, quod illa regio exhibebat, auri laudem (cum in Hebræo ita ſcriptum legatur: Et aurum illud aurum Peru & Peru: nam Peru in numero duali Parvaim dicitur) convertit: & aurum erat probatiſſimum. Quocirca quicquid auri inter alias gentes priſcis illis ſeculis in uſu fuit: id fere totum ex illius terræ cavernis elicitum eſſe exiſtimamus.* Hucuſque Arias Montanus: cuius ſententiæ illud quoque ſnffragatur: quod ex tranſpoſitione literarum in voce אופיר nomen Peru facilè eliditur. Allegoriarum non eſt hic præteundus proventus feraciſſimus, quem noſtra ſuppeditat ὀνομαθεσία. Eſt certè in nominibus plerunq; ſenſus quidam reconditus à Nomenclatorib. adumbratus: quem ad ſimlia eventa trahere licet: in quo ſtudij genere Philologorũ veterũ ingenioſa attentio multum deſudavit.

Sint nobis exemplo tres *Iobi* filię, *Iemima*, *Kerenhappucha*, & *Ketziha* : de quibus ita Greg. Nyss. in Cant. Hom. 9. *Iemima* (inquit) *honestatem declarat: quemadmodum & Paulus filios lucis ac diei appellat eos, qui vitam puram agunt. Cassiæ appellatione puritatem ac fragrantiam studiorum. Cornu vero Amaltheæ laudem omnis generis virtutũ significamus.* Verũ ignosce tu mihi Gregori Nyssene. Quicquid de pulchritudine eiusq; amabilitate, fragilitate, brevitate, incremento ac decremento; quicquid rursum de splendore & luce dici potest, id in hanc filiam pro ratione instituti sui transferre potest allegoriarum artifex. Quam latè rursum patent odor, sapor, color & virtutes Cassiæ, tam uber est accommodationis eruditæ in secundam filiam nomine *Ketziam* proventus. De cornu Amaltheæ & stibii qualitatibus differere volentem vox dies deficiat. Tam latè scil. harum rerum usus funditur: ut ad innumeras penè similitudines profluere queat oratio. Licebit hîc variè *ludere in campis scripturarum* (quod Hieronymi verbum est) & ostendere, rebus atque autoribus suis nomina vel concordare vel adversari, eademq; rursum præsenti instituto accommodare. Demus huius quoq; rei exempla aliquammulta. Gratum & obtabile est nomen *Absolomi*, quod patrem pacis notat: sed quàm longè abfuit is ab hac feli-

felicitate, qui tam gratiosum ac benignum nomen sortitus fuerat, nempe Davidis filius *Absolom*, incentor ille seditionum & tuba ac fax bellorum civilium: quo Resp. Jsraëlitica conflagrâsset: nisi in caput sanguinarij parricidæ malum omne recidisset. Poterit ergo hoc nomen ei accõmodari, qui voce sola pacis studia præferat, bellis interim cuncta permisceat. Salomonis filius & successor regni, honorum opulentiæq; paternæ hęres, *Rechabeamus* dictus est, i.e. dilatans vel augens populum, seu *semper augustus*. At quàm longè eventus abfuit ab hoc omine tam fausto? Imprudentię n. suæ culpa vix duas retinuit tribus, cæteris fæda ad Jerobeamum discessione omne robur ac vim tam felicis Monarchię uno penè momento conturbãtibus. Rex filiorum Ammon nomen amabile sortitus erat in 2. Sam. 10. *Chanun* enim, i.e. gratiosus vocabatur: quæ vox eum quoque notat: qui ingenii amænitate & morum suavitate omnes in amorem sui pellicit. At nimium adversabatur hoc nomen moroso Regi: qui insigni cõtumeliâ mactabat Legatos, officia Davidis & Magnatũ per honorificè ei delaturos, doloremq; ex parentis obitu conceptum solatio suo absterśuros. Verùm hęc quoque morositas ei posteà in exitiũ vertit. *Achitophel* fratrẽ insulsitatis notat, seu fratrẽ insulsum. Minimè

tamẽ insulsum dedit ipse consiliũ: cum ab Abschalomo acciretur. Ac nisi eventũ frustrata esset divina providentia, res omnes ad arbitriũ Abschalomi fluxissent. Hoc scriptura notare volens in tantâ sapientiæ opinione Achitophelem fuisse memorat, ut instar cœlestium oraculorum haberentur, quæ ipse diceret aut suaderet. Nec frustra precabatur David: *Domine, stultum redde consilium Achitophelis.* Concordantia cum rebus & personis suis nomina infinita sunt: quæ si quis observaverit, copiosam ex iis doctrinam ad mores & sacrorũ Codicum fidem, Historiæque veritatem eruendam decerpere poterit. Quis inter Dei servos (gratia exẽpli) fidelior *Obadia*? id quod nomen eius exprimit. Quæ mater plurium liberorum, quam *Eva?* quod nomen eius indicat. Et, si ingratæ significationis nomina requiris, quis pluribus malis & cladibus Israelitas affecit *Berodacho*? quod tantundem est, ac si dicas, *Creans contritionem.* Quis truculentior *Sancherib*o? quæ vox *rubum destructionis* indicat. Sed his recensendis modum facere oportet.

Nonnullam id quoque, nisi fallor, habet jucunditatẽ, quod, sicuti nostri homines ex animalibus, instrumentis & naturæ opificiis aliisq; rebus sive faustis sive ominosis, laudatis aut illaudatis, sua desumere nomina gestiũt, ita nec veteres illi Ecclesiæ veræ alumni à tali consue-

tudine fuerint alieni. Invenimus enim in scripturis *Leones*, *Vulpes*, *Vrsos*, *Porcos*, *Pulices*, *Feles*, aliorumq; animaliũ nomina hominib. imposita, & quidẽ singula singulis. Nam quamvis binomij aliqui reperiantur: pleriq; tamen ab hoc fastu longe abfuerunt: quo in cumulandis prænominibus, cognominibusq; & titulis otiosis seculũ nostrum intumescit. Demus aliqua huiusce rei exempla: *Rebecca* juvencam significat. *Hegla* est vitula, nomen vxoris Davidis. *Iahhala*, ibex. *Rachel*, ovis. *Zebiiach*, caprea. *Rehhem*, vnicornis vel rhinoceros. *Hheglon* nomen Regis Moabitarum vitulum notat. *Tachasch*, taxus seu melis. *Schahhalim*, vulpes. *Chazir*, porcus. *Parrhosch*, pulex. A myrto nominari voluit Esthera *Hadasah*: quod alterum eius nomen erat. *Rimmon* malum granatum notat: quod nomen variis personis impositum legitur. *Luz*, nux vel avellana. *Carmi*, vinitor. Addam nomina quædam mira & propemodum probrosa: quibus vix quisquam inter nos notari sustineat. Genes. 38. 5. Jos. 15. 44. 1 Chron 4. 22. habentur nomina ex eadẽ radice descendentia *Cezib*, *Achzib* & *Cozebah*: quæ nõ aliter quam per mendaciũ, vel mendacẽ, possunt exponi. *Schahhalbin* est vulpis intellectus, quo fere sensu nos versipelles vocamus Reinicke Fuchs. *Achitophel* est frater insulsus, Tölpel mein Bruder.

Beri-

Berihhah, in malo, Genes. 14. 2. *Amraphel*, loquēs ruinas, **großsprecher**. *Chophrahh* est operimentū iniqui, **schalcksdecke**. *Tachpenes* occulra fuga. *Iahhakob*, supplantator. *Schechar*, sicera vel cerevisia. *Nachschon* serpens. פּוּתִי podex vel partes pudēdæ, à פּוּת, 1. Par. 2. 52. *Tebetz* lutum, Ios. 9. 50. *Kotz* spina. *Achoach* spina. *Achjan* frater vini **weinbruder**. *Charnepher* ira tauri. *Marmah* dolus. *Tarpelai* raptores laborioſi. *Halluchesch* incantator. *Marsenah* amaritudo rubi. *Aridatha* leonis lex, **löwengesetz**. *Parmaschta*, rupturafundamenti, **grundloß**. *Saraph* incēdiarius **fehder**. *Sansanna*, rubus rubi. *Lachmas*, raptor, **reuber**. *Rachā* vulva. *Regem* lapidator. A vitijs quoque corporum quædam nomina tracta videntur: ut *Pochereth*, oris conciſio. *Zilpa* vilitas oris. *Charumaph* deſtructio oris. Fuere qui ſibi nomina è cælo & ſtellis petivere. *Ceſil*, eſt Arcturus. *Iehhuſch* urſa cęleſtis ſeu plauſtrū. Nominibus locorum & urbium inſignis ineſt varietas, adeo ut quædam etiam occurrant, quæ cum noſtris pulchrè comparari queant. Ios. 19. 41. extat nomē urbis, quæ dicitur עִיר שֶׁמֶשׁ *Hhir Schameſch*, i. e. civitas ſolis: & in eodem capite עִיר חֶרֶס *Hhir Cheres*, i. e. civitas ſolis, **ſonnenburg**. 1. Sam. 7. בֵּית־בַּר *Bethcar*, dom⁹ agni, **ſchaffhauſen**. Ios. 15. 6 *Bethharabah*, domus corvi, **rabenhauß**. Neh. 3. 14. *Bethhaccerem*, domus vineæ, **weinhauß**. *Bethrapha*,

pha, domus sanitatis. *Iericho*, lüneburg. *Chatzarsusah*, atrium equitatus, reithauß. Ios. 19. v. 5. Rursum Gen. 14. 5. *Kiriathaiim* zweenstädte. Gen. 23. *Kiriatarbahh* vierstätte. Numer. 22. 39. *Kiriath-Chutztzoth* gassenstatt. Genes. 31. 49. *Mitzpah*, specula, spicker/warte. 2. Reg. 17. 3. *Succoth banoth*, tabernacula filiarum vel virginum, frawenzimmer. *Machanaiim* sunt residentzstätte. Ios. 15. 41. *Bethdagon*, dom⁹ piscis, fischstädte/fischhauß. Ios. 15. 58. *Bethgader*, civitas murata. Ios. 15. 49. *Kiriathsannah* civitas rubi dornstadt. Ios. 19. 5. *Bethhammarkaboth*, domus quadrigarũ, wagenhauß. Ios. 15. 58. *Bethtzur*, domus rupis, bergstadt.

Illud amatoribus literarum & in Academia degentibus forte ingratum non est futurum, si moneantur, Hebræos literarum fuisse amantissimos, eaque de causa vel à prophetia, vel à literis aut illuminatione urbes suas denominare gestiisse. Ios. 15. 15. fit mentio civitatis, cuius nomen est Kirjathsepher, i. e. *civitas literarum*. 1. Reg. 4. 13. recensentur חַוֹּת יָאִיר *villæ illuminantis*. 1. Reg. 21. v. 1. reperitur urbs dicta Nobeh, i. e. prophetia, & id genus multa. Sylva enim nominum numerosa & locuples est apud Hebræos, quæ reliquas linguas hoc penu longe longeque superat. Hanc poscebat πολυλεκνία & familiarum amplitudo, ipsaq; Reip. Israëliticæ constitutio. Nam ad posteritatem curiosè

transf-

transmittebatur distinctio familiarum, & tribuum per suas origines paternas recensio: quam intricatam habuissent Hebræi vel certè minus facilem atque obviam: nisi ingeniosa eorum ubertas in hanc excogitandarum vocum propriarum fæcunditatem ebullijsset. Nos hodie Gregorios, Adamos, Johannes, Ulricos, Franciscos, Christophoros & parvo numero alios habemus tantum. Faciat, qui vult, periculum ex indicibus fastorum nostratium: vix quadringenta inveniet nomina in ijs contenta, quorum tamen vix decimum in usu est: at in sacris aliquot millia reperiuntur. Vtinam majore vocũ ubertate uteremur: ne tres pluresve Petri, Johannes, Georgij in eadem parvâ domo unà degerent. Nam inest huic nostrę pauperiei multum confusionis, eaq; res haud leve argumentum ignaviæ habet. Nam ut Polybius ait, *occurrere sibi idem sæpius nemo non abominatur*. Et Cicero; *Ad aures nostras & sermonis suavitatẽ nihil est vicissitudine, varietate & commutatione aptius*. Quid obstat, quin meum hodieque filium vocem *Neriam*, id est, lucernam Dei? ex Gen. 46. 16. quantumvis hoc nomen in Calendarijs nostris nõ reperiatur. Suavissimum id foret doctrinæ & consolationis monimentum. Cur nomen *Iudith* in tam frequenti apud nos est usu: quod tamen Esavi polygami uxoris

uxoris & quidem gentilis ingratæque erga socrum Rebeccam fæminæ nomen est? *Racheles* paucas habemus, i.e. *oves*. Sed n. quia hoc argumentum attingimus, pulchra quædam recenseamus nomina, liberis nostris non indigna. *Schemarias* est custodia Domini, 2. Par. 11. 20. *Iachleël* est expectatio Domini, Gen. 46. 14. *Malchiel* Deus meus Rex, Gen. 46. 20. *Achihud*, frater laudis. *Iehojachin* præparatio Dei, 2. Reg. 24. 6. *Naaman* vir venustate ac forma spectabilis. *Schiphra* fæmina decora. *Elcana* Dei possessio. *Tzurischaddai* petra mea omnipotens, Num. 1. 6. *Pedael* redemtio Dei. Num. 34. 28. *Eldad* Deo amabilis Gottlieb, Num. 11. 26. *Palthiel* liberatio Dei, Num. 34. 25. *Nachaliel* hæreditas Dei. Numer. 21. 19. *Iezonias* auscultatio Dei, 2. Reg. 25. 23. *Chelkiias* portio Domini, 2. Reg. 18. 18. *Channiel* gratia sive misericordia Dei. *Beziothia*, oliva Domini, Jos. 15. 28. *Iisreel* semen Dei, Jos. 15. 56. *Nearias* puer Domini, 1. Par. 7. 28. *Ieruel* timor Domini, 1. Chron. 7. v. 1. *Othoniel* tempus Domini, Jud. 1, 13. *Schechanias* habitatio Dei, 1. Par. 3 21. *Nechemias* quies Dei, vel deductio Dei. *Ithiel* mecum Deus. Hæc & alia complura nomina sese in usus nostros facile datura sunt.

Quædam etiam proverbiorū loco usurpari poterunt: in quibus si quisquam alius, certè Hiero-

Hieronymus amænitatis ingenii ſui ſpecimina edidit eximia: quem ſi imitari libet, teneto ſequentia. Si cum contentioſo negotium eſt, vocetur בֶּן־עֲנַת *Benhhanath*. i. e. filius reſponſationis. Si cum perditæ nequitiæ hominibus; vocentut filii *Belial*. In laude contrà erunt *Benſchemeſch* filius ſolis: *Baruch*, benedictus: *Adarhhezer* auxiliator magnificus: *Schamgar* illuſtris advena.

Cumulemus jam, quæ huc faciunt, ſive laudis ſive vitij nomina. Fæminam vel virginem delicatè comtam, unguentis delibutam, odoramentorum & ſuffumigationum ſtudioſam, *Boſmath* indigitabis elegantiſſimè & appoſitiſſimè. בֹּשֶׂם enim eſt, quod nos dicimus **bieſam**/ vel **beſem**. Legislatorem non atramento, quod de Dracone olim ferebatur, ſed ſanguine leges ſuas ſcribentem, *Aridatha* cognominabis, ab אַרְיֵה leo, & דָּת ſtatutum. De exule, qui ſuum ſibi ſua culpa attraxit exilium, eleganter dicere poſſis, quod verſetur in terra *Nodi*, i.e. erroris ſive vagationis: hæc enim terra Caini fratricidæ fuit; Gen. 4. 16. unde *Nodumbarũ*, qui Plinio noti ſunt, nomen remanſit. Æruſcator, quales noſtra ætas nimis multos habet, quos ſtelliones monetarios ſeu **kipper**/ vulgò dicimus, *Cananæus* vocetur. Cananæi enim erant populi maritimi, & pecuniæ corradẽdæ ſtudioſiſſimi.

Similia

Similia sunt *Tzeltzach* umbra nitida vel speciosa, de juvencula pulchra: cui superveniens morbus omnem nitorem absterserit. Filius parentis sui in senectute baculus esto *Abiner*, 1. Sam 14.51 id est, Patris lucerna. *Pater Patriæ* sit Melchischuahh vel *Cilab*, i.e. totus pater; ex 2. Sam. 3. 3. Hominem insigni ignominia notatum vocabis *Ischboschetum*, i.e. virum confusionis. Balatronem quendam & verbis turpibus operam dantem nominabis *Mephiboschetum*: quod nomen sonat *ex ore ignominiam*. Parum idoneum & solertem negotiorum gestorem dices *Tirchakah*, i.e. exploratorem obtusum; 2. Reg 19.v.9. Filium qui dolendi tibi materia sit & flendi, *Benoni*, i.e. filium doloris, Gen. 35. 18. vel *Benbachutum*, i.e. filium fletus. Contrà dilectum vocabis *Binjaminem*, i. e. filium dexteræ: quod non minus charus tibi sit, quàm dextera. Princeps thesauri sit *Saretzer*, Ier. 39. 3. Vocentur omnes, qui his annis in Germaniâ turbulētâ nascūtur, *Icabodi*, ab אִי־כָבוֹד, ex 1. Sam. 4.v.21. id est, *Ubi gloria?* (Germaniæ scilicet) vel *vagloriæ*. Mulierem rei familiaris parum studiosam & vilia omnia putantem, temulentam scilicet ac decoctricem, pereleganter *Zilpam* vocaveris. Hominem fortunatum, cui divina virgula suppeditat omnia, rectè dixeris *Baalgad*, dominū vel idolum fortunæ, Ios. 11. 17.

Gratiosus Dominus est *Baalchanan*, Gen. 36. 38. *Hadarezer* splendidus auxiliator, 2. Sam. 8. 3. *Gerschon*, i.e. *exul*, Gen. 46. 11. *Issachar*, mercator. Pædagogus *Levita*. Homo usquequaque calamitosus *Mordechai* vocetur, i.e. amara contritio. Vrbs rebellis *Bethschittah*, i.e. domus deviationis, Iud. 7. 23. Res vehementer aculeata *Sansannah*, rubus rubi, Ios. 15. 31. Fax & tuba belli civilis *Iokdehham*, incendium vel ustio populi, Ios. 15. 56. Terra infertilis proverbialiter vocatur terra *Cabul* à כֶּבֶל, i.e. *compes*, 1. Reg. 9. 12. In hunc modum doctè loquentes & scribentes occasionem ex nominibus Biblicis sumere possunt ad proverbia eruditè excogitanda: quibus tanquam gemmis quibusdam ornetur oratio. Qua in re Hieronymum à nemine inter Patres sanctos superatum fuisse arbitror: adeo frequens est & felix in his accommodandis: ut totas Scripturas & singula eius verba in numerato habuisse videri possit. Ipsi de *Succoth in Etham* est, quod aliàs dicitur, *De angustis ad augusta*. De *Meribah in Rechoboth* est de contentionibus & rixis in libertatem seu latitudinem. Ex *Moabitide Israelitidem* vel ex *Moabita Israelitam* fieri, est abjectâ infidelitate religionem veram profiteri: & hoc genus innumeris proverbiis ceu floseulis fragrantissimis intexta est eius oratio. Poterat ubique Hieronymus, si

volui-

voluisset, *Quintiliani* (ut ipse loquitur) *ostentare acumina*, *Ciceronis fluvios*, *gravitatem Frontonis & lenitatem Plinii*: sed vividius afficiebant eum hæc nomina: quàm ut profana illa his sacris præferenda esse judicaret: utut majorem fortasse apud arrogantes ei paritura fuissent admirationem. Pretium operę facturus, imò rem gratam Deo præstiturus est, qui valere jussis adagiis fabularum Poëticarum, ex ore malit Prophetarum & Sanctorum Dei hominum excerpére, quod ad ornandam orationem, religionem commendandam, sacras historias cognoscendas jucundum pariter & fructuosum discentibus juxta atque docentibus præbere queat adminiculum.

Faxit ille unicus literarum & religionis veræ autor atque conservator DEUS: ut plurimum semper & ubique incalescant animi veritatis cælestis amore & fontium scrutandorum desiderio: quò clarius in dies ac latius lux hæc linguarum exsplendescat, & Orbi universo CHRISTI Domini ac salvatoris nostri gloria illucescat.

AMEN.

I.

אָדָם ἀδάμ. *Adam.* Adam.

Geneſ. 2. 7.

NOTatio huius nominis tam crebris atq; apertis in ſcriptura paſſim traditur verbis: vt nemo eam legens ſignificationem vocis ADAM ignorare queat. Diſcunt igitur, quicunque ex quacunque lingua ſacras literas norunt, *terram* vel *terrenum* notari voce *Adam*. Ita enim Moſes Gen. 2. 7. *Finxit Deus hominem ex terra* מִן הָאֲדָמָה הָאָדָם. Gen. 3. v. 19. *Reuerteris in ipſam terram* אֶל־הָאֲדָמָה *quia ex ea deſumptus fuiſti.* 1. Cor. 15. v. 47. *Primus homo de terrâ terrenus*: vbi Paulus repetit Moſis ex Geneſ. 2. 7. paronomaſiam: quæ in fontibus tantum conſpicua eſt, ſed in vertendo perit. Ex iſto igitur Spiritus S. Lexico, quo nomine *terra* Hebræis vocetur, nôrunt omnes mundi nationes, aut certè perfacile, ſi modo attendant, diſcere poſſunt, imò debent: cum originationis rationem textus ipſe innumeris penè in locis inculcet.

Eodem modo Latinis *homo* ab humo dicitur: non ab ὁμῶς, i. e. ſimul, vt vult Quintilianus. Nam etiam graculi ſocietatem amant, & gregatim volant,

vt & reliquarum animantium omnigena colluuies. Goropius Becanus lib. 1. Hermathenæ p. 95. suis indulgens allusionibus, non tamen ab hoc scopo nimium abludens voci Adam cognatam facit nostram Dam i.e. agger. *Nulla* (inquit) *elegantior comparatio inveniri potest : quàm si hominem dicas perpetuis tentationum procellis velut aggerem quendam fluctibus assiduo impetu tundentibus objectum esse.* Solidior est græcorum affinitas vocabulorum, putà δέμας *corpus* : & δῆμος *populus*. Omnis enim populus ex lumbis Adami prodiit.

Radix est אָדַם i.e. *rubescere:* creditur enim ex rubra terrâ creatus Adam. Hanc huius radicis significationem perspicuè insinuat scriptura in notatione nominis *Edom* Gen. 25. 30. *Coquente jusculum Iacobo dixit Esau, Sine me haurire de isto edulio admodum rufo* מִן הָאָדֹם הָאָדֹם הַזֶּה *de rufo rufo isto : nam fessus sum : idcirco quisq; vocavit nomen eius Edomum.* אֹדֶם est *Sardius*, lapis pretiosus, *pyropus* Tremellio, *rubinus* : à colore sic dictus : vel quòd sanguinem purificet, & ejus fluxum sistat.

De mysteriis elementorum nominis Adæ, vide Robertum de Fluctibus, in libro de secundariis Microcosmi principijs cap. 1. Ex Radice אָדַם existunt etiam sequentia nomina propria :

Ios. 15. v. 7. אֲדֻמִּים *Adummim*, i. e. terreni, rufi.
Ios. 19. 33. אֲדָמִי *Adami*, i.e. terrenus, rufus.
Ios. 3. 16. אָדָם *Adam*, nomen vrbis.
Gen. 10. v. 19. אַדְמָה *Admah* : vrbs Pentapoleos.
Marc. 3. v. 8. *Idumæa.*

II.

חַוָּה Chavva. Chava. Heva. Havah. Eva, Εὕα. Eva. Heva.

Gen. 3. 20.

EVA *viventem* vel *vivificantem* notat: quæ nomenclatio expressa est Gen. 3. 20. *Vocavit Adam nomen vxoris suæ Chavam: eò quòd ipsa sit* אֵם כָּל־חָי *mater omnis viventis.* Radix est חָיָה *vixit, revixit, salvus fuit.* Piscatori Heva est Lebendigmacherin. Altius hoc repetens Brougthonus in Concentu Script. S. p. 15. *Occasione* (inquit) *promissionis de futuro semine benedicto, Adam mulierē VITAM vocat; præscius, quod illa à morte redemta futura esset mater liberorum, qui per Christum æternum essent victuri. Infantium σοργὴ erga suas matres movere debebat omnes ad huius rei veritatem explorandam.* Sic quæ fructum mortis homini attulit mulier, eadem fructum vitę CHRISTVM eidem edere debuit. Porrò à R. חָיָה i.e. *vixit*, quàm proximè absunt Latina *Ave* (ex qua voce per inversionem fit *Eva*) vel *Have*, i.e. vive, salvus sis: & *Aveo*: quia vitam & conservationem omnia quærunt. Et Græca ἰάομαι sano, ὑγίεια sanitas, ὑγιαίνω sano: item βίος ac βιοτὴ vita. Malè ergo Rabbini quidam Evam à חָיָה dictam volunt: quòd est *indicavit, patefecit*: vt consuetā notent mulieribus loquacitatem. Epiphan. lib. 3. cont. hæres. *Eva*, inquit, *citra adspirationem Hebræis mulierem, cum aspiratione serpentem significat.* Sed vtrumque est falsum.

Ex eadem R. חָיָה i.e. vixit, sequentia fluunt nomina propria:

Gen. 16. לַחַי רֹאִי *Lachai roi.* i.e. videntis viventis.

1. Paral. 15. v. 24. יְחִיָּה *Iechijah*. i. e. Vivit Dominus.

Iud. 10. v. 4. תּוֹחִי *Tochu*. i. e. vivens.

1. Reg. 16. 34. חִיאֵל *Chiel*. i. e. Vivit DEus.

Pſal. 119. v. 57. חֵית *Cheth*. i. e. beſtia.

Iud. 10. 4. חַוֹּת *Chavvoth*, oppida, Dörffer.

1. Par. 8. 16. יוֹחָה *Iocha*, vivificans.

Eſd. 8. 15. אַחַוָה *Achavah*, eſſentia ſive generatio.

III.

קַיִן Cáin. Kaijn. Κάϊν. Kain.

Geneſ. 4. v. 1.

EVÆ poſt partum reſpirantis hæc prima vox fuit: קָנִיתִי, i. e. *acquiſivi vel poſſedi virum cum Domino vel à Domino*: Vnde Piſcatori Kajin eſt ein Erwerber. Origo ergo huius nominis eſt à קָנָה, i. e. acquiro, poſſideo, emo. Vtrumque enim ſignificat hoc verbum: vti Græcis κτᾶσθαι; nempe & comparare aliquid & in poteſtate habere. Cognata ſunt *nanciſcor, nactus ſum*: & *geno, genis, ere* antiquè, i. e. producere. Nobis quoque knipen eſt clepere, vel acquirere.

Ex R. קָנָה ſunt ſequentia Scripturæ nomina.

Exod. 6. 24. אֶלְקָנָה *Elkanah*, i. e. DEi poſſeſſio.

Num. 32. 42. קְנָת *Kenath*, i. e. poſſeſſio.

Ioſ. 15. 22. קִינָה, *Kinah*, i. e. poſſeſſio.

Ioſ. 12. 22. יָקְנְעָם *Ioknehham*, i. e. poſſidens populum.

Iud. 1. 16. קֵינִי *Keni*, i. e. poſſeſſores.

1 Sam. 27. 10. קֵנִי *Keni*, i. e. poſſeſſio, emtio.

1. Par. 15. 8. מִקְנֵיָהוּ *Miknejahu, Miknejas*, i. e. poſſeſſio Domini.

Gen.

Gen. 4. v. 22. תּוּבַל־קַיִן *Tubalkajin*, i.e. mundi possessor.

1. Maccab. 15. 38. *Cendebæus*, i.e. possessio doloris.

Act. 8. 27. *Candace*, i.e. possidens contritionem.

IV.

שֵׁת Scheth. Seth. Σήθ. Seth.

Gen. 4. 25.

ADami hæres, qui in locum Abelis à Kajino occisi suffectus fuit, שֵׁת dicitur, i.e. *substitutus*: vti hic versiculus declarat: *Reposuit* שֵׁת *mihi* (inquit Heva) *Deus semen aliud pro Abele: quia ipsum occidit Cain.* R. est שׁוּת, i.e. *ponere, disponere, concinnare*: quæ convenit cum Germanico Setzen. Nam vt huius apud Germanos, ita illius apud Hebræos latissima est significatio; prorsus vti græcæ vocis ἵστημι, i.e. constitutio, sisto, pono. שׂוּם quoque est *ponere*.

Esd. 2. 63. תִּרְשָׁתָא *Tirschatha*, explorans fundamentum.

V.

נֹחַ Noach. Noa. Noe. Νῶε. Noah.

Gen. 5. 29.

LEmec vocavit nomen filij sui Noachum, dicendo: *Hic recreabit nos* יְנַחֲמֵנוּ *ab opere nostro & à labore manuum nostrarum: propterea quòd maledixit Iehova terræ.* Noach ergo *quietum* notat, vel *quietem dantem*, à נָחַם, i.e. *consolatus* est, *recreavit*. Hinc græcum μνάω facio reminisci. & german. mahnen / ermahnen / quod faciunt consolantes. Alia R. est נוּחַ, i.e. *quiescere, requiescere*: à qua propius abest nomen Noachi. Sed res eodem redit: qui enim *requiem* præstat, idem etiam *consolatur*. A נוּחַ videtur fluxisse German.

Nacht, i.e. nox, quietis nutricula: & νὺξ, νύχω, νυχεύω i.e. quiesco; item ἀχὴ *quies*, ἀναχῆσαι *requiescere*, ἄναχες *quietè*.

Hinc nomina propria.

Gen. 36. 23. מָנַחַת *Manachath*, requies.
Ios. 16. 6. יָנוֹחָה *Ianocha*, i.e. requiescens.
Iud. 13. 2. מָנוֹחַ *Manoach*, i.e. requies.
Nah. 1. 1. נָחוּם *Nachum*, i.e. consolator.
Ier. 51. 59. מְנוּחָה *Menucha*, i.e. quies.
Esr. 2. v. 2. נְחֶמְיָה *Nechemjah*, i.e. quies vel consolatio Domini.
2. Reg. 15. 14. מְנַחֵם *Menachem*, i.e. consolator; quod nomen idem esse putant ac Manaen Acto. 13. v. 1, i.e. consolator.
2. Reg. 25. 23. תַּנְחוּמֶת *Tanchumeth*, i.e. consolatio.
Matth. 4. 13. כְּפַרְנָחוּם *Capernaum*, i.e. villa consolationis.
Act. 4. 36. *Barnabas* pro *Barnama* (vt volunt aliqui) i.e. filius consolationis.

VI.

יֶפֶת Japhet. Jépheth. Ἰαφέθ. Japheth, Japhet.

Genes. 9. 27.

DIxit Noach, cum evigilâsset: *Alliciet* יַפְתְּ *Deus Iephethum: vt habitet in tentoriis Schemi.* Vel: *Dilatet Deus Iaphet: vt habitet in tentoriis Sem.* Sic Vulgata habet versio: quam probat & defendit Fullerus, vir doctissimus, in Miscell. sacr. cap. 4. lib. 2. vt & Matth. Martin. in Pentateucho ad hunc locum. Ex nomine Iephet benedictionis materiam elicit Noach, & dilatatum iri Iephetum prædicit. Verbum פָּתָה significat *latum esse*, seu *dilatari* tum verbis

verbis, tum factis, adeoque & *persuadere*, *allicere*: vnde πείθειν græcum, & πειθὼ i.e. *suada*. Iephethum sanè suada Evangelica in tabernacula Semi pellexit: quod à Noacho prædictum eventus comprobavit. Iac. Capellus Iephet per πειθήνιον reddit, i. e. *fidelem*, *obsequentem*. p. 25, in Histor. Exot. Fuit hic Iapetus (à quo Iapetiam Europam nominari posse Ortelio placet in Thesauro Geograph.) Gentilibus etiam quàm notissimus; quibus illud in ore proverbiũ: Ιαπέτου ἀρχαιότερος, i. e. *Iapeto antiquior*. A פָּתָה porrò est *puto* i.e. credo: quia *putare* est æstimare & quasi credere, aliquid esse: & *fatuus*: quia *fatuus credidit omnibus*. Prov. 14, 15. & ἀπατάω, i.e. decipio. Denique פָּתַח i.e. dilato, gignit *pando*, *expando*.

VII.

פֶּלֶג Péleg. φαλέκ. Peleg Phaleg.

Genes. 10. 25.

HEberus filio suo indit nomen Peleg: *Quia* (inquit Moses) *temporibus eius* נִפְלְגָה *divisa fuit terra*, putà in extructione turris Babylonicæ. Peleg igitur *divisionem* significat & *rivum*, ex R. פָּלַג i.e. *dividere*, *separare*. Pertinet huc græcum πλαγιάζω, i.e. in obliquum diuido, & πλάγιος obliquus; qualis rivus plerunque esse solet: qui idcirco פֶּלֶג Hebræis dicitur. Cumq; divisio hæc, quam Radix proposita insinuat, propria sit aquarum: nihil opinor accommodatius in linguas earumque varietatem, mutationem, confusionemq; cogitari potest, quàm talis quædam aberratio, quæ est rivulorum à scaturigine manantium, & per varios canales, alveos, gyros, ambitus, anfractus, flexusque sese dividenti-

um. Nam vtcunque semper eadem vbique maneat aqua: ita tamen per suos vel inquinatur, vel mutatur errores: vt primam, vnde fluxit, originem vix agnoscas.

Idem prorsus etiam fit in vocibus & linguis ex Hebræo fonte manantibus. Trahi huc quoque possunt πέλαγος *pelagus*, Chaldæis פֶּלַגּוֹס: item φάλαος, i.e. *torrens*.

VIII.

בָּבֶל Babél. Βαβυλών, Babel.

Genes. 11. 9. & 10.

IEhova vocavit nomen eius (vrbis) *Babelem: quia ibi confuderat* בָּלַל *sermonem totius terræ*. Hæc Moses. Confusionem ergo notat Babel, ex בָּלַל, i.e. confundere, miscere. Dixerat enim Iehova: *Agedum, descendamus* וְנָבְלָה *& confundamus ibi sermonem eorum*. ibid. vers. 7. Quidam *Babel* componunt ex R. בּוֹא *venit*, & בָּלַל *confudit*: vt sit בָּבֶל q.d. *venit cōfusio*. Sed rectiùs *Babel* contractum pro *Balbel* esse cēsetur, vt reduplicetur בָּלַל, & ל ob facilitatē pronūtiationis extritū fuisse intelligatur. A בּוֹא i.e. venit est, βάω, βάδω, βαδίζω, vado: & Ger. bahne/wathen. A בָּלַל *confundere*, est παλύω misceo; & balbus, qui inarticulatè loquitur, & *blatero*, & *babo*, i.e. garrio. φάλιος & βάλιος est varius, maculosus: & βαλία lippitudo: nam & Hebræis תְּבַלֻּל est *albugo*. Hebræis quoque תֵּבֵל est mundus: ex quo est nostrum Welt per metathesin nullâ litera pereunte, à תְּבֵל, i.e. commixtio, confusio.

Pertinet huc

תּוּבַל-קַיִן *Tubalkajin*, i.e. possessor mundi, seu *Vulcanus* ille Gentilium. Gen. 4. v. 22.

זְרֻבָּבֶל *Zerubbabel*, i. e. peregrina confusio: vel satus in Ba-

in Babylone: vt ex Theophylacto docet Drusius: à זָרַע *seminavit*, &c. 1. Chron. 3. v. 19.

IX.

כְּנַעַן Cenahhan. Chenáan. Canaan. Chanaan. χαναάν.

Genes. 9. 25. 26.

NOach evigilans è vino suo, cum resciviſſet id, quod fecerat sibi filius suus minimus natu, dixit, *Maledictus erit Cenahhan, servus servorum erit fratribus suis. Deinde dixit, Benedictus est Iehova Deus Schemi, eritq; Cenahhan servus eis.* Peccaverat Cham: punitur & maledictione feritur Cenahhan filius. Huius rei varias afferunt rationes Theologi: quas mirè illustrat originatio. Nam Noachus ad nomen *Cenahhan* respexit, atq; ex huius vocis vi maledictionis formulam expreſſit. An enim quiſquam humiliari magis, & infra cunctos profundius deprimi poteſt, quàm si efficiatur *servorum servus*? Hoc autem ipsum est כָּנַע, i.e. *humiliare, dejicere, deprimere.* Ab hoc Noachi nepote terra Canaan nomen sortita est. Et quia Cananęi ob maris vicinitatem mercaturæ maximè dediti erant, ideo nonnunquam mercator quilibet in Scripturis dicitur כְּנַעַן. Gentile autem est כְּנַעֲנִי Cananæus. Ex verbo כָּנַע deflexum arbitrantur γόνυ, *genu*, Knie/ & knien gestus sese humiliantium: & κυνέω, προσκυνέω supplex fio. Ex translatâ significatione est ἀγάνω, ἀγάνομαι, *negotior, vtor, exerceo.* & agino, i.e. negotior. Aginator, qui parvo lucro movetur.

1. Reg. 22. 11. כְּנַעֲנָה *Cenahhanah*, i.e. Mercatrix.

Matth.15.22. *Chananæa.* Ex quo loco apapret, Phœniciam in ſtrictiore ſignificatione Chananęam notare.

X.

יִשְׁמָעֵאל Jiſchmahhel. Ifmael. Ισμαήλ. Iſmael.

Geneſ.16.v.11.

HAgaræ dicit Angelus Iehovæ: *Ecce tu prægnans es, & propediem paritura filium: illius ergo nomen vocato Iiſchmahhelem: eò quod* שָׁמַע *attendit Iehova ad afflictionem tuam.* Ergo Iſmaël eſt *exauditio DEI*, vel, *audivit DEVS*, ex R. שָׁמַע audire, & אֵל DEVS. Radicem illam inculcat iterum ſcriptura Geneſ. 29. 33. Lea enim enixa Simeonem filium, *Quia*, inquit, שָׁמַע *audivit Iehova me eſſe exoſam, ideo dedit mihi etiam hunc. Sic vocavit nomen eius Schimhhonem*, i.e. audientem, vel exauditionem.

Veniunt hinc:

2. Reg.12.21. שִׁמְעָת *Schimhhath*, i. e. audiens.

1. Reg. 12. 22. שְׁמַעְיָה *Schemahhia*, i. eſt, audiens DEVS.

Exod.6.19. שִׁמְעִי *Schimhhi*, i.e. audiens.

Num.13.4. שָׁמוּעַ *Schamuahh*, i.e. auditor, vel auditio.

Ioſ.15. 25. שֶׁמַע *Schemahh*, audiens ſive obediens.

Simeon, Simon, in N.T. paſſim. i,e. auditio. Vide infra Num.27, שִׁמְעוֹן ex Gen.29.v.33.

XI.

XI.

לַחַי רֹאִי Lachai roi. Lachairoi.

Geneſ.16.13.

RECTÈ hoc nomen ceu proprium retinent haud pauci interpretum : quare à nobis non eſt inſuper habendum, Hagar in vivis conſervata & viſione Angeli recreata monumentum aliquod divini huius beneficii extare vult: à vivificatione igitur & viſione vocat puteum Lachai roi. *Dicebat enim* (inquit Moſes) *Tu es fortis Deus viſionis.* Et, *Nonne video poſt videntem me? ideo vocat quòq; puteum illum Lachai roi.* Hæc Moſes. De R. חָיָה i.e. vixit, ex qua eſt חַי vivus, egimus num.2. in nomine Heva. רֹאִי *roi*, i.e. videns me, eſt ex R. רָאָה vidit: vnde ὁράω video. רָאָה dicitur *cornix*, avis oculatiſſima. מַרְאָה eſt *Speculum*: vnde *miroir* Gallis, i.e. ſpeculum.

Propria ex eadem R. ſunt:

Ioſ.12.10. יְרוּשָׁלַיִם vel יְרוּשָׁלִים *Ieruſchalajim*, i.e. viſio pacis.

Iudic.4.2. סִיסְרָה *Siſerah*, equum videns: niſi mâlis à סוּס & יָסַר vt ſit, quaſi *equum caſtigans* vel *erudiens*, ein Vorbereiter.

1.Chron.5.5. רְאָיָה *Reajah*, viſio DEI.

Geneſ.22.verſ.1. & 14. מֹרִיָּה *Morijah*, viſio DEI. V. infrà num.19.

Apocal.21.19. *Smaragdus*, à מַרְאָה, id eſt, adſpectus.

XII.

אַבְרָם Abram. Αβεάμ. ἀβεαμ. Abram.

Geneſ.11. verſ.26.

אַבְרָהָם Abrahám. ἀβεαάμ. Abraam. Abraham.

Geneſ.17.v.5.

PRius ſignificat *Patrem excelſum*: alterum *Patrem excelſum multitudinis.* Quod inſinuans Moſes ita Iehovam locutum eſſe narrat: *Non vocabitur vltra nomen tuum Abram: ſed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multitudinis* אַב־הֲמוֹן *gentium reddidi te.* Hoc exprimens Paulus ad Rom.4.16.17.18.bis hæc verba repetit. Componitur ergo ex nomine אָב *pater*: cuius R.eſt אָבָה *voluit, concupivit, deſideravit, acquievit*: quæ penè integra, manſit in reliquis linguis: vt oſtendunt *Aveo*, ἀγαπάω, *Aba*, quæ Latinorum eſt antiqua compellatio: qua junior erga ſeniorem vtebatur: *Abbas*: item Pater, πατὴρ, Vater per anaſtrophen. πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν, *i.e. pater multarum gentium.*

Propria alia ex hac R.deſcendentia ſunt:

1.Sam. 26.6. יוֹאָב *Ioab*, i.e. voluntarius: vel, habens patrem.

1.Sam.8.2. אֲבִיָּה *Abijah*, i.e. pater Domini: vel, Dominus patris.

1.Sam.9.1. אֲבִיאֵל *Abiel*, i.e.pater meus DEVS.

1.Reg.15.1. אֲבִיָּם *Abijam*, i.e.pater maris.

Exod.6.23. אֲבִיהוּא *Abihu*, i.e.pater ipſe.

Gen.30.3. אֲבִימֶלֶךְ *Abimelec*, i.e. pater meus Rex: vel pater Regis.

Gen.25.4. אֲבִידָע *Abidahh*, i.e. pater ſcientiæ: vel, ſcientia patris.

Lev.

Lev. 20. 6. אוֹב *Ob:* genus vaticiniorum: quod per θελητὰς exponunt Græci. Vide infrà.

Gen. 19. 37. מוֹאָב *Moab*, i.e. de patre.

Altera vox originaria, à qua nomen Abraham descendit, est רָם, i.e. *excelsus, sublimis*: ex R. רוּם, i.e. *altus, sublimis, magnificus fuit*: & רוֹם *celsitudo, elatio, superbia*: רָמַם *exaltare, elevare*. Latini *Romam* hac originatione decorare gestiunt, ob magnitudinem, potentiam & splendorem: quæ aliàs Græcis ἀπὸ τῆς ῥώμης, *à robore* dicitur. Hieronymus lib. 2. adverſ. Iovinian. *Vrbs potens, vrbs domina, vrbs Apoſtoli voce laudata: interpretare vocabulum tuum Roma: aut fortitudinis nomen apud Græcos eſt, aut ſublimitatis apud Hebræos.* Virgil. *Hæc alias inter tantum capud extulit vrbes:*

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Quibus conſentiunt, noſtra ruhm / rûhmen / rûhmlich: & Gr. ῥώννυμι, roboro, firmo.

Propria hinc manantia ſunt:

Gen. 10. 22. אֲרָם *Aram*, i.e. excelſus, magnificus. Hoc tamen nomen ad R. inuſitatam אָרַם revocari ſolet: ex qua eſt אַרְמוֹן *palatium*: pl. אַרְמְנוֹת & אַלְמְנוֹת. Eſa. 13. 22. mutatâ lit. ר in ל, quod Chaldeis quandoque in vſu eſt. Kimchi docet *Aram* ad רוּם referri, & inde אַרְמוֹן eſſe. quod *ædes altas & magnas* notet. Eſt Aram iſte ſtirps *Armeniorum*: vnde & *Armenia* dicta eſt à ſitus altitudine: ibi enim Arca in montibus Ararath primum conſedit, Geneſ. 8. 4. è quibus in Campum Sinear deſcenderunt molis Babylonicæ ſtructores. Gen. 11. 2. qui ex diffidentiâ erga divinam promiſſionem, Gen. 9. v. 11. ad molis altiſſimæ contra eluviones aquarum valituræ erectionem animos & ſtudia convertebant.

Gen. 24. 10. אֲרַם נַהֲרַיִם *Aram Naharajim*, Syria interamnis, Meſopotamia.

Gen.

Gen.22.24. רְאוּמָה *Reuma*, i.e. exaltata, gloriosa.

Exod.15.20. מִרְיָם *Mirjam*, i.e. exaltata. Alijs *Maria* vel *Mirjam* est *amaritudinis mare*: alijs *stilla maris*. V. suo Loco.

Ruth.4.18. רָם *Ram*, id est, excelsus. item, Syrus. Iob.32.2.

1.Reg.4.6. אֲדֹנִירָם *Adoniram*, i.e. Dominus excelsus, vel celsitudo Domini.

2.Reg.23.31. יִרְמְיָהוּ *Ieremias*, i.e. altitudo Domini.

2.Sam.8.10. יוֹרָם vel יְהוֹרָם *Ioram*, i.e. Domini sublimitas.

1.Par.15.18. שְׁמִירָמוֹת *Schemiramoth*, i.e. nominis sublimitas: vnde *Semiramis*, id est, nomen meum est altum. Alijs Syriacè notat columbam sylvestrem. Scaligero ὑψιφάνοιαν, à שָׁמַיִם i.e. *cali* & רָמַם *exaltare*.

Exod.6.20. עַמְרָם *Hhamram*, i.e. populus excelsus.

Deut.4.43. רָמוֹת *Ramoth*, sublimis.

Gen.26.5. אֲרַמִּי *Arammi*, Syrus.

Ios.11.5. מֵרוֹם *Mirom*, i.e. altitudines.

Ios.19.21. רֶמֶת *Remeth*, i.e. sublimis.

Iud.9.41. אֲרוּמָה *Arumah*, i.e. exaltata.

1.Sam.1.1. רָמָתַיִם צוֹפִים *Ramathajim Tzophim*, i.e. duo excelsa spectantia.

2.Sam.21.8. אַרְמֹנִי *Armoni*, i.e. palatium.

2.Reg.15.25. רְמַלְיָהוּ *Remalias*, excelsus Domino.

2.Reg.23.37. רוּמָה *Rumah*, i.e. excelsa.

1.Par.25.5. רוֹמַמְתִּי עֶזֶר *Romamtihhezer*, i.e. exaltans adjutorem vel auxilium.

Tertiam Radicem, ex qua nomen Abraham coaluit, suppeditat nobis vox הָמוֹן, quæ multitudinem, turbam, strepitum, divitias significat. Ex hac

est

est *Mammon*: de quo num. DCCCLXIII. R. הָמָן est *multiplicare, augere*: vnde Lat. *magnus*, & gr. μηκύνω *longum facio, produco*: & μῆκος *longitudo*.

Veniunt hinc:

1. Reg. 4. 31. הֵימָן *Heman*, i.e. multus: quamvis & à יָמִין i.e. dextra, queat deduci.

Esth. 1. 10. מְהוּמָה *Mehumah*, i.e. multitudo, vel tumultuans.

Gen. 36. v. 22. הֵימָם *Hemam*, i.e. turbatio eorum: nisi malis ab הָמַם conterere.

Sic igitur ex tribus radicibus compositum habemus Abrahami nomen, nempe ex אָב *pater* רָם *excelsus* & הָמוֹן *multitudo*. Jacobus Capellus in Histor. Sacrâ & Exot. ad an. M. 2102. Qui prius dicebatur (inquit) *Abram* i.e. pater excelsus, is DEI jussu vocatur Abraham, q.d. Ab-rab-hamon, i.e. *pater magnæ multitudinis*. Melon abud Eusebium de præp. l. 9. exponit Abraham, *patris amicum*. Duriùs Philo, *pater videns populum*, ac si scriberetur Ab-roe-ham. Durè quoque Chrysostomus Abram significare *transitum*. Hæc ille pag. 57, ostendere volens, quanti referat fontes nôsse.

XIII.

שָׂרַי σάρα. Sarái. Sarai. σάῤῥα.
Genes. 11. 29.

שָׂרָה σάῤῥα. Sara. Sarah. Saráh:
Genes. 17. *vers.* 15.

PRæceptum Domini ad Abrahamum hoc est: *Ne voces nomen eius Sarai: sed Sara esto nomen eius: ita enim benedicam ei: vt sit in gentes multas, Reges populorum ex ea sint.* שָׂר est princeps, dux: à R. שָׂרַר vel שׁוּר vel

vel

vel שָׂרָה *dominatus est, principatum gessit, imperavit.* Sara ergo est *Domina:* quam, cùm prius Sarai diceretur, Saram שָׂרָה vocari voluit Jehova: nempe vt eandem literam, quæ multitudinis ex voce הָמוֹן nota est (vt modò in nomine Abrahami indicauimus) suo quoque nomini impressam gereret, & de promissionis diuinæ certitudine confirmaretur. Hieronymus ita rem edisserit: *Causa, inquit, immutati nominis hæc est: quod antea dicebatur SARA, princeps mea, vnius tantum domus materfamiliâs: postea verò dicitur absolutè SARAH princeps, ἄρχουσα. Signanterq; in Hebræo additur, Non vocabis nomen eius Sarai, id est, non dices ei, Princeps mea es: omnium quippe gentium futura jam Princeps est. Sarai* propriè idem est, ac *princeps mei. Sarah* autem augmentum idem sortitur, quod acceperat nomen Abraham, per literam ה in fine, qua exprimit nomen הָמוֹן, i.e. multitudo: sicut dictum est in præcedente sectione. Quare H in fine omitti non debet. Significat etiam שָׂרַר ordinem obseruare: quo sui officij monentur שָׂרִים i. e. principes, qui & סְרָנִים *Serenissimi* eodem sensu dicuntur. 1. Sam. 6. v. 8. Ios. 13. 3. Hinc SIRE Gallorum: & σειρὰ, *ordo, series, catena:* & German. Zier/ Zierde/ Zieren. A מְשׂוֹרָה est *mensura.*

Originis eiusdem sunt:

1. Reg. 4. 6. אֲחִישָׁר *Achisar*, i.e. frater principis.

2. Sam. 8. 17. שְׂרָיָה *Serajah*, i.e. princeps Domini.

Ier. 39. 3. שַׂר סְכִים *Sarsechim*, i. e. princeps operimentorum.

Ios. 19. 6. שַׁרוּחֵן, i. e. princeps gratiæ, vel, gratia principis, vel canticum gratiæ: à שִׁיר.

Gen. 32. 28. יִשְׂרָאֵל *Israel*, i.e. princeps Dei fortis.

2. Sam. 17. 25. יִשְׂרְאֵלִי *Israeli*, vel Israelita. Aut (si proprium nomen est) vincens cum DEO. Ios.

Ios.39.3. שַׂרְאֶצֶר *Saretzer*, i.e. princeps thesauri. 1.Maccab.3.v.13. *Seron*, i.e. princeps.

Matth.14.v.34. *Genneſaret*, i.e. hortus principis. *Serapis* à שָׂרָה & בֵּן, i.e. Saræ filius. Sic Baron.ex Iulio Firmico in annalib. ad an.389.T.4.p.520. qui Serapidem, magnum illud Ægyptiorum numen, non alium fuiſſe ſuſpicatur, quam *Ioſephum*, ſic dictum, quaſi *Saræ filium* ?

Saraceni, vt vulgò arbitrantur, hinc quoque dicti: quamvis non à Sara, ſed à סָרַק Arabico, quod eſt *vacuum*, *inane*, ob paupertatem ita dictos doceant Scaliger, Jac.Capellus, Fullerus, Matth.Martinius, & alij.

XIV.

הָגָר Hagar. Ἀγάρ. Agar. Hagar.

Geneſ.16.1.

ERat *Saræ ancilla Ægyptia: cui nomen Hagar*: i.e. *peregrina, extranea.* Nominis ratio ex re ipſa ſatis perſpicua eſt: quam etiam inſinuant verba Saræ Gen.26.10.vbi ait: *Eijce ancillam & filium eius: non enim futurus eſt hæres filius ancillæ iſtius cum filio meo.* R.eſt גּוּר peregrinari, incolere, habitare. גֵּר *peregrinum, advenam, incolam* notat. Hinc χώρα *regio*: χωρέω *cedo, recedo.* Et Lat. *peragro, migro*, quod coincidit cum מָגַר *migrare.*

Hegira Mahometanorum Epoche eſt, à fuga Mahometis nũcupata: cuius initium annus Chriſti ſexcenteſimus viceſimus ſecundus.

Ex eo flexa habentur ſequentia:

Gen.31.47. יְגַר שָׂהֲדוּתָא *Iegar Sahadutha*, i.e. cumulus teſtimonij. V. num.38.

Ios.15.21. יָגוּר *Iagur*, i.e. colonus, advena.

Gen. 46.21. גֵּרָא *Gera*, i.e. peregrinatio.

Jud. 3.30. שַׁמְגַּר *Schamgar*, i. est, nominatus advena.

2. Par. 26.7. גּוּר בַּעַל *Gurbahhal*, i.e. catulus Domini.

Baruch. 3.22. *Hagareni*, i.e. peregrini.

2. Maccab. 13.24. *Gerreni*, i.e. peregrini.

Matth. 8.28. *Gergaseni*, i. e. peregrini appropinquantes.

XV.

צֹעַר Tzohhar. Sóar. Sohar. Segor. Ζόγαρα. Σωγώρ. Σηγώρ. Zoar. *Genes.* 19.22.

NOn posßum (inquit Lotus) *fuga me eripere ad montem illum, ne assequatur me hoc malum & moriar: ecce nunc civitas ista propinqua & perexigua:* מִצְעָר *fuga me quaeso eripiam illuc: nonne perexigua est? Propterea vocavit quisq; nomen illius civitatis Tzoarem.* Parvum ergo & vile erat oppidulum hoc: quod Loti precibus condonabat Jehova. R. צָעַר est *minui, minus esse: parvum, vile, contemtum haberi.* Hinc nomen צָעִיר *minor*: quod de minoribus ætate crebro vsurpatur, ac respondet græco νεώτερος. Affinia sunt fürtz / fürtzer / *curtus, curtior*, κυρτὸς, κυρτόω: & Zwerg / i.e. nanus, pumilio.

Alibi extant:

Num. 1. v. 7. צֹעַר *Tzuhhar*, parvus.

Jos. 15.54. צִיעֹר *Tzihhor*, parvus.

2. Reg. 8. v. 21. צָעִירָה *Tzahhira*, parva.

XVI.

מוֹאָב Moab. μωάβ. Moab. Moáb.

Geneſ.19.v.37.

MAnifeſta hic eſt nomenclatio, & ὀνομαθεσίας ratio ex hiſtoria præſente. Ex patre Loto conceptum filium major natu filia Moabum vocat; quod tantundem eſt ac ſi dicas *de patre*, מִן i. e. ex, de, a: & אָב i. e. Pater: de quo modò egimus in nomine Abraham, num. XII.

XVII.

בֶּן־עַמִּי Ben-hhammi. Benammi.

Benammi. Ammon. ἀμμάν. Luth. das Kind Ammi. *Gen.19.38.*

EAdem originationis huius cum priore eſt perſpicuitas ex hiſtoria præſente. Sonat Benhhammi *filius populi mei*. Quanquam enim abſolutè dictum ridiculum videri poſſit, quendam ſe ex patre ac *populo ſuo* oriundum profiteri (imò quis per luſum jocumque id non quandoque dicat?) tamen ſi filiarum Loti facias, & eſſe intelligas hunc ſermonem, eundem Lotum pro patre & thalami ſocio ſimul agnoſcentium ac prædicantium, prodigioſum eſt, quod hic memoratur. Igitur בֵּן eſt *filius, vir, parvus, diſcipulus*: vti בַּת *filia, villa, vulva*: à בָּנָה ædificavit, inſtauravit. Vnde, German. Bühne / bawen / bahnen / wohnen / Gr. ναίειν i. e. habitare. Pertinent huc etiam *fanum*, βανὸς, i. e. *altare*. πάω *poßideo*. Εὔω *tego*.

Reliqua ex hac R. deflexa ſunt:

Gen.35. בֶּן־אוֹנִי *Ben-oni*, i. e. filius doloris.

Ibid. בְּנָיִם, i.e. filius dexteræ.

1. Paral. 24. 26. בִּנּוֹ *Binno*, i.e. filius eius.

Esr. 8. 33. בִּנּוּי *Binnui*, i.e. ædificatio, filiatio.

2. Par. 26. 6. יַבְנֶה *Iabne*, i.e. ædificans.

Jos. 15. 11. יַבְנְאֵל *Iabneel*, i.e. ædificatio Dei.

2. Sam. 8. 18. בְּנָיָה *Benajah*, filius Domini.

2. Sam. 23. 29. בְּנָיָהוּ *Benajas*, filius Domini.

2. Sam. 11. 3. בַּתְשֶׁבַע *Bathschebahh*, filia juramenti.

2. Sam. 23. 27. מְבֻנָּה *Mebunnah*, filiatio vel ædificatio.

2. Reg. 17. 30. סֻכּוֹת בְּנוֹת *Succoth Banoth*, tabernacula filiarum.

1. Chron. 2. 25. בּוּנָה *Bunah*, ædificans.

1. Chron. 2. 29. אַחְבָּן *Achban*, fratris filius, vel filij frater.

Alterum nomen, ex quo combinatur Benammi, est עַמִּי, quod sonat, *populus meus*. עָם est populus, ex R. עָמַם *operuit, texit, abscondit, obruit, obumbravit*. Hinc δῆμος populus, & ὄμβρος, densus imber, seu pluvia tenebricosa. Alludunt quoque nostra mummen / vermummen.

Hinc Propria:

Oseæ 1. 9. לֹא עַמִּי *Lo-bhammi*, i.e. non populus.

Jos. 18. 24. עַמּוֹנַי *Hbammonai*, i.e. popularis.

Neh. 11. 13. עַמַּשְׁסַי *Hbamaschsai*, i.e populi depræ-datio.

Exod. 6. 17. עַמְרָם *Hbamram*, i.e. populus excelsus.

Num. 1. 10. עַמִּיהוּד *Hbamihud*, i.e. populi mei gloria.

Jos. 19. 26. עַמְעַד *Hbamhhed*, i. est, populus testimonij.

XVIII.

יִצְחָק Jitzchak. Iſaac. Ishác. Ἰσαάκ. Iſaac.

Geneſ. 17.19. *Et c.*21.6.

VOcavit Abraham nomen filij ſui Jitzchakum: *dixitq; Sara, riſum* צְחָק *fecit mihi DEVS: quiſquis audiet, arridebit mihi.* Gen. 21.v.3.& 6. Quadruplex riſus aſſignatur: qui occaſionem dedit huic nomini. *Riſit* enim Abraham audita Dei de filio ex Sara ſuſcipiendo promiſſione. Gen.17.v.17. *Riſit* Sara, & mentitur, dictitans ſe non riſiſſe, ib.v.15. *Rident*, qui audiunt, Saram vetulam voluptate concubitus vſam concepiſſe & peperiſſe. Geneſ.21.v.6. Iſmaël denique *irridet* Iſaacum. Gen.21.v.9. Verbum eſt צָחַק *riſit, arriſit, deriſit, ſubſannavit, luſit*: vnde צְחָק *riſus, luſus.* Eſt enim μέσον. Synonymum eſt שָׂחַק *riſit, irriſit, lætatus eſt.* Hinc Latina: cachinnus, cachinnor; & καγχάζω, καγχασμὸς: item σκχάζομαι. Nos dicimus, kickeren/kicheren.

XIX.

בְּאֵר שֶׁבַע Beer-ſchebahh. Beerſéba. Berſabee. Βηρσαβαέ. Berſaba. BerSaba.

*Geneſ.*21. 31.

VOcauit *quiſq; locum illum Beer-ſchebahhum: quia ibi juraverant ambo.* Et Gen.26.33. *Vocavit illum puteum Schibhham: idcirco nomen illius civitatis eſt Beerſchebahh, vſq; ad hunc diem.* Ergo Beerſchebahh ſignificat puteum juramenti: Eydbrun / ſiue Born deß

schwurs: quæ voces nostræ ab Hebræis non admodum recedunt. בְּאֵר est puteus effossus: in quo est aqua viva scaturiens & clara. בּוֹר autem cisterna est, seu fossa propriè facta ad excipiendum aquas pluvias: vel fovea in qua captiui detinentur. בִּיר puteus. Ier. 6. 7.

R. בָּאַר est explanare, exponere, elucidare, enarrare. Huc congruunt *purus*, pur. Βρύω *scaturio*, ῥέω *fluo*. φρέαρ, τος, *puteus*. βέρεθρον, barathrum: βάρις *baris*: sic dicebatur cymba illa, qua cadauera Ægyptij vectabant ad sepulturam. Hinc nobis *baare* / Gallis *biere*, Italis *bara*.

Propria ex eodem fonte manantia hæc reperiuntur:

Num. 21. 16. בְּאֵר *Beer*, i.e. puteus.

Ios. 9. 17. בְּאֵרֹת *Beeroth*, putei, sive expositiones.

2. Sam. 23. 35. בְּאֵרָתִי *Beerothi*, i.e. puteus.

Esai. 15. 8. בְּאֵר אֵלִים *Beer Elim*, i.e. fons arietum, aut fortium.

Ezech. 47. 16. בְּרוֹתָה *Berotha*, putei.

Altera Radix nominis *Bersabæ*, est שֶׁבַע *septem*, sieben/ἑπτά: quæ voces omnes suam certè originem negare haud queunt. Hinc propter numeri septenarij plenitudinem & sanctitatem est נִשְׁבַּע *juravit*, in Niphal. Germanicum nostrum huc alludit manifestè schweren.

Inde nomina alia:

Exod. 6. 22. אֱלִישֶׁבַע *Elischebahh*, seu Elisabeth. Luc. 1. v. 1. Dei mei juramentum.

2. Sam. 11. 3. בַּתשֶׁבַע *Bathschebahh*, filia juramēti.

2. Sam. 20. 1. שֶׁבַע *Schebahh*, septem,

2. Sam.

2.Sam.11.v.2. יְהוֹשָׁבַע *Iehoschabahh*, Domini juramentum.

Gen.36.33. שִׁבְעָה *Schibhha*, i.e. juramentum.

XX.

מֹרִיָּה Morijah, Moria, Moria.

Gen.22.14.

CVriosas & superfluas suspicantium, & conjectantium originationes & significationes, quas voci huic applicuere Philologi, quasi admota falce resecans spiritus Dei, hæc habet in v.14. *Propterea vocavit Abraham nomen loci illius* יְהוָה יִרְאֶה *Iehova videbit: ex quo dici solet hodie, In monte Iehovæ Videbitur* יְרָאֶה scilicet Iehova. Certum proinde est, vocem *Morija* ex duabus compositam esse (vt prolixè Nicol.Fullerus ostendit cap.14.lib.2. Miscell.sacr.) Quarum prior est participium in Hiphil passivum מַרְאֶה, i.e. *visus, ostensus*, ex R. רָאָה vidit: de qua supra in *Lachai-roi* ex Gen.16.v.13. nos egimus, nu.xi. Alterum est vnum ex divinis nominibus maximè proprijs, nempe יְהוָה. Quare Morijah tantundem est ac מַרְאֶה יְהוָה vocibus separatim ac distinctè scriptis: h. e. φανερωθεὶς θεὸς, Deus conspicuus factus. Repudiandi igitur sunt, qui spreto Spiritus S. magisterio à יָרָה deflectunt (quod in Hiphil significat docere,) & *doctrinam Domini* exponunt. Longius abeunt, qui ad מוֹר, i.e. myrrha, revocant: quasi myrrhifera priscis seculis fuerit regio Solymorum. Nec collimant, qui ad יִרְאָה reducunt: quasi Moria sit monumentum timoris Dei. Falsus prorsum est David Kimchius: qui à רָוָה deducit: *quod est irrigari, abundare, inebriari.* Quia (inquit) tota illa terra irri-

gua est & circumfluit omnibus copijs. Contra Hieron. Comment in Esa. c. 49. *saxosis montibus totum hunc tractum asperari* scribit, & *penuriam sitis pati*. Est igitur CHRISTVS Morijah מֹרִיָּה patefactus in carne Deus. 1. Thim. 3. 16. cuius symbolum & typus fuit Isacc eò deductus à Patre : vt olim eo in loco mactandum ἀνθρωπον repræsentaret. Nam civitas David, sedes Templi & locus Calvariæ nuncupatus vnius & eiusdem montani tractus colles sunt seu monticuli : vti narrat ex Munstero Fullerus.

XXI.

עֵשָׂו Hhesau. Esaú. ἠσαῦ. ἡσάυ. Esau.

Genes. 25. 25.

PRodijt prior (seu primogenitus) *rufus totus, tanquam toga villosa : ideo vocarunt nomen eius Hhesavum*, i. e. *perfectum* : nam perfectior, quàm pueri solent, videlicet pilis instructus ex vtero prodijt Esaú. Er war haaricht : wie ein alt Mensch / der schon außgewachsen vnd zu seinen Jahren kommen ist. Iac. Capello est δεκτικὸς vel δεκτήριος, activus seu actuosus. R. עָשָׂה *operari, parare* : item *contundere, confringere*. Differt à פָּעַל quemadmodum ποιεῖν à πράττειν apud Philosophos : & apud Germanos nostros machen à thun : sicut & apud Latinos *facere & agere*. Cum accusativo constructum verbum עָשָׂה nonnunquam est sacrificare, καθ' ἐξοχὴν nempe : eò quòd præcipuum hoc sit humanæ operationis officium. Sic *facere* cum ablativo apud Latinos : *Cum facies vitulâ pro frugibus*. Virg. Hinc ὅσιος, *sanctus, sacer* ; ὁσιόω *consecro, sacrifico*. Et Germ. sühnen / versühnen. Cognata etiam sunt *sueo, sueſco*.

Pro-

Propria nomina eiusdem R. sunt:

Esr.10.36. יַעֲשַׂי *Iahhasai*, i.e. faciens vel factor meus.

2.Sam.2.18. עֲשָׂהאֵל *Hhasael*, i.e. fecit Deus.

1.Reg.15.16. בַּעְשָׁה *Bahhsah*, i.e. in facturâ.

2.Reg.22.12. עֲשָׂיָה *Hhasaias*, i.e. fecit Dominus.

1.Par.7.34. עֲשׂוּר *Hhasvath*, factura.

XXII.

יַעֲקֹב Jahhakob. ἰακώβ. Jacob. Jaacób. Jacob.

Gen.25.26.

Postea vero prodijt frater eius: cuius manus tenebat עָקֵב *calcaneum Hhesavi: ideo vocavit quisque nomen eius Iahhakobum.*. Et rursus Gen. 27.38. Esau, in Iahhakobum incandescens ob præreptam sibi benedictionem ita fatur: *Quam rectè vocavit nomen suum Iahhakobum:* וַיַּעְקְבֵנִי *supplantavit enim me jam secundò: primogeniti jus meum abstulerat, & ecce modò abstulit benedictionem meam.* Hæc Esau, contumelioſè detorquens nomen à verâ significatione ad tralatitiam. Iacob igitur est ein Ferser/oder Fersenhalter. עָקֵב est calcaneus. Sunt qui Iod à fronte initialem esse literam volunt vocis יָד, i.e. *manus*: vt Iahhakob vox sit composita, notans eum qui tenet calcaneum, ἰσχιοσκελίζοντα. עָקְבָה *fraudem* significat. Quò alludit κῦβος *tessera*: κυβεύω aleâ ludo: καπηλεύω *cauponor*. Sic *caupo*, & *cauponor*. Nec planè abscedit à propria significatione nostrum hacke/ i.e. *calcaneus*.

Proprium vnum alibi solùm occurrit, nempe 1.Chr.3.24. עֲקוּב *Hhakkub*, i.e. supplantatio.

XXIII.

עֵשֶׂק Hheſek. Eſeck. Eſec. Eſek.

Geneſ.26.20.

CONtenderunt *Paſtores Gerari cum Paſtoribus Iitzchaki dicendo, Noſtræ ſunt hæ aquæ : quamobrem vocavit nomen putei illius Hheſekum : quia ſponte litem moverant* הִתְעַשְּׂקוּ *cum ipſo.* Ergo עֵשֶׂק *jurgium* ſignificat: quod eſt inter propinquos & vicinos, vel etiam amicos: vt docet Cic. lib. 4. de Rep. *Si jurgant* (inquit) *benevolorum concertatio eſt : lis inimicorum.* LXX. exponunt per ἀδικίαν. Radix non eſt in vſu. At עָשַׁק ſignificat *occupare aliena* vel *vſurpare, vi vel fraude opprimere, nolle reddere quod debeas alteri.* Planè approximat noſtrum zecken/zancken: nec longè abit græcum σκυδμαίνειν, i.e. iraſci.

XXIV.

שִׂטְנָה Sitnáh. Sitnah.

Geneſ.26.21.

CVm *fodiſſent puteum alterum, contenderunt etiam propter illum : quamobrem vocavit nomen eius Sitnam.* R. שָׂטַן eſt aduerſari, odio habere: vnde Satan שָׂטָן *adverſarius, oſor, inimicus.* שִׂטְנָה *odium, inimicitia.* Piſc. Haß oder Feindſchafft. LXX. exponunt per ἐχθρίαν. Symmachus & Aquila per ἐναντίωσιν, ἀντικειμένῳ. Nomen *Satan* notum eſt in omnibus omniũ Chriſtianorum Iudæorum, Turcarum, Arabum & Saracenorum, idiomatis ac linguis. Cognatum eſt σινόω & σίνω, *noceo, lædo* : item Sünde/per metathesin : *non enim niſi à ſeipſo & peccato quiſq; ſuo læditur* : vt Chryſoſtomus integro ſermone declarat.

1.Reg.

1.Reg.5.v.4. שָׂטָן *Satan*, i.e.adversarius.
Apoc.12.v.9.& 20,2.Σατανᾶς, *Satanas*.

XXV.

רְחֹבוֹת Rechoboth. Rehobóth. Rehoboth.

Geneſ.26.v.22.

REſigens verò inde tentorium (Iacob) *cum effodiſſet puteum alium, non contenderunt propter eum: quapropter vocavit nomẽ eius* Rechobothas: *dicebat enim: Sic vocandus eſt: quia jam dilatavit* הִרְחִיב *nobis terminos, vt fructuoſi ſimus in hac regione.* Quæ vox hîc putei nomen eſt, ea alibi vrbis eſt Gen. 10, 11. convenientiſſima certè ſpatioſis vrbibus: ſignificat enim *dilatationes*. Piſc. erweiterung. à R. רָחַב, i.e. *dilatari, latum eſſe, vel fieri.* רֹחַב *latitudo.* Quadrant huc Germ. Breit per inverſ. raum/recken. Et græc. εὖρος latitudo, εὐρύνω dilato. εὐρὺς latus.

Ioſ.2.1. *Rachab* רָחָב, i.e.lata, dilatata.

1.Par.23.17. רְחַבְיָה *Rechabjah*, dilatatio Domini.

Iudic.18.28. בֵּית־רְחוֹב *Beth Rechob*, domus ampla.

1.Reg.11.43. רְחַבְעָם *Rechabbham*, dilatator populi.

Ioſ.19.28. רְחֹב *Rechob*, latitudo.

XXVI.

בֵּית־אֵל Bethel. Bethél. Βαθήλ. Bethel. Bethel.

Geneſ.28.17.& 19.

DIxit Iacobus, *Quam terribilis eſt hic locus! non eſt hic locus, niſi domus* DEI בֵּית אֱלֹהִים. *Vocavitq; nomen*

nomen loci illius בֵּית־אֵל *Bethel, siquidem Luz erat nomen civitatis illius antè.* Et Genes. 35. 14. *Statuerat Iahhakob statuam in eo loco, vbi locutus est Deus cum eo, statuam lapideam, insperſitque eam liquore & perfundit eam oleo. Sic vocavit Iahhakob nomen illius loci, vbi locutus est cum eo* DEVS, *Bethelem. Eò quòd ibi revelatus ipſi fuiſſet* DEVS. Est ergo combinatum hoc nomen ex voce אֵל contracta ex אֱלֹהִים vt hinc patet: de qua vide infrà num. XLI. in nomine Iisrael: & ex nomine בַּיִת, i.e. *domus.* בַּיִת generaliter omnia significat, quæ sub loco comprehenduntur, putà *manſionem quamcunq;, nidum, carcerem, ſepulchrum, intercapedinem concavam.* item, *familiam.* Hebræi ſecundam Alphabeti literam hac voce inſigniverunt: eò quod figurâ ſuâ domum imitetur. Summa enim linea tectum repræſentat, & ductu ſuo quodammodo imitatur, infima pavimentum, media parietem, vacuitas è regione portam refert. Aliqui Græcum τόπος, i.e. *locus*, & Germ. bette/i.e. lectus, hinc deflectunt.

Multa, quæ cum voce Beth combinantur, in ſcripturis occurrunt paſſim nomina propria:

Gen. 35. 19. בֵּית־לֶחֶם *Bethlechem*, i.e. domus panis.

1. Par. 4. 21. בֵּית־אַשְׁבֵּעַ *Bethaſchbeahh*, i.e. domus juramenti.

1. Sam. 30. 30. בֵּית־שָׁן *Bethſchan*, i.e. domus dentis.

1. Sam. 13. 5. בֵּית־אָוֶן *Bethaven*, i.e. domus iniquitatis, vel laboris.

1. Sam. 7. 11. בֵּית־כָּר *Bethcar*, i.e. domus agni.

Iudic.

Iudic.7.23. בֵּית־שִׁטָּה *Bethschittah*, i.e.domus deviationis.

Iud.7.24. בֵּית־בָּרָה *Bethbarah*, i.e. domus electa: vel, domus puritatis.

Iud,17.28. בֵּית־רְחֹב *Bethrechob*, i.e. domus ampla.

Ios.19.27. בֵּית־הָעֵמֶק *Bethhahhemek*, i.e.domus profunditatis.

Ios. 19.21. בֵּית־פַּצֵּץ *Bethpatztzatz*, i. e. domus confractionis.

Ios.19.5. בֵּית־לְבָאוֹת *Bethlebaoth*, i. e. domus leænarum.

Ios.15. 2. בֵּית־פֶּלֶט *Bethpalet*, i. e. domus liberationis.

Ios.17.11. בֵּית־שְׁאָן *Bethschean*, i.e.domus dētis.

Ios.15.59. בֵּית־עֲנוֹת *Bethhhanoth*, i.e. domus afflictionis.

Ios.15.58. בֵּית־צוּר *Bethtzur*, i.e.domus rupis.

Ios.15.6. בֵּית־עֲרָבָה *Bethhharabah*, i. e. domus corvi.

Ios.15.6. בֵּית־חָגְלָה *Bethchoglah*, i.e.domus festivitatis eius.

Ios.10.10. בֵּית־חורן *Bethchoron*, i. e. domus libertatis.

Ios.19.5. בֵּית־הַמַּרְכָּבוֹת *Bethhammarcaboth*, domus quadrigarum.

2.Sam.20.14. בֵּית־מַעֲכָה *Bethmahhacha*, i.e. domus contrita.

2.Reg.10.12. בֵּית־עֵקֶד *Bethhheked*, i.e.domus ligationis, sc. pecorum. Vulgata habet: Camera Pastorum.

Iohan-

Iohannis 5.2. בֵּית־חִסְדָּא *Bethcheſda*, i.e. locus benignitatis.

1.Paral.4.12. בֵּית־רָפָא *Bethrapha*, i.e. domus ſanitatis.

Iohann.1.v.28. בֵּית־עֲבָרָה *Bethhhabarah*, βηθαβαρᾶ, domus vadi ſeu trajectus.

1.Reg.4.9. בֵּית־חָנָן *Bethchanan*, id eſt, domus gratiæ.

Ierem. 48. 21. בֵּית־דִּבְלָתַיִם *Bethdiblathajim*, i.e. domus palatharum ficuum.

Ib. בֵּית־גָּמוּל *Bethgamul.* i.e. domus retributionis.

Ib. בֵּית־מָעוֹן *Bethmehhon*, i.e. domus habitaculi.

Matth.11.21. בֵּית־צַיְדָה *Bethtzijadah*, βηθσαϊδά, i.e.domus venationis, vel piſcationis.

Matth.21.1. בֵּית־פַּאגִי *Bethpaagi*, βηθφαγῆ, i.e.domus maxillarum.

Matth. 21.17. בֵּית־עַנְיָה *Bethhonijah*, βηθανία, i.e.domus afflicti, vel pauperis.

1.Maccab.6.32. בֵּית־זְכַרְיָה *Bethzecharjah*, i. e. domus recordationis.

1.Maccab.7.19. בֵּית־זֵיתָה *Bethzetha*, i. e. domus olivæ.

1. Maccab.9. 62. בֵּית־קְצִיץ *Bethketzitz*, i. e. domus inciſionis.

XXVII.

ראובן Reubén. Ruben. ῥουβήν. Rubben. ῥεβίμ. *Gen.29.32.31.*

CONcepit Lea, & peperit filium: cuius vocavit nomen Reubenem: dicebat enim: Sic vocandus eſt: eò quod vidit

dit רָאָה Iehova afflictionem meam. Ruben ergo est videns filium vel visus filius; ex רָאָה vidit: de quo supra num. XI. in nomine *Lachai-roi*, ex Genes. 16. 13. De בֵּן, i.e. filius V. *Ben-bhammi*, & Benjamin, num. XVII. ex Genes. 19. v. 38.

XXVIII.

שִׁמְעוֹן Schimhhon. Simeon. Simón. Simon. Σιμεών. Simeon.

Gen. 29. 33. 32.

LEA: *Quia audivit* שָׁמַע *me esse exosam, ideo dedit mihi etiam hunc: sic vocavit nomen eius Schimhhonem.* R. שָׁמַע *audivit, obedivit.* Est ergo Simeon eine Erhörung/oder Gehör: *auditus* vel *exauditio.* V. Ismaël, suprà num. IX. ex Gen. 16. v. 11.

XXIX.

לֵוִי Levi. Levi'. λευεί. λευί. Levi.

Gen. 29. 34. al. 33.

LEA: *Nunc demum adiungetur* יִלָּוֶה (seu copulabitur) *mihi vir meus: quia peperi ei tres filios: idcirco vocavit nomen eius Levin*, i.e. *adjunctum* vel *copulatum.* Pisc. hinzugethan/zugesellet/oder meine zugesellung. Verbum לָוָה est *mutuare, mutuò accipere:* in Hiphil. est *mutuò dare:* item *addi, adjungi.* Hinc nostrum est leihen/lehn: & græca λάω, λαύω, ἀπολαύω, i. e. fruor, vtendum accipio. *Levitarum* officium graphicè depingit hæc originatio. Erant namque *Levitæ* in sacris negotiis velut succenturiati cæteris sacerdotibus, ijsque vicariam operam præstabant. Et certè לֵוִי (in pl. לֵוִיִּם) est interdum gentile, & sumitur pro *Levita*, pro לֵוִי Exod. 4. 14. Nomen לִוְיָה est copulatio,

pulatio, ſocietas. Vnde *Leviathanem* quoque dictum arbitrantur cetum ſeu draconem marinum : eò quòd membra & ſquamæ eius firmiter cohæreant, vt perrumpi non poſſint. Iob. 41. Vide CXL.

XXX.

יְהוּדָה ἰούδας, Jehudáh. Juda. Juda.
Gen.39.35.al.34.

LEa pariens filium dixit : *Hac vice celebrabo* אוֹדֶה *Iehovam : idcirco vocavit nomen eius Iehudam.* Quò reſpiciens etiam Moſcheh in benedictione tribus Judæ Deut.33.7. *Exaudi*, inquit, *Iehovah vocem Iudæ*, i. e. confeſſoris bekenner / lober / preiſer / à יָדָה *confiteri, gratias agere, laudare* : item *jacere, ejaculari.* Complura hinc enata nomina propria omnibus gentibus ſub cœlo nota habentur, vtpote, *Iudas, Iudæus, Iudæa*: quorum originationem Tacitus ſcrutatus eſt, ſed infeliciter admodum : nam *Iudæos* quaſi *Idæos* dictos putat ab *Ida* monte. Nec meliora ſunt, quæ apud Iuſtinum Hiſtoricum de Iudæis prodita extant. Porrò תּוֹדָה eſt *confeſſio, gratiarum actio, laudatio* : item *chorus laudantium DEVM* : item *ſacrificium euchariſticum.* Procul dubio eſt hinc *Ode*, ᾠδή, vt & reliqua id genus, ᾄδω, ἀείδω, i.e. cano, celebro : initium enim Pſalmorum ἐπαινετικῶν plerunque eſt אוֹדֶה, i.e. celebrabo.

Pertinent huc :

אֲהַד *Ohad.* Gen.46.10. i. e. confeſſor.
יְהוּדִי *Iehudi.* Ier.36.8. i.e. laus Domini.
יְדוּתוּן *Ieduthun.* 1.Par.8.16. i.e. confeſſionẽ dans.
תַּדַּי *Thaddæus.* Matth.10.3. confeſſor.
יְהוּד *Iehud.* Ioſ.19.45. laudans ſive confitens.
אֵהוּד *Ehud.* Iud.3.15. confitens.

יְהוּדִי

תֹּדִי *Hiddi.* 2. Sam. 23. 29. laudatio, confessio.
אֲחִיהוּד *Achihud.* 1. Reg. 4. 3. frater laudis.
Teudas. Act. 5. 36. i. e. confessor.

XXXI.

דָּן Dan. δάν. Dan.

Genes. 30. 6. *al.* 5.

RAchel dixit: *Causam meam egit* דָּנַנִּי (vel judicavit me) DEVS, *etiamque exaudivit vocem meam, quod dabit mihi filium: idcirco vocavit nomen eius Danem,* i. e. causam agentem, vel judicantem. R. est דִּין *judicavit, egit causam:* vnde δεινάζω, δενάζω, *contendo, litigo.*

Hinc sequentia exiftunt.

דְּדָן *Dedan.* Gen. 10. 7. judicium.
דָּן *Dan.* Gen. 10. 14. jurgium, litigium.
מְדָן *Medan.* Gen. 25. 2. judicium.
דִּינָה *Dina.* Gen. 20. 21. judicium.
דַּנָּה *Danna.* Jos. 15. 49. judicium.
דִּינָאֵי *Dinaje.* Esr. 4. 9. judicia.
יָדוֹן *Iadon.* Neh. 3. 6. judicans.
מָדוֹן *Madon.* Ios. 11. 1. jurgium seu litigium.
מִדִּין *Middin.* Ios. 15. 61. litigans: vel, sedes judicis.
בְּלַאדָן *Baladan.* 2. Reg. 20. 12. absque imperio.
נְבוּכַדְנֶאצַּר *Nebucadnetzar.* 2. Reg. 24. 10. gemitus judicij angustiæ.
Moddin. 1. Maccab. 2. 1. judicium, vel sedes judicis.

XXXII.

נַפְתָּלִי Naphtali. Naphthali. Νεφταλείμ. Νεφθαλεί. Naphthali.

Nephthali. *Gen.* 30. 8. *al.* 7.

DIxit Rachel: *Luctationibus maximis luctata sum* נַפְתּוּלֵי

נִפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי *cum sorore meâ, etiamque prævalui: quapropter vocavit nomen eius Naphtalim.* Lutherus ita vertit: Permutationibus DEI permutatum est inter me & sororem meam. Eique adeo Naphtali est *permutatus*, verwechselt/ vmbgekeret/ weñ man (inquit) das widerspiel thut. Alijs *Naphtali* est lucta mea, vel luctatio. Mein Kampff/ Pisc. R. פָּתַל est *luctari, conari, contorqueri*: nam luctatio membrorum quasi reciprocâ quadam contorsione constat. Nomen נַפְתּוּל est *lucta, conatus*. Hinc πάλη lucta: & pila pall: item plaz locus, seu circus luctatorum & pugilum. פְּתִיל est filum retortum & duplicatum: ex quo διπλόω, διπλόω, διπλοῦς, duplex, duplus, doppelt/ doppelen.

XXXIII.

גָּד Gad. γάδ. Gad.

Genes. 30. 11. al. 10.

DIxit Lea: *Venit turma* בָּגַד (vel; Venit prosperitas) *& vocavit nomen eius Gadem.* Pisc. Ein schwader oder hauffen Reuter. Exultabunda n. Lea, quasi ita jam prævaleat sorori, vt etiam exercitum ex suorum copia liberorum possit instruere, à cogendis copiis hunc filium nominari voluit. Eodem respiciunt verba postrema Iahhakobi. Gen. 49. 19. *Gad turma turmatim populabitur eum: sed ipse populabitur alios tandem.* R. גּוּד & גָּדַד est *congregare exercitum* vel turmam, & *superare exercitu*: item, *irruptionem facere, vastare*, &c. Huic cognatum est אָגַד *aggregare*: vnde אֲגֻדָּה congregatio, globus, fasciculus. Hoc in Gaditas præ cæteris tribubus convenit. Nam ante fratres suos accincti, ordineque militari collocati processerunt. Ios. 1. & 4. capp. גְּדוּד & גְּדוּד est globus militum:

litum: item Fortuna bona: vnde LXX. vertunt hoc nomen ἐν τύχῃ, *i.e. in prosperitate*, quasi בְּגָד. Tremellius ב literam initialem ex בואי arcessit: quem multi sequuntur. Luthero Gad est idoli nomen Esa. 65.v.11. de quo vide Seldenium ICtum in lib. de Dijs Syris primo, cap.1. Ex R. גדר sunt nostra gatten/zusammengatten: item Gad pro serie vel ordine quarumque rerum. Rabbi Moses exponit בְּגָד per Iovem: nobis foret bey God. Belgæ & Angli Gad & God dicunt, Islandi Gud: quibus omnibus DEVS à *bonitate* dicitur: gut enim *bonum* est, idem quod Græcis ἀγαθόν. Gorop. Becanus in suis Antverp. originib. lib. 8. *Est*, inquit, *triliterum* God/ *vt tres personas Trinitatis designet.* Fullerus lib. 5. cap. 17. Rabbinos per גָּד stellam Iovis intelligere ostendit, ac Sermonem Leæ refert ad gentilitios eius mores, quippe quæ Chaldæorum superstitionibus assueviſſet. Ex eorum mente Cic. *Prosperus*, inquit, *hominum & salutaris est iste fulgor, qui dicitur Iovis.*

Manant ab eadem Radice:

Esr. 2.12. עַזְגָּד *Hhazgad*, i.e. fortis exercitus.

Num. 13.11. גַּדִּיאֵל *Gaddiel*, i.e. turma DEI.

Num. 33.32. גִּדְגָּד *Gidgad*, i.e. exercitus instructus.

Deut. 10.7. גֻּדְגֹּדָה *Gudgodah*, i.e. exercitus instructus.

Ios. 11.17. בַּעַלְגָּד *Bahhalgad*, i.e. dominus felicitatis, vel idolum fortunæ.

Ios. 15.62. עֵין גֶּדִי *Hhengedi*, i.e. fons felicitatis.

2. Reg. 15.14. גָּדִי *Gadi*, i.e. bona fortuna.

Apoc. 16.6. *Harmageddon*, i.e. destructio (חֲרְמָה) exercitus.

2. Maccab. 12.26. *Atergation*, i.e. fortis (אַדִּיר) exercitus.

XXXIV.

אָשֵׁר Ascher. Ἀσείρ. ἀσήρ. Aſer. Aſſer/ Aſer.

Geneſ. 30. 13. *al.* 12.

DIxit Lea: *Cum beatitate mea* בְּאָשְׁרִי: *nam beatam me prædicabunt mulieres: idcirco vocavit nomen eius Aſcherem*, i.e. beantem, glücknacher/ oder glückſeelig/ Piſc. ab אָשַׁר beatificavit. Inſinuant hanc originationem etiam verba Iacobi morituri Gen. 49. 20. *De Aſchero pinguis erit cibus eius & ipſe præbebit delicias regias.* Nec non verba Moſis in vltima huius tribus benedictione: Deut. 33. 24. *Benedictus ſit à reliquis filijs Aſcher: ſit acceptus fratribus ſuis: intingat in pinguedine pedem ſuum.* R. אָשַׁר *felix fuit*: item *rectà ambulavit.* Cui affine eſt græcum ἄριστος, i.e. optimus; & ἀρέσκω placeo: & ἀρετὴ virtus: in quâ conſiſtit beatitudo hominis, ſecundum Philoſophos. אֹשֶׁר beatitudo. Aſſur eſt ſtirps gentis Aſſyriæ: is fuit filius Sem, nepos Nohæ: eademq; vox Aſſyriam quandoque notat.

Hinc propria:

אַשְׁרִיאֵל Num. 26. 31. *Aſchriel*, i.e. beatitudo DEI.

אַשַׂרְאֵלָה *Aſcharelah.* 1. Par. 25. 2. beatitudo DEI.

Syrorum quoq; hinc fluxit nomen: quod pro *Aſſyria* nonnunquam capitur, Euſthatio teſte, ab Athenæo, Luciano, Egeſippo, & alijs. Lucianus ſe Aſſyrium nominat, cum eſſet Syrus: qui Hebræis eſt אֲרַמִּי. Deut. 26. 5.

XXXV.

XXXV.

יִשָּׂשכָר Jiſſaſchar. Ισσάχαρ. Jſſachar. Jſachar. Jaſchar.

Geneſ.30, v.18.

DIxit Lea: *Reddidit DEVS mercedem meam* שְׂכָרִי *poſtquam dedi ancillam meam viro meo: ideoque vocavit nomen eius Iiſſaſcarem.* Hoc exponitur, *Eſt merces*, vel, *Viri merces*: Er iſt der Lohn/oder Mannes Lohn. à R. שָׂכַר, mercari, mercede conducere. שָׂכָר & שֶׂכֶר eſt merces: ex quo hodiernis inter nos Germanos verſantibus Iudæis remanet notum nimis verbum ſchachern/ i. e. *quæſtum facere, lucrari.* Faciunt huc κέρδος *lucrum*, κερδαίνω *lucror.* Alludit quoque ſcharren/ zuſammenſcharren, i.e. *corradere.* Nota nomini Iiſſaſcar præfigi ab aliis אִישׁ *vir*: ab alijs יֵשׁ *eſt*: vt integra ſit compoſitio. Epentheſin lit. ש abſque puncto exponant Cabaliſtæ: quia ſingulare prorſum eſt hoc exemplum.

Ioſ.15,11. שִׂכְרוֹן *ſchichron*, i.e. merces: vel (à שָׁכַר) ebrietas.

Iſcarioth, Matth.10,4. Vir negotiationis, vel plagiarius, qui virum negotiatur: qualis iſte Iudas fuit.

XXXVI.

זְבוּלוּן Zebullun. Zebulun. Ζαβουλών. Zabulon. Sebulon.

Geneſ. 30,20.

DIxit Lea: *Nunc tandem* יִזְבְּלֵנִי *cohabitabit mihi vir meus: quia peperi ei ſex filios: idcirco vocavit nomen eius Zebullunem*, i.e. *habitaculum* vel *habitationem*, Wohnung/

nung / oder beywohnung / à זָבַל habitare: זבול habitaculum. Eandem nominis huius originationem insinuat etiam Iahhakobus in vltimâ Zabulonis benedictione Gen. 49. 13. *Zebullun ad portum marinum habitabit.* Affinia sunt *palatium*, Pallast / *basilica*, i.e. domus regia vel templum: item ἀσφάλισμα, i.e. *tutamen*: ἀσφαλὴς τόπος *locus securus*: ἀσφάλεια *securitas*: *nam* זְבוּל *tutum receptaculum* seu *domicilium* significat.

Ios. 9. 28. זבל *Zebul*, i.e. habitaculum.

1. Reg. 16, 31. אִיזֶבֶל *Izebel*, insula habitaculi.

XXXVII.

יוֹסֵף Ioseph. ἰωσήφ. Joseph.

Gen. 30. 24.

ADdat יֹסֵף *mihi Iehova filium alterum.* Sic Rachel hunc pariẽs. Significat Ioseph additamentũ seu augmentum: hinzugethaner / beygefügter / oder weggenommener / Pisc. Vult dicere: Addat vel addet auferenti probrum, nimirum filio huic alterum. Sic Iunius. Verbum יָסַף in Kal. est *addere*: cum quo penè convenit verbum אָסַף *congregare, colligere, consumere, finire*: vt & verbum סוּף *cessare*. Hinc per metathesin est *pausa* & *pausare*, παύειν, παῦσα.

Exod. 6. 24. אֲבִיאָסָף *Abiasaph*, i. e. pater consummans vel congregans.

2. Reg. 18. 18. אָסָף *Asaph*, i.e. congregans.

Esth. 9. 7. אַסְפָּתָא *Aspatha*, i.e. congregatio.

Esr. 8. 10. יוֹסַפְיָה *Iosaphjah*, i. e. augmentum vel profectus Domini.

Matth. 13. 55. *Ioses* ἰωσῆς, quod nomen Drusio est Ioseph per apocopen: sicut Golias Goliat, Tobis Tobit.

XXXVIII.

XXXVIII.

יגר שהדותא Jegár Sahadutha.

Jegar Sahadutha.

Geneſ. 31. 47.

Collectis lapidibus fecerunt cumulum: vbi comederunt ſuper illum cumulum: quem appellavit Laban Iegarem Sahaduthæ. Dixit enim: hic cumulus ſit teſtis inter me & inter te hodie. Et rurſum v. 51. 52. *Ecce cumulus iſte, & ecce ſtatua iſta: teſtis eſt cumulus iſte, & teſtis ſtatua iſta, &c.* Verba ſũt Aramica *Iegar Sahadutha*, & tumulũ ſeu cumulũ teſtimonij ſignificant: in quib. tamẽ ſatis expreſſa Hebrææ linguæ eminent veſtigia. גור enim inter alia ſignificat *congerere, colligere, accumulare.* Chaldæis יגר, יגרא, & יגורה ſunt cumulus, acervus. Vide ſupra num. XIV. Nomen alterum שהדותא propriè quidem reſpondet Hebræo עדות, i.e. teſtimonium: Hebræis tamen ipſis quoque שָׂהֵד in vſu eſt ſignificans teſtem. Iob. 16. 19. שָׂהֲדִי teſtis meus in excelſis. Syris & Chaldæis שׂהַד eſt teſtari: סָהִיד teſtis, סָהְרָא & סָהֲדוּתָא teſtimoniũ. Ex quo per inverſionem fit Teſtis, & δεῖξις, δείκνυμι, & δίκη, δικαστήριον. Sed audiamus mox verba Syriaca Hebraicè expoſita & reddita ex ore Iacobi.

XXXIX.

גלעד Galhhed. Galéd. Gilead. Galead. Galaad. Gilead.

Gen. 31. 48.

CVm dixiſſet Laban: hic cumulus ſit teſtis inter te & inter me hodie: idcirco vocavit Iabbakok nomen eius

Galhhedem, i.e. cumulum testimonij, Zeugenhauffe: à גַּל cumulus, tumulus, acervus, pl. גַּלִּים, acervi: ex R. גָּלַל, volvere, revolvere, involvere. Hinc גְּלִיל confinium, limes: vnde Galilæa. Est hinc nostrum Kaulen/ κυκλόω, κύκλος, κύλιξ *calix*, Kelch/ à rotunditate, & *galea*, *galerus*. גֻּלְגֹּל est sphæra, rota, Kugel. Insinuat hanc Radicem quoque nomen loci, vbi Iosua Populum circumcidit; qui idcirco Gilgal vocatur. Devoluit (inquit) hodie Iehova à vobis opprobrium Ægyptiorum. Propria alia ex eadem R. deflexa extant:

Ios. 4.19. גִּלְגָּל *Gilgal*, i.e, devolutio, sive ablatio.

Deut. 4.43. גּוֹלָן *Golan*, i.e. transmutatio, aut revolutio.

Num. 34.22. יָגְלִי *Iogli*, i.e, revolutio.

Neh. 11.17. גָּלָל *Galal*, i.e. rota.

Esa. 9.v.1. Ios. 20.21. גָּלִיל *Galil*, i.e. Galilæa.

Ios. 15.51. גִּלֹה *Gilo*, i.e. revolutio.

Ios. 17.17. גְּלִילוֹת *Geliloth*, i.e. revolutiones.

Matth. 27.33. גֻּלְגֹּלְתָא *Golgatha*, à גֻּלְגֹּלֶת, quod est cranium.

Alterum ex quo componitur *Gilead* vel *Galhhed*, est עֵד *testis* & *testimonium*, à עוּד *testatus est*: vnde nostrum Eyd: nam & Hebræum substantivè nonnunquam accipitur, vt Exod. 20.16. *Non testificaberis contra proximum tuum* עֵד שֶׁקֶר *testimonium mendacij*.

Hinc Propria:

Gen. 38.1. עֲדֻלָּם *Hhadullam*, i. e. testimonium illis: vel testimonium miseriæ, à דַּל miser.

1. Par. 27.29. עַדְלַי *Hhadli*, i.e. testis mihi.

Ios. 15.36. עֲדִיתַיִם *Hhadithajim*, i. e. cœtus vel testimonia.

Ios. 19.26. עַמְעָד *Hhamhhed*, i.e. populus testis.

Esr.

Esr.8.33. נוֹעַדְיָה *Nohhadjah*, i.e. testificatio Domini.

XL.

מִצְפָּה Mitzpa. Mispháh. Mizpa. Mesphe. Mitzpa.

Gen.31.49.

EVndem cumulum, quem Gilead appellaverat Iacob, Mitzpam quoque nominat: quia dixerat Laban: *Speculetur* יְצַף *Iehova inter me & inter te: cum absconditi erimus alter ab altero.* Sic fœderis transgressorem voluit admonitum vltionis DEI: qui omnia quasi è specula cernat. Hæc enim est מִצְפֶּה ex צָפָה *speculari, prospicere*: item *exspectare, operire.* Hinc nostra, spicken / ein spicker: & græc. σκοπέω, video. Κατάσκοπος circumspicio. σκοπὴ specula. σκοπὸς speculator. σκόπος scopus, meta. item spectrum, gespenst/spůcke/spůcknůß. A צָפָה σκοπέω *specio* non longè abeunt Radices eiusdem significantiæ שָׁקַף, זָקַף & שָׁזַף.

Alia hinc descendentia sunt:

Iudic.1.17. צְפַת *Tzephat*, i.e. specula.

1.Sam.1.v.1. רָמָתַיִם צוֹפִים *Ramathajim Tzophim*, i.e. duo excelsa spectantia.

Num.23.18. צוֹפִים *Tzophim*, i.e. speculatores.

Gen.36.11. צְפוֹ *Tzepho*, i.e. speculator.

XLI.

מַחֲנַיִם Machanajim, Mahanáim. Mahanaim.

Genes.32.v.2.al.31.v.vlt.

IAcob obvios habens Angelos dicit: *Acies DEI hæc est: quapropter vocavit nomen loci illius Machanajima*, i.e.

ma, i.e. duas acies, vel bina castra : nam ibi ipsius & Angelorum exercitus conjuncti erant. Zwey Heer/ oder zwey Läger. Pisc. Habet hoc nomen formam dualis numeri : in sing. est מַחֲנֶה castra, turba, turma eligens locum ad pugnandum vel obsidendum. R. חָנָה est *castra metari, manere, residere, obsidere.* Hinc Græca & Latina μηχανάομαι *machinor :* μηχανὴ *machina :* nam machinæ propriè & originaliter sunt fabricæ bellicæ ad munienda castra vel oppugnandas vrbes factæ. מַחֲ est balliſta arcus. German. machen/ gemechte.

Iudic. 18. 12. מַחֲנֵה־דָן *Machaneh*, i.e. castra.

XLII.

יִשְׂרָאֵל Jisrael. Ισραὴλ. Jsraël. Jsrael. JsraEl.

Genes. 32. 28.

DIxit *Angelus*, (qui luctatus fuerat cum Iacobo) *non Iahhakob solum dicitor vltra nomen tuum sed Iisraël : nam vt principem te gessisti* שָׂרִיתָה *cum Angelis & hominibus, & potentiâ vales.* Rursum Genes. 35. 10. *Nomen tuum est Iahhakob : non vocabitur vltra nomen tuum Iahhakob, sed Iisraël quoque erit nomen tuum : sic vocavit nomen eius Iisraëlem. Præterea dixit DEVS: Ego sum DEVS fortis omnipotens.* Jisraël ergo est *Princeps DEI fortis:* vel simpliciter exponi potest per *Vincet* vel *Vicit DEVM:* ita vt sit tertia futuri in Kal. יִשְׂרָה à שָׂרָה. Talis forma nominum est etiam in Iitzchak, Iahhakob, & similibus haud paucis, quæ petere licet ex indice nominum à Iod incipientium. Vide de hac Radice in Nomine *Sarah* supra num. xiii. Altera vox huius nominis compositiva est אֵל *Deus fortis*, contracta ex

cta ex אֱלֹהִים, sicut יְהֹוָה ex יְהֹוָה. *Habet*, inquit Brougthonus in Concentu pag. 13, *hoc nomen etiam formam singularem* אֱלוֹהַּ *eamque breviorem: quæ formæ singulares aptè docent Deitatis vnitatem sicut plurales Trinitatem.* Non consentiunt Grammatici, ad quam Radicem אֵל & אֱלוֹהַּ pertineant. Quidam ad אָלָה referunt: quod est *juravit, adjuravit*: it. *maledixit*: vnde est אָלָה *juramentum, maledictio, execratio.* Sed obstat ה mobile, & singularis אֱלוֹהַּ Deut. 32. 15. 17. Alij ad אָלָה Arabicum revocant, quod est *colere, adorare*: sic nuper Leidensibus placuit in Synopsi Theologiæ disp. 6. th. 10. Propriè אֵל *fortem* notat, ex R. אַיִל: vnde אַיִל fortitudo. Quid si אֱלוֹהַּ contractum sit ex אֵל & יְהֹוָה? præsertim cum integra nomina אֱלֹהִים & יְהֹוָה juxta se in Scripturis poni soleant immediatè: Iod enim in Vau facile transit, juxta formam literarum אֲהוּי. Est frequens vsus vocis אֵל in Nominibus proprijs: quibus à fronte & tergo præfigi solet. Nos paucis nunc contenti erimus: reliqua ex Indice petantur.

1. Reg. 17. 1. אֵלִיָּהוּ *Eliæas*, fortis DEus. Componitur hoc nomen ex אֵל & יְהֹוָה.

Dan. 10. 13. מִיכָאֵל *Michaël*, quis sicut DEus?

Prov. 30. 1. אִיתִיאֵל *Ithiel*, mecum DEus.

Num. 3. 24. לָאֵל *Lael*, Deo forti. &c. &c.

Cæterum quæ de *Israël* varia varii commenti sunt, consultò præterimus tanquam ab instituto nostro aliena: dicimusque cum *Hieronymo in Traditionibus* in Genesin: *Quamvis grandis auctoritatis sint & eloquentiæ, & ipsorum vmbræ nos opprimant, qui Israël virum sive mentem videntem* DEVM *transtulerunt, nos magis Scripturæ & Angeli, vel* DEI *qui ipsum Israel vocavit, auctoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentiæ secularis.*

XLIII.

פְּנִיאֵל , פְּנוּאֵל Peniel. Penuel. Phanuel. φανουήλ. Pniel. Pnuel.

Geneſ. 32.30. & 31.

VOcavit Iahhakob nomen loci illius Penielem. *Vidi enim*, inquit, *Angelos à facie ad faciem* פָּנִים אֶל פָּנִים *& erepta eſt anima mea.* Vox פָּנִים eſt pluralis numeri tantum. Propriè *faciem* notat: deinde in varias flectitur acceptiones. Nempe *ſuperficiem* cuiuſque rei notat, *conſpectum, adſpectum anteriorem ſeu externam rei ſpeciem*, &c. Radix פָּנָה eſt *adſpicere, reſpicere, advertere faciem, reſpectum habere.* Hinc Græca φαίνω & φαίνομαι, *i.e. oſtendo & oſtendor* ſeu *appareo*: item *feneſtra*, Fenſter. *Pania* ſunt ſpectra, laruæ, ſpenſt / geſpenſt: de quibus Æneas in Poliorcetico num.27. apud Caſaub. Polyb. pag.140. *Solent tum in vrbibus, tum in caſtris tumultus & timores repentim quà noctu, quà interdiu excitari*: qui à *nonnullis Pania ſive Panica dicuntur. Eſt autem id nomen Peloponneſiorum proprium, maximè Arcadum.* Nos vocem Hebraicam eſſe novimus.

Geneſ. 36. verſ. 41. פִּינוֹן *Pinon*, adſpiciens. Vide CCCCXCIII.

Luc. 2.36. *Phanuel*, i.e. adſpectus vel facies DEI.

Num. 13.7. יְפֻנֶּה *Iephunne*: declaratio, ſive amotio: nam פָּנָה in Piel eſt *removere, amovere.* Receſſit nimirum ſe, amovit ſe iſte Calebus cognomento Iephunne à reliquorum exploratorum infidelitate: vt exponit R. Salomon.

Exod. 6.25. פִּינְחָס *Pinchas*, facies confidentiæ: de quo infrà num. XXCIIII.

XLIV.

XLIV.

סֻכֹּת Succoth. Suchot.. Suchóth. Socoth.

Geneſ. 33. 17.

IAhhakob profectus eſt Succothas, vbi extruxit ſibi domum: pecori autem ſuo fecit tuguria : idcirco vocavit nomen locꝰ illius Succothas: i.e. tuguria. סֻכָּה & סוֹךְ eſt *vmbraculum, tegmen, tugurìolum*, Gr. σκέπασμα: eſt enim ex hoc fonte σκεπάζειν, nempe à סָכָה *tegere, operire* : vnde eſt etiam σκιὰ *vmbra*: ſchopff, i.e. *porticus, veſtibulum* : σηκὸς *mandra caprarum* vel ovium.

Propria ſunt:

Ioſ. 15. 61. סְכָכָה *Sechacha*, vmbraculum.

2. Reg. 17. 30. סֻכּוֹת בְּנוֹת *Succoth-banoth*, tabernacula filiarum. Frawenzimmer.

Amoſ. 5. 16. 25. סִכּוּת *Sicuth*, tabernacula.

Gen. 11. 29. יִסְכָּה *Iiſca*, operiens: vel vncta. Videnum. DCCCCXXIIII.

XLV.

אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל

ElElohe Jiſraël.

Geneſ. 33. 18. & 20.

VEnit Iahhakob incolumis ad civitatem Schecemum, quæ eſt in regione Cenahhani, cum veniret Padane Syriæ, & caſtra poſuit ad adſpectum eius civitatis: emitque portionem illius agri, in quo tetendit tentorium ſuum, è manu filiorum Chamoris patris Schecemi, centum nummis: & ſtatuit ibi altare, quod appellavit אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל *El Elohe Iiſrael*. Hæc verba retinuit in ſua translatione

Arias

Arias Montanus; & rectè quidem. Interpretis enim non est vertere nomina propria: vt est in prolegomenis ostensum. Ratio appellationis liquet ex hactenus memoratis. Iacob furtim elapsus duricordem Labanem, nisi divinitus abstinere jussum, non sustinuisset: pòst ab Angelo luxatur: denique expallescit ad occursum fratris Esau validâ manu stipati: hunc postquam tranquillâsset, *nidum* tandem sortitur velut *passer, vbi ponat pullos suos.* Psal. 84.4. Memor itaque tot periculorum, ex quibus fuerat eluctatus, monumentum statuit: cui nomen facit *El-Elohe-Iisrael*, אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל, i. e. DEUS fortis DEUS Israëlis. Scilicet jam olim vsitatum fuit, *significantia & significata ijsdem vocabulis censeri*, vt ait Cyprianus de Vnct. Chrismat. *Non raro* (inquit Perer. lib. 1. de Mag. cap. 11.) *tum in communi hominum loquendi consuetudine, tum in sacris literis rerum imagines & simulachra nominibus ipsarum rerum appellantur.* Ac licet inter Altare istud & Deum Israëlis nulla existat similitudo aut analogia, sufficit tamen significatio. Sic Augustinus in Levit. 57. *Solet* (inquit) *res quæ significat, eius rei quam significat, nomine nuncupari. Hinc dictum, Petra erat CHRISTVS. Non enim dixit, Petra significat CHRISTVM, sed tanquam hoc esset, quod vtique per substantiam non erat, sed per significationem.* Significabat ergo hoc Altare DEVM fortem, DEVM vindicem, DEVM liberatorem. Ac memorabile est, quod in hac voce El-Elohe-Iisraël, ter contineatur nomen proprium DEI אֵל *El*, ad exprimendum scilicet sanctissimæ Trinitatis mysterium: cuius gustum habuisse aliquem sanctam hanc Patriarchæ in DEI conspectum toties admissi animam nec paucis nec obscuris documentis ostendi possit. Certè

hoc

hoc factum Iacobi mox DEVS ipse approbat cap. 35. v. 1. vbi aliud eiusdem nominis Altare in Bethele quò vltra montana Ephraimi abire jussus fuerat, instaurare jubetur. Nos, ne ὑπερεκκείμενα, ad nomen Israël num. XLII. elucidatum te remittimus.

XLVI.

אַלּוֹן בָּכוּת Allón Bachuth.

Gen. 35. 8.

MOrtuaque est *Debora nutrix Ribkæ* (Rebeccæ) *ac sepulta infra Bethelem, sub quadam quercu, cuius vocavit nomen Allon bachuth*, i.e. quercus fletus. אַלּוֹן & אָלָה est ilex vel quercus, pinus. Sic אָלָה quercus, robur. Vestigia sui impressit hoc nomen vt Latinæ linguæ, in voce *ilex* & *alnus* & *vlmus*, vt Ar. Mont. Es. 1. 30. exposuit; ita Germanicæ in voce Eldern, holtz/ oder Ellenholtz: & Græcæ in βάλανος, balanus: nam & LXX. Hebræum אַלּוֹן ita reddiderunt Esa. 6. v. vlt. Chaldaicum אִילָן Daniel. 4. quamlibet arborem significat: vt mirum non sit, diversis nominibus à Græcâ & Latinâ linguâ Hebræum אַלּוֹן explicatum haberi ap. diversos interpretes. Solet ad diversas referri Radices: nobis illa, quæ in arboris naturam convenit, præferenda videtur; vt deducatur ab אַיִל, i. e. *fortitudo*, *robur*: cuius R. אַיִל non est in vsu. Ab ea est אַיִל cervus: vnde ἔλαφος cervus: & אַיִל aries: in pl. אֵילִים *arietes*. Sic dicta statio Israëlitarum in deserto, quod locus ille pascendis arietibus esset aptus: ibi enim fontes erant 12. & 70. palmæ. Exod. 16. 1. Hinc κριὸς aries. Est אַיִל etiã superliminare: vnde Gallis *Suel*, nobis Schwell.

Nomina propria: Gen. 26. 34. aliter 27. 1. אֵילוֹן *Elon*, i.e. ilex vel quercus.

Gen.

Gen.36.41. אֵלָה *Elah*, ilex.

Ios.10.12. אַיָּלוֹן *Aÿalon*, quercus.

1.Reg.9.26. אֵילוֹת *Eloth*, ilices.

Exod.16.1. אֵילִם *Elim*, i.e. arietes vel fortes.

Dan.8.3. אוּלַי *Vlai*, i.e. fortitudo.

Esa.15.8. al.16.8. בְּאֵר אֵילִים *Beer Elim*, fons arietum vel fortium.

Deut.2.v.7. אֵילַת *Elath*, ilex, quercus. Vrbs quæ hodieque Elana vocatur è regione Pharan in Nabathæâ. Fuller.cap.vlt.lib.4.

Iudith.1.v.8. *Esdrelom*, adjutorium vel quercus seu planities fortitudinis. אֵילוֹן enim est planities. De nomine Elohim vide num.41.

Altera vox est בְּכוֹת, i.e. fletus, ex R. בָּכָה, i.e. *flere, lamentari, lacrymari.* בְּכִי quoque & בְּכִית *fletum* significant. Inde est latinum *vagio*, & nomen *vagitus*.

Propria alia sunt:

Iud.2.1. בּוֹכִים *Bochim*, flentes.

2.Reg.24.1. נְבוּכַדְנֶצַּר *Nebuchadnetztzar*, i.e. gemitus seu planctus judicij angustiæ. Alicubi legitur נְבוּכַדְרֶאצַּר *Nebuchadratzar*, i.e. gemitus generationis angustiæ.

3.Maccab.2.21. *Bacchus* à בָּכָה, i.e. vociferans, vlulans, flens.

XLVII.

בֶּן־אוֹנִי Ben-oni'. BenOni. Benoni.

Gen.35.v.16.17.18.

PAriens Rachel difficiliore partu vtebatur. Fuitque cum difficili partu vteretur, vt diceret ei obstetrix, ne timeas: nam etiam hic tibi filius est. Fuit verò cum exiret anima eius (morie-

(*moriebatur enim*) *vt vocaret nomen eius* בֶּן־אוֹנִי *Ben-oni*: Pisc. Ein Sohn meines Schmertzens: *Sed pater eius vocavit eum Binjaminem*. Ben-oni est *filius doloris mei*. De *Ben*, i.e. filius, vidimus supra num. 16. in Benhhammi. Restat אוֹן nomen valdè πολύσημον. Est enim *robur, potentia, vires, opes*: sic dictæ quod vel robore (inquit Cl. Buxtorffius) vel iniquitate aut molestia & labore parentur: aut quod homines *robur* suum in ijs ponant. Os. 12. 8. Deinde sumitur pro *luctu, mœrore, contritione, molestia*. אָוֶן est *labor, fatigatio, afflictio, luctus*: item *iniquitas, perversitas*: hæc enim laborem gignunt ac molestiam tum perpetranti tũ patienti. Iudæi blasphemi vocant Evangelium *Evenguillajon*, i.e. volumen iniquitatis seu vanitatis. R. אָוֶן duntaxat in Hithpaël reperitur Num. 11. 1. Affinis ei est R. אָנָה, i.e. mœstus fuit. Hinc græca ἀνία *tristitia*, ὀνόω, ὀνοτάζω, *vitupero*, ὄνειδος *probrum*. Germ. Hohn. Forte etiam Lat. *onus*: imò *vanus*. אָוֶן est vanitas. Αὐόνη mæror. ἰνωΐεσθαι Weinen.

Exinde fluunt etiam reliqua propria:

Num. 16. 1. Ezech. 30. 22. אוֹן *On*, i.e. dolor; iniquitas. אֹן *On*, vrbs Ægypti Gen. 41. 45.

Gen. 38. 4. אוֹנָן *Onan*, i.e. dolor earum.

1. Par. 8. 13. אוֹנוֹ *Ono*, i.e. dolor sive iniquitas eius.

Ios. 18. 12. Os. 4. 15. בֵּית־אָוֶן *Beth-aven*, i.e. domus iniquitatis.

1. Maccab. 3. 13. *Seron*, i.e. Princeps mœroris.

Sir. 50. 1. *Onijas*, i.e. virtus vel fortitudo Dei.

XLVIII.

בִּנְיָמִין Βενιαμίν. Binjami'n. Benjamin. BenJamin. *Gen.* 35. 18.

QVEM *filium doloris sui* appellarat mater moribunda,

bunda, eum *filium dexteræ* vocari vult pater, i.e. charum æquè & dilectum, vt homini est dextera. Adeo nihil homini est charum, nisi dolore partum, &, quod mirum est, amor augetur acuiturque expetiti boni difficultate, & quam nobis imponit, patiendi prius quàm potiundi necessitate. Inde est, quod idem qui doloris est filius, filius etiam est amoris seu dexteræ: id quod in filios almæ matris Ecclesiæ, quos peperit, parit, parietque DEO Patri, ad amussim convenit. Proinde se nemo *Benjaminem* jactet, qui non est *Benoni*. 2. Tim. 3. 12. Act. 14. 22. Renasci cupis & ad lucis æternæ vsuram edi: angeris tamen & ringeris ob ὠδῖνας? At tu etiam יָשָׁע eosdem DEO, quos mundo, exosos esse pronuntias? Hoc verò foret condemnare omnes filios Matris Ecclesiæ, & cælestis Patris. Ps. 73. v. 15. Sed quò rapior? Moses in vltima tribuum benedictione vim vocis quoque exprimit, quando ait Deut. 33. 12. *Benjamin dilectus est Iehovæ: habitet securè, protegente eum quotidie & inter humeros eius habitante.* בֵּן est filius, vt modò vidimus. יָמִין est *dextera* item *plaga mundi dextera* seu *Meridies*: eò quod adspicientibus Orientalem plagam, quæ est ante faciem, Meridies sit ad dexteram: Orientalis anterior, Occidētalis posterior, Septentrionalis sinistra vocatur in Scripturis. Quia verò dextera fidei ac veritati est consecrata, adeo vt per eam tanquam fidei sedem & virtutis ministram jurarint Veteres, ideo nomen יָמִין rectè reducitur ad R. אָמַן. ex qua in Hiphil est הֶאֱמִין *credidit, fisus est, firmè credidit, fidelis fuit*: ex quo etiam fit, vt juramentorum per dexteram factorum occurrat mentio Esa. 62. 8. cuius rei indicium præbet Græcum ὀμνύω, ὄμνυμι, i.e. juro. Sed & Latinum *manus* ex יָמִין facile deflectitur.

Gen.

Gen.36.10. תֵּימָן *Teman*, Meridies.
Est.10.25. מִימִין *Mijamin*, i.e. dexter.
Gen.46.16. יִמְנָה *Iimna*, i.e. dextra, vel distributio. à מָנָה.
Judic.3.15. יְמִינִי *Iemini*, i.e. dexter.
Judith.2.18. *Iemnan*, i.e. dexter.
De Amen vide suo loco.

XLIX.

פָּרֶץ φαρές. Peretz. Péres. Perez. Phares.

Genes.38.29.

FVit, quo tempore pariebat Tamar (ecce autem gemelli in ventre eius) fuit, inquam, cum pareret, & illorum vnus exereret manum: vt obstetrix acceptum coccinum alligaret manui eius, dicendo, hic exit primùm. Sed fuit cum retraxisset manum suam, & ecce exiret frater eius, vt diceret illa, Quam perrupisti! tua est ruptura. ideo vocavit quisque nomen eius Peretzum. פֶּרֶץ est ruptura, fractio, Piscat. ein riß / à R. פָּרַץ *rupit, divisit, fregit.* Peretz igitur est *filius eruptionis*: qui fratrem Zerachum antevertit, ex vtero materno quasi erumpendo. Hinc Germ. brasselen / presten / berstẽ / brechen / reussen. Gr. ῥήγνυμι, *rumpo, frango*: πρίω, i.e. *seco, distringo, disrumpo*: πρῖσμα, *pulvis lignorum, ramentum*: σαρκίζω *lacero, disrumpo, divello*: φάρις *fur, latro.*

Num.33.19. רִמּוֹן פָּרֶץ *Rimmon-peretz*, i.e. mali granati divisio.

2.Sam.5.v.20. בַּעַל פְּרָצִים *Bahhal peratztzim*, i.e. idolum divisionum.

2.Sam.6.8. פֶּרֶץ עֻזָּה *Peretz-Hhuzza*, i.e. ruptura Hhuzzæ.

L.

זרח Zaeé. Zerách. Zeráh. Serah. Zara.

Geneſ.38.30.

POſtea v. exivit frater eius, ad cuius manum erat coccinum: & vocauit quiſque nomen eius Zerachum. זֶרַח eſt oriens, Piſc. auffgang / ſicut & Heemanticum מִזְרָח à R. זָרַח, i.e. oriri. Inde eſt אֶזְרָח *indigena*, quaſi inde genitus. Cognatum eſt זָרַע *ſpargere*: quia ſol oriens radios ſuos quaquaverſum ſpargit. Hinc σπείρω ſpargo, ſpreten: item Serenus: & σειράω, i.e. *fulgeo, ſplendeo.*

1.Reg.4.30. אֶזְרָחִי *Ezrachæus*, i.e. indigena vel orientalis.

1.Chron.6.6. זְרַחְיָה *Zerachjah*, i. e. oriens Dominus.

1.Chron.7.3. יִזְרַחְיָה *Iizrachjah*, oriens Dominus.

LI.

אברך Abréch.

Geneſ. 41.42.43.

IVſit (Parhho) *Ioſephum inſidere currui ſecundo à ſuo: vt proclamarent præcones ante eum; Abrech:* (ſic Ar.Mont. & alij) *vt præpoſitum eſſe ſcirent vniverſæ terræ Ægypti.* Ex ipſo facto liquet, à præconibus tale quid proclamatum fuiſſe, qua poteſtas atque autoritas à Pharaone Joſepho data publicè omnibus innoteſceret. Retenta igitur à Moſe ſolennis vox præconum: quam idcirco interpretes quoq; retinere debeant. Eius autem interpretatio & acceptio planiſſima ea eſt, quam

quam ex Rabbinis quibusdam Tremellius & Junius in suâ translatione expresserunt: vt אַבְרֵךְ idē sit atq; הַבְרֵךְ, i.e. *flecte genu*: quēadmodū docent R. David & Rabbi Joseph, cuius hæc sunt verba: *Dixit ei filius Dormaskith: Quousque pervertis Scripturam? Quippe* אַבְרֵךְ *non est, nisi genu flecte, aut genu flectam* אַבְרֵךְ. *Nam omnes ei subyciebantur, atque ita sub eius manum vel potestatem transire atque ab ea exire videbantur: vt omnia moderaretur: quemadmodum etiam ibidem subyicitur: Et constituit eum super totam terram Ægypti.* Hæc ille. At, quod ex Hieronymo afferunt אַבְרֵךְ, id est, *Pater delicatus vel tener*, nescio quid delicatum sonare videtur: ab אָב *pater*: de quo vide num. XII: & רַךְ tener à רָכַךְ *molleſcere, tenerum vel delicatum esse*: de quo vide Nisroch num. DCXCII. Nostra autem Radix est בָּרַךְ & in Piel בֵּרַךְ *benedixit, salutavit, obtulit munus, laudavit cum genuflexione*: nam בֶּרֶךְ est *genu*. בְּרֵכָה autem *piscinam* significat: cuius per aquas pluvias incrementum pro magna benedictione habebatur apud Hebræos: qui nunquam serenitatem, sæpissime pluviā Deum popoſciſſe leguntur. Non est dubium, Græcorum βρέχειν, i.e. *pluere*, & βροχὴν, i. e. *pluviam* inde fluxisse. Ad benedictionis significationem accedit nostrum sprechen per προέδρεσιν τῦ ſ. Dicimus enim freundlich zusprechen: quando salutationibus vtimur: vt & *precor* Latinorum. Nec est difficilis ab aquis ad salutationes transitus: quando nihil in omni loquentium sermone frequentius contingit, quam quod *oratio fluere* dicatur, & verba Prophetarum cum stillicidiis comparentur Job. 29. 22. Mich. 2. 11. Τῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης γλυκίων μέλιτος ῥέεν αὐδή. Homeri vox est. i.e. *Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.*

Ierem. 32. 10. בָּרוּךְ *Baruch*, i.e. benedictus.

Iob.32.2. בַּרְכְּאֵל *Barceel*, i.e. benedicens DEO.

Matth.23.35. *Barachias* benedicens aut genu flectens Domino.

1.Chron.12.3. בְּרָכָה *Beracha*, i.e. benedictio.

LII.

פַּרְעֹה Parhho. Paróh. Φαραώ. Pharao.

Pharao.

Gen. 41.44.

DIxit Parhho ad Ioſephum, *Ego ſum Parhho: attamen ſine te non attollet quiſquam manum ſuam aut pedem ſuum in vniuerſa terra Ægypti. Vocavit a. Parhho nomen Ioſephi Tzophnath-pahhaneachum.* Emphaſin habent verba: *Ego ſum Pharao*: ex qua vis vocis facile elicitur. Regiam namq; dignitatem ac poteſtatem ſibi ſoli reſervatam vult atque aſſertam Pharao: id quod ipſum quoque nomen ſatis declarat: quod *liberum* ſonat, & ab omni legum vinculo atque imperio nudum, juxta illa, quæ vocant *Majeſtatis Regiæ jura*: quibus ſummi Principes legibus ſoluti, & nulli mortalium obnoxij eſſe noſcuntur. *Solus Deus eſt* (inquit Tertull. in apolog. adverſ. gent.) *in cuius ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi: poſt quem primi, ante omnes homines.* Et ad Scapulam Præſidem Carthaginienſem: *Colimus Imperatorem vt hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt, à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem. Hoc & ipſe volet. Sic enim omnibus major eſt, dum ſolo vero Deo minor eſt.* Hæc haud dubiè Pharaonis mens eſt, qui Regem ſe & re ac nomine, ceu ſupremum legislatorem, ac judicem profitetur. In ſocietatem tamen regiæ adminiſtrationis adſciſcit Ioſephum, eique nomen aliud imponit: vt licet ipſe quoque ſummam

mam inter cæteros regni officiarios potestatem sit exerciturus, ipso tamen Rege inferior mansurus, & subditis reliquis Regi comparatis juxtà sit habendus. Hoc notat Radix פָּרַע, cuius vis quamvis diversis vocibus reddi soleat à Grammaticis, in eam tamen, opinor, omnes revocari possunt significantiam, vt idem sonet, atque *nudare, liberum facere, nexu solvere*: quod quia in vitio est, vbi de disciplina agitur, ideo per *retrocedere, deficere, rebellare* solet exponi: quibus tamen verbis aliud nihil nisi generalis illa nudationis & dissolutionis ac liberationis notatio insinuatur. Sic Prov. 13.18. פּוֹרֵעַ מוּסָר *nudans se à correctione*, der keine zucht leiden odet ein freyherr seyn wil. & 8.33. sapientes estote, & ne תִּפְרָעוּ *eximite vos*, scilicet, à disciplina. Exod. 5. v. 4. Pharao Mosen & Aaronem objurgans: תַּפְרִיעוּ inquit, i. e. *liberum facitis populum*. Seditionis scilicet eos accusat. q. d. jhr wollet freyherren auß jhnen machen. vbi alij per *abstrahitis, avocatis, rebellare, cessare, feriari* (nam & *feriæ* hinc possunt deduci) facitis, alij alio modo exponunt. Placet eorum conjectura, qui Barones nostros à nomine *Parhho* vel *Pharao* decerpunt: quib. profecto accommoda est Germanica eorundem appellatio. Dicuntur enim Freyherren: ac dum se LIBEROS BARONES vocant, ipsi nomen suum exponunt atque interpretantur: cum פַּרְעוֹ nihil aliud quàm *liberum* sonet. Vulreius de Feudis, c. 4. p. 62. *Dicuntur*, inquit, *Barones nostra lingua* Freyherren/*quasi liberi Domini: quod liberum illis sit Comitibus fieri, quandocunque placet: quemadmodum Licentiatis fieri licet Doctoribus quandocunque illis libet.* Satis alludunt ad Hebræum פָּרַע nostra Franck/& Frey. E si nuditatis significationem spectes, nobis etiam bar & baer

est nudus in baarfuß/i.e.nudipes,baerheupt &similibus.

Iudic.12.13. פִּרְעָתוֹן *Pirhhathon*, i.e.denuntiatio.

LIII.

צפנת פענח Tzophnath-pahhneach. ψονϑομφανήχ. Saphenath-pahaneach. Zophnathpahannah. Saphenath-pane'ah.

Geneſ.41. v.45.

VOcavit autem Parhho nomen Ioſephi Tzophnathpahhaneachum. Difficultates, quas interpretibus peperit huius nominis obſcuritas, diſſolvit prorſus ac diſcutit rei ipſius, quę geſta memoratur, conſideratio, & evidentia facti Ioſephi: cui ex illo nomen aptatur. Ecquid enim egerat apud Pharaonem Ioſeph? quid ei tantam dignitatem atque autoritatem conciliaverat? *Revelarat occulta.* Quare nihil aliud ſignificat hoc nomen, quàm *occultarevelantem*. Piſc. offenbahrer heimlicher dinge. Etcertè vtcunque hîc ſe torqueant interpretes: in eo tamen omnes conſpirant, quod (licèt in confeſſo ſit, eſſe exotica vel Ægyptiaca hæc nomina) tamen prima vox צפנת Tzophnath revocanda ſit ad R. צָפַן, i.e. *abſcondere, occultare*: item *recondere, reponere*. Vnde eſt צָפוֹן *abſconſio*, item *aquilo*, ob tenebras quibus aquilonares populi obſiti ſunt. Ex eo eſt græcum ζόφος *tenebræ*, & σπέος *ſpecus*, & νοσφίζω *alieno, ſepari*. Ac digna eſt obſervatione Eccleſiaſtici ſententia ex c.6.23. vbi ait: σοφία καλὸ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐ πολλοῖς ἐστι φανερά.

φανερὰ. *Sapientia secundùm nomen suum est, neque est multis manifesta.* Ergò σοφία huic autori est quasi Ζοφία à Ζόφος: nisi mâlis eum respexisse ad R. צָפָה, i.e. speculari: quæ in Piel est *regere, operire.* Potest ergo σοφία esse q.d. צְפִיָּה vel צְפִיָּה, Thren. 4.17. vbi per *speculationem* exponitur. Socrates apud Platonem dicit, σοφίας etymon esse ὀκοπωδέστερον καὶ ξενικώτερον *obscurum & peregrinum.* Sic quodammodo fatentur Græci, se Hebræis debere, quod sapiant: ἡμεῖς Ἕλληνες παῖδες ἀεί, exclamat aliquis inter eos: i.e. *Nos Græci semper pueri.*

Extant alibi nomina צְפִיּוֹן *Tziphjon*, i.e. Aquilo vel absconditus. Gen. 46.16.

אֶלְצָפָן *Eltzaphan*, i.e. Deus aquilonis. Exod. 6.22.

צָפוֹן *Tzaphon*, i.e. aquilo. Ios. 13,27.

Sicut in prima huius nominis R. omnes consentiunt, ita de reliquis omnes obmutescunt, causanturque peregrinas eas voces esse. Sed quia nos ad facti ipsius evidentiam provocavimus, conandum est, vt ad rem, quæ agitur, idonea offeramus. Dicimus igitur vocem פַּעְנֵחַ ex duabus radicibus esse compositam, quarum prior est יָפַע, i.e. *claruit, splenduit*: altera est נָחָה *duxit placidè, vt puer manu duci solet*: sic habet Pagninus in Thesauro. Significabit igitur צָפְנַת־פַּעְנֵחַ eum, qui *inclarescit docendo obscura.* Vides rei evidentiam, nec hîc esse coactum quicquam. R. יָפַע est *claruit, splenduit, illustravit*: יְפִעָה *splendor, illustratio*: quò pertinent φάω *luceo, splendeo*, φέγγος *splendor*, φῶς, φάος *lumen*, & nostrum pfengen/anpfengen/i.e. *accendere lychnum.*

Guichardus in Harmonia Etymologica probat, *Faunum* à Pahhneach originem habere, & hunc Deum, vt & *Pana* apud Ægyptios inter alios vel præ-

cipuum fuisse: ob divinandi autoritatem, & antiquitatem summam, quam & Virg. lib. 7. Æn. prædicat:

Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis vltimus autor.

Et mox:

At rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit.

Jos. 10. 3. יָפִיעַ *Iaphiahh*, i.e. illustrans.

Jos. 21. 37. מִיפַּעַת *Mephahhath*, i.e. aquarum splendor.

Verbum נָחָה est *duxit* vt pastor oves, vel vt puer manu duci solet. Hinc fit, vt valde affine sit verbo נוּחַ *quievit*: de quo vide in nomine Noach, num. v. Semper a. in bonam partem vsurpatum reperitur, atq; inprimis de gubernatione fidelium, qua Deus eos ducit & regit, capitur: pro qua gubernatione ipsi manè & vesperi offerunt מִנְחָה, i.e. *munus*: nam & hæc vox Radici נָחָה originem debet: vti plerisque videtur. Hinc græca ὀχέω *veho*. ὄχος & ὄχημα *vehiculum*: item *ago*: & nostrum hucken / quod est in humeris gestando aliquem aliò deducere. Psal. 71. 6. Es. 46. 4.

Hinc nomina:

נַחַת *Nachath*, i.e. ductor. Gen. 36. 13.

יָנוֹחָה *Ianochah*, i.e. deducens vel *quiescens*. à נוּחַ. Jos. 16. 6.

LIV.

מנשה Menaschseh. Menasséh. Manasses **Manasse.** Μανασσῆς.

Gen. 41. 51.

VOcavit Ioseph nomen primogeniti Menaschschem: nam fecit

fecit Deus, inquit, vt obliviscerer omnis laboris mei, & eius quidem à tota familia patris mei. Ergo Manasses est *oblitus* vel *oblivio.* Lutherus: Manasse heist vergessen. Iun. *Qui affert oblivionem.* Pisc. vergessenmacher / der vergessenheit bringet: der da macht / daß man etwas vergisset. כִּי נַשַּׁנִי יְהוָה אֶת־כָּל עֲמָלִי i.e. *fecit me Deus oblivisci omnis laboris mei.* Radix נָשָׁה duo significat. 1. *oblivisci.* 2. *fœnerari, mutuum accipere, obligari, exigere:* sicut δανείζειν ex æquo & dare & accipere fœnori significat. מַשָּׁה est *mutuum, debitum, vsura.* נְשִׁיָּה *oblivio* Ps. 31. 13. Græcis λαστὸς est *oblivioſus:* vbi λα est augmenti nota.

LV.

אֶפְרַיִם Ephráim. ἐφραίμ. Ephraim.

Geneſ. 41. 52.

NOmen *ſecundi* filij *vocavit* Ioſeph *Ephrajimum: quia me,* inquit, הִפְרַנִי *fructuoſum reddidit Deus in terra afflictionis meæ.* Luth Ephraim heist gewachsen. Iun. *fructuoſum effectum.* Pisc. Fruchtbargemachter / der fruchtbar gemacht ist: oder doppele fruchtbarkeit / zwifacher wachsthum. R. est פָּרָה *fructificavit:* unde Lat. *fertilis, fructus, prunus, frux.* Gr. καρπὸς *fructus:* πυρὸς *triticum.* Ger. Frucht / birn, pirum. ὀπώρα, i.e. autumnus. φορεῖον ferculum: quod est ipsum אַפִּרְיוֹן Cantic. 3. 9. ſi Hieronymo credimus.

Gen. 2. 14 פְּרָת nomen fluvij, qui *Euphrates,* quem Græci ἀπὸ τὸ εὐφραίνειν deducunt, ex ignorantia linguæ ſanctæ: i.e. *ab exhilarando.*

2. Par. 3. 6. פַּרְוַיִם *Parnajim,* Peru insula Novi orbis, vt Arias Montanus arbitratur: vide præfationem huius operis.

Gen.

Gen. 35.19. אֶפְרָתָה *Ephratha*, frugifera.
Ios. 10.3. פִּרְאָם *Piram*, fertilitas matris.
Ios. 18.23. פָּרָה *Parah*, frugifera.
Esth. 9.7. פּוֹרָתָא *Poratha*, fructificatio.
Num. 34.9. זִפְרוֹן *Ziphron*, ista fæcunditas est.
Iud. 7.10. פֻּרָה *Purah* frugifer.

LVI.

רַעַמְסֵס Rahhmeses. Rameses. Raemses. Ραμεσσή.

Genes. 47.11.

COllocans Ioseph patrem suum & fratres suos dedit eis possessionem in terra Ægypti, in optimo loco eius terræ, in regione Rahhmeseſi: quemadmodum præceperat Parhho. Ab hoc Iosephi facto terræ istam optimæ portionem Iahhakobo & eius filijs attribuentis nomen accepisse, vt diceretur Rahhmeses, credibile fit ex originatione huius vocis: significat enim *tremoris dissolutionem*: quod in præsentem historiam & Iahhakobi fortunam insigniter quadrat. Transegerat hactenus ætatem senex pius inter angores & mærores: nihil verius, quàm quod dicit Pharaoni: *Pauci & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ.* Nihil malorum externorum aut domesticorum, quod ipse non fuerit expertus, vt loquitur tota eius historia. Iam in vltimâ vitæ lineâ præter omnem spem nanciscitur tranquillum portum, plenamque securitatem, vitæ αὐτάρκειαν, & quicquid boni ea ætate sperare poterat vel optare. Meritò igitur hospitalem hanc regionem, in qua sub filij sui ceu Vice-Regis tutela futurus erat, רַעַמְסֵס vocat. q. d. λυσιτέλεχον. ex voce רַעַם. quæ, vt & רַעְמָה, *tremorem, commotionem,*

tionem, tonitru, fragorem, significat. à רָעַם *tonare, commovere, irasci, fremere, indignari.* Vsurpatur de quavis vehemente corporis animique commotione: vnde Gr. βρέμω fremo, sono, βρῶμος tonitrus, & βρόμος sonitus ignis, & ὁρμὴ impetus: & Lat. murmur, quale est in tonitru, murmur/murmel: rammel/rammeln. Et ram nobis est malleus ille, seu pondus ferreum: quo in palationibus mechanicis vtimur: hoc à Latinis fistuca vocatur: vnde fistucatio & fistucare.

Gen.10.v.7. רַעְמָה, i.e. tremor, fragor.

Neh.7.7. רַעַמְיָה *Rahhmejah*, i.e. tonitru Dei.

Marc.3.17. Βοανεργές *Boanerges*, i. e. υἱοὶ βροντῆς, filij tonitrui.

Altera Radix, ex qua combinatur Rahhmeses, est רָסַס seu מָסַס, i.e. *liquescere, dissolvi*, & in Hiph. *liquefacere, dissolvere*: vnde gr. μάσσω *subigo, mollio, pinso*: & forte nostrum mûssig/in eos conveniens, qui otio diffluunt. Est ex ead. Radice vox מַסָּה Deut.16.10. ex quâ *Missam* aliqui arcessunt: cum quibus nunc tricari non liber. מַס est *tributum*: vnde Matthæi nomen quidam deflectunt (quasi τελώνιον notet) sint mutatâ: quod antistœchon longè est frequentissimum.

LVII.

אֵבֶל מִצְרַיִם Abel Mitzrajim.

Abe'l misráim.

Genes.50.11.

VIdens incola eius regionis, populus Cenahhanæus, luctum illum in ea area cynosbatis septa, dicebant, luctus gravis hic

hic est Ægypto: idcirco vocavit nomen illius aream Abel Mitzraim, quæ est ad vadum Iardenis. Nomina propria esse ἀνερμήνευτα monuimus jam, & monebimus sæpe. Quare rectè Arias Montanus & alij fecére, qui אָבֵל מִצְרַיִם ceu nomen loci salvum esse jusserunt in suis translationibus. Cuius rei causam nunc geminam, eamque maximè perspicuam damus: vna est, quod ex eiusmodi redditionibus tautologia existat longè ingratissima. Sic Num. 21.16. si בְּאֵר per *puteum* reddis, vt aliqui faciunt, absurdum te interpretem ostendes: ita enim locus habebit: *Et inde profecti sunt ad puteum: is est ille puteus, &c.* Rursum num.20,25. *Assume Aharonem & filium eius, quos jubeto ascendere in montem, ipsum montem, &c.* Deinde per eiusmodi translationes contingit: vt nomina vera locorum de quibus sermo est, lectoribus ignota maneant. Reverà enim nunquam iste locus, de quo hîc agitur, nec vocatus fuit, nec vocabitur Luctus Ægypti, sed *Abel Mitzraim* vocatur & vocabitur. אָבֵל *lugentem* significat & אֵבֶל *luctum*. ab אָבַל *luxit, lamentatus est*. Vnde nostrum ûbel. Et lat. *Fleo*. flannen seu flennen apud nos quoque *lacrymari* est: sicut apud Gr. φλέειν, φλύειν, φλύζειν, φλυναφεῖν, i.e. *quiritari*. Αβάλω est heù. Α'πίλλω est *defleo, lugeo*. Significat אָבֵל etiam *vallem*: vnde αὐλὼν & *vallis*. Cæterum hic locus alibi dicitur *Beth chogla*, quod idem est ac *locus gyri*: à more quem lugentes circumeundo observarunt. Hîc enim Ioseph cum fratribus exsequias Patris sui planctu septem dierum prosecuti sunt. Num.26.33.

2.Sam.20.14. אָבְלָה *Ablah*, i.e. luctus.

Iud.7.22. אָבֵל מְחוֹלָה *Abel-mecholah*, i.e. luctus infirmitatis seu chori.

Num.

Num.33.v.49. אָבֵל שִׁטִּים *Abelschittim*, i.e. luctus declinationum vel flagellationum.

Luc.3.v.1. *Abilene*, i.e. lugens vel plorans: nisi malis pater mansionis ab אָב & לוּן.

מְצָרַיִם vox altera in fontibus Hebraicis est pervagata: quæ post autorem gentis Gen.10.6. ipsam terram Ægypti notat. Radix eius est צוּר vel צָרַר, i.e. *angustavit, in angustum coarctavit, obsedit, ligavit, formavit, concluſit, munivit.* צוּר est *rupes*, item *acies.* צַר *angustus & angustia, hostis.* צֵר, *acies, culter acutus.* מָצוֹר *obsidio, munitio, propugnaculum.* Hinc τύρσις, *turris*, thurn. Rabbi David Ægyptum à munitione appellatam esse docet, ob civitates quas passim habuit fortissimas sitas juxta aquas Ex צוּר, i.e. *premo*, Græci fecerunt τυρεῖν *premere*, & τυρὸς *caseus, pressi copia lactis.* Quidam à מָצַר Rad. inusitata trahunt מֵצַר, i.e. *angustia*, seu vt R. David exponit, locus augustus & duabus velut maceriis validè occlusus, ex quo nulla aufugiendi & sese eripiendi potestas datur. Trahatur ergo ex hac propria vocis מָצַר significatione Lat. *maceria.*

Extat in Scripturis copiosa seges nominum propriorum ex hac radice fruticantium: quæ inter principatum fermè tenet Tyrus vrbs illa totius Orientis clarissima, speciosissima, opulentissima, artium & mercium apud antiquos fæcundissima: in cuius opibus & viribus prædicandis vix sibi satisfacere potuisse Prophetæ videri possint. Esa.23.8. *Mercatores*, inquit, *eius principes sunt, negotiatores inclyti terræ.* Ezech. 28.13. παράδεισον τρυφῆς *paradisum deliciarum* vocat. Virgilius: *Tyrioque ardebat murice lana.* Idem: *Sarrano dormiat ostro.* Sarra enim & Sora, quod propius ad צֵר accedit, dicebatur olim Tyrus teste Gellio.

Gellio. Vide Fullerum in Miscell. l. 1. c. 11. & 4. c. 11. & Adrichomium in Descript. Terræ sanctæ.

Ps. 45. 13. צֹר *Tzor*, i. e. Tyrus, Τύρος.

1. Reg. 17. 7. צָרְפָּתָה *Tzorpatha*, i. e. angustiæ persuasio.

1. Sam. 26. 6. צְרוּיָה *Tzerujah*, i, e. angustia vel tribulatio Domini.

1. Sam. 9. 1. צְרוֹר *Tzeror*. i. e. angustians.

Num. 1. 10. פְּדָצוּר *Pedatzur*, i. e. redemptio petræ.

Num. 1. 6. צוּרִישַׁדַּי *Tzurischaddai*, i. e. petra mea Omnipotens.

Num. 1. 5. אֱלִיצוּר *Elitzur*, Deus petra mea.

Dan. 5. 1. בֵּלְשַׁאצַּר *Belschatzar*, i. e. non portans angustiam.

Dan. 1. 11. מֶלְצַר *Meltzar*, circumcisio angustiæ.

1. Par. 25. 3. צְרִי *Tzeri*, angustia: item resina.

Num. 25. 15. צוּר *Tzur*, petra.

Ios. 3. 16. צַרְתָּן *Tzartan*, angustiam dans.

Ios. 15. 56. בֵּית צוּר *Beth-tzur*, domus rupis.

Ios. 19. 35. צֶר *Tzer*, angustia.

Iud. 7. 22. צְרֵרָדָה *Tzeredada*, angustia dominij.

1. Reg. 11. 26. צְרֵדָה *Tzeredah*, angustia dominij.

LVIII.

מֹשֶׁה Mosche. Moses. Mose'h. Moyses, Μωσῆς. Μωσεύς. Μῶυσῆς. Μῶυσεύς. Mose. Mosche. Moses.

Gen. 2. v. 10.

Filia Parhhonis, cui Moses erat filij loco, *vocavit nomen eius Moschen: quia dicebat, ex aquis enim extraxi eum.*

xieum. Iactabatur illud humani generis prodigium, Doctorum Doctor, Legislatorum maximus, mirificentissimorum operum patrator, eruditus ille, eruditus in omni, eruditus in omni sapientia, eruditus in omni sapientia Ægyptiorum. Act. 7. 22. ubi? in ulva, in algâ, in papyrione, in fiscellâ scirpeâ. Ex tam desperatæ salutis pusione fit derepente filius Reginæ. Notat igitur Mosche *attractum* vel *assumtum*, à R. מָשָׁה *extraxit* vel *eduxit ex aquis*. Piscat. Einer der da zeucht. Iosephi verba ex lib. 1. contra Appionem hæc sunt: *Nomen* (Moyses) *significat ex aqua servatum: nam aquam Ægyptij Moy vocant.* Patet hinc Ægyptiacam linguam Hebrææ dialectum fuisse: quamvis Ægyptij dicantur populus לַעַ, id est, *barbarus*, Psal. 114. & lingua eorum *ignota* Psal. 81. 6. מִים & in regimine מ cum Iosephi Moy facile conciliatur; & יָשָׁע servare est. Ad R. מָשָׁה, i.e. *extrahere*, acciri possunt Gr. μάσσω, ἐκμάσσω, *tango*, *attrecto*, *extergo*: item nostrum meschen: & Lat. *sumo*, *is*, *ere*. LXX. habent: *Ex aquis* ἀνειλόμω, *sumsi* vel *tuli eum.*

LIX.

גֵּרְשׁוֹם Gerschom. Gersom. Gersam. **Gerschom/Gersom.** Γηρσέμ. Γηρσάμ.

Exod. 2. v. 22.

TZippora filia Rehhuelis parit filium: quem Mosche vocat Gerschomum: *dicebat enim, peregrinus sum* גֵּר הָיִיתִי *in terra aliena.* Et Exod. 18. 3. *Dixerat Mosche, Peregrinus sum, in terram alienam pulsus.* Pisc. Ein außgestossener oder vertriebener frömbdling. R.

est גָּרַשׁ *expulit, ejecit.* Hinc גְּרוּשָׁה, *vidua, ejecta, repudiata.* גֵּרֶשׁ extrusio, ejectio, expulsio. Proximè abest Gr. χωρίζω separo. Χωρὶς seorsim. χωρίτης rusticus, qui seorsim à civibus habitare cogitur. Sic *Gersmannum* interpretari posses, per extorrem à patria & civibus: licet aliàs Gersman dictum arbitrentur, quasi gar/vest/man. i.e. valde strenuus vir. De Radice גור egimus supra num. x. v.

1. Paral. 26. 21. גֵּרְשֹׁנִי *Gerschuni*, exul.

LX.

אהיה Eheje. Jehova. יהוה

ὁ ὤν. Qui est. Ich werds seyn. Der selbstwesende.

Exod. 3. 14.

Si *dicerent* filij Israëlis, *Quod est nomen eius, qui te misit? quid dicerem illis?* Sic quærit Moses. Respondet Dominus: *Eheje, qui ero.* (al. qui sum) *Ita dices filijs Israëlis: Eheje misit me ad vos. Hebræum nomen Eheje* (inquit Iunius in Annotat. ad suam versionem) *retinuimus tanquam proprium: quia vt proprium nomen eodem versiculo paullo post subijcitur. Exponitur autem per* ero, *vel* sum: *futurum enim pro continuo tempore ac præsente vsurpatur.* Piscatori Iehova est, der Selbstwesende. Græ. ὁ ὤν. Apoc. 1. 4. & 22. 13. i. e. *ens*: Solus enim DEVS propriè *est*, nec novit fuisse aut futurum esse. *Quia est* (inquit Bernh. ad Eugen.) *DEVS: sine quo nihil est: tam nihil esse sine ipso, quam nec ipse sine se esse potest. Ipse sibi, ipse omnibus est: & per hoc quodammodo solus est ipse: qui suum ipsius est, & omnium esse.* Hinc Græci αὐτόσιον dicunt, & οὐσίαν ὑπερούσιον. Veteres ἰαὼ dixerunt.

Iren.

Iren.lib.1.c.18. Origen.lib.6. contra Celsum. Latini contrahunt,& Iovam vel Ihovam pro Iehova, item Iovem dicunt : quam vocem malè à juvando derivâsse Ciceronem Lactantius c. 11.l.1. de falsâ relig.his verbis declarat : *Hoc in Deum minimè congruit : quia juvare hominis est aliquid opis conferentis in eũ, qui sit alienus & exigui beneficij. Nemo sic DEVM precatur, vt se adjuvet,sed vt se servet, vt vitam salutemque tribuat, quod multò plus ac majus est, quàm juvare.* Contra Lactantium tamen sentit Ioh. Seldenius doctissimus ICtus,Deum *Iovem* piè posse vocari asserens ex Act. 17.v.28. in libello de Dijs Syris p.112. Patet autem ex nominibus ἰευὼ, ἰαὼ & Iovis (sic enim veteres dicebant pro Iupiter) & ἰά,antiquis Iudæis adeo frequentatam fuisse vocem Iehova, vt eius cognitio & vsus in alias quoque gentes ac præsertim Græcos Orientalium æmulos dimanârit. Eccui ergo verisimile fiat,Israëlitas priscos ab eius pronuntiatione religiosè abstinuisse? Quare non intelligo,quis impetus Drusium in Anglos concitârit : cum scriberet,eos gravitet peccare, quòd hoc nomen legant. Sed satis ei fuit occursum à Fullero doctissimo in Appendice ad 6.lib.Miscell. & refellitur vana suggillatio ex locis sexcẽtis huius nostræ ὀνομαλοσκεψίας : in qua identidem occurrunt Propria, nomen hoc tetragrammaton (vel trigrammatum, secundum Chaldæos) pene integrum in se complectentia, qualia sunt Iehonathan (q.d. Iehova nathan,id est, Deus dedit) Iehoram, q.d. Iehova ram, Iehoschavat,Iehotzadak, Iehoschuhha, Iehohhadan, Micajehu,&c. quæ vulgò pronuntiata sic fuisse, neminem dubitare sinunt. Adde vocem יְהֹוִה contractam ex יְהוָה in ore omnium fuisse & esse. Sed

mens tamen nostra non est, profanationi huius tremendi nominis occasionem præbere aut viam sternere. Semper enim auribus nostris insonat illud Mosis Deut. 28. 58. *Time nomen glorioſiſſimum & ſummè reverendum, nempe IOHOVAM Deum tuum.* Quare à Fullero facimus: qui *expedire* arbitratur *rudibus atque imperitis, quorum maximus est numerus, frequentius Dominum exponi, eruditis autem ſæpius Iehovam enuntiari, tum verò præcipuè, vbi emphaſeos occulta vis aliqua ſubeſt.* Quod ferè consentit cum ijs, quæ habentur in historiâ Synodi Dordracenæ Sess. 12. Quæsitum ibi fuit, *quomodo nomen Iehova in Vet. Teſt. sit transferendum? Vtrum in Belgico sit retinendum, an verò per vocem* heere / *vti hactenus, aut ſimilem exprimendum? Ac consultum fuit judicatum, cum alia commoda atq; vsitata vox Belgica non extet, qua vis illius nominis exprimatur, vt interpretes vocem Iehova transferrent per vocem* heere / *vtque hæc vox majusculis literis in textu exprimatur. Vbicunque verò vox Iehova emphaſin habere videretur peculiarem, ibi ponendũ esse aſteriſmum & vocem Iehova in margine adscribendam. Monendos quoque esse interpretes: vt vbi hæc vox habet punctа vocis Elohim, diſpiciant, an illis in locis commodius per vocem* God / *quam per vocem* heere *transferri non poſsit.* Cæterum quod ad mysteria huius vocis attinet, ediſſerat ea, qui integrum de Τετραγράμματῳ commentarium meditatur. Pauca tantum ἐπισάγματα & loco libet attingere. Probat Brougthonus in Concentu Scripturæ, etiam Rabbinos fateri, nomen Iehovæ de Messiâ dici. Sed quis testis fide dignior ipso CHRISTO? Nisi credideritis, inquit ipse Ioh. 8. 24, quod EGO SVM, moriemini in peccatis vestris. Et vers. 28. Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quod EGO SVM. Et infrà: Amen dico vobis,

vobis, antequam Abraham erat, EGO SVM. Matth. 14. ad discipulos in mari pavibundos: Confidite, EGO SVM. Iudæi intelligebant hanc vocem EGO SVM: ideo sublatis lapidibus eum ceu blasphemum obruere volunt, certè pòst eâdem de causâ condemnatum cruci suffigunt. Eius vis in comprehensores exerta Ioh. 18. 6. eâ namque auditâ retrorsum pulsi & quasi fulmine tacti in terram prosternuntur. Est ergo IESVS noster IEHOVA, DEVS benedictus in secula, Rom. 9. 5. ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος, Apoc. 4. 8. ἰησοῦς χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, Hebr. 13. 8. Alterum est quod annotamus, Plutarchũ fecisse librum de ἒ inscripto foribus templi Delphici: vbi refert voce ἒ salutare olim solitos Græcos Deum, eundemque salutantibus per inscriptam inibi aliam vocem respondisse γνῶθι σεαυτόν. Vide Mutium Pansam in OsculoEthnicæ & Christianæ Philosophiæ cap. 31. pag. 156.

Postremo id ratum firmumque esto apud nos, vnam solam eamque Hebræam linguam esse, quæ gloriari hodieque possit, se proprium Dei nomen habere & nôsse. Nam quæ alia Deo attribuuntur nomina, appellativa sunt omnia, tam veris quam falsis numinibus, vt & hominibus, ferè communia, puta θεὸς, Deus, Gott / Elohim, Adoni, Dominus, Baal, & id genus quàm plurima. Sed IEHOVAM nominat sola lingua Hebraica: quæ felicitas nulli ex aliis contigit. Vt hinc eius majestas, & prima, qua prior nulla est, antiquitas vel ad oculum patescat. Denique non caret mysterio, quod Iudæi nomen Iehovæ omninò pronuntiare horreant. Pœnam hanc divinitus eis inflictam interpretor. Quia enim verum Deum amiserunt, justum sanè est, vt

eius etiam careant nomine, quem honorare prídem destiterunt.

Propria nomina, vti diximus, cum voce יְהֹוָה vel יְהוָה composita innumera occurrere diximus in Biblijs: quæ nihil attinet huc congerere: sed satius fuerit suis ea singula in locis observare, contra imperiosam eorum obstinationem, qui pronuntiatione nominis Iehovæ nobis religionis caussa interdictum volunt.

Esr. 8. v. 15. extat nomen אֲהָוָא *Ahavah*, i.e. essentia vel generatio: quæ ex sola R. הָיָה videtur constare.

1. Reg. 16. 1. יֵהוּא *Iehu*, existens.

LXI.

עִבְרִים ἑβραῖοι. Hebræi. Hhebræi. Ebræi. Ebreer.

Exod. 3. v. 18. & 9. v. 1. & 10. v. 3.

E*Dixit Iehova Mosi: siste te manè coram Parhhone, ac dicito ad eum, Ita ait Iehova Deus Hhebræorum, dimitte populum meum, vt serviant mihi.* Habent hæc verba emphasin, & nomen Hebræorum ex præsente Historia explanant. De transitu & discessu agitur: quo mox futurum erat, vt nova surgeret Iisraëlitarum respublica, ex meris trajectoribus constans: tales autem עִבְרִים vocantur; & Deus eorum, Deus Hebræorum seu transitorum vel trajectorum, ab admirabili scilicet transitu maris rubri. Nec obstat Abrahamum quoque Hebræum dici. Gen. 14. 13. Causa namque nominis eadem, vt interpretes fere consentiunt, quiper περάτου cum LXX. Gen. 14. 13. exponunt, quod Abram ex terra Chaldæorum per Mesopotamiam penetrãs ingressus sit terram Chanaan,

naan, & quod Euphratem trajecerit, vt notat Scholiastes. Ab isto ergo transitore transitores dicti posteri (qui & Bileamo noti fuerunt, num. 24, 24.) eandem subeunt fortunam, quam genitor habuerat: id quod & in hodiernum vsque diem retinent, eoq; in omnibus pene linguis nuncupantur: ex quo ipsa quoq; primogenia eorum lingua nomen suũ hodieque retinet, non minus nobilitata eruditorum vsu, quam gentis etiamnum superstitis quamvis palabundæ & incertis sedibus vagantis tam religione quàm celebritate omnium oculis exposita. Habet nomen hoc symbolum migrationis, & evanidam rerum humanarum sortem, instabilemque præsentis vitæ conditionem nobis repræsentat. Ac si hodiernos Iudæos respicias, nulla gens vnquam extitit, quæ in migrando & remeando fortunam similem sit experta, & per tot jam secula in præsentem vsque diem eandem sustineat ac admirabili patientiâ ferat. Verbum עָבַר est migrare, transire, trajicere, præterire: unde est עֵבֶר ultra, cis, trans, super: Germanice über/Græcè πέραν: περαίνω & περάω est transeo, πόρος portus, πορεύω vado. Quod autem ad appellationem & originem Hebrææ linguæ attinet, veram & sanctam esse credo eorum sententiam, qui statuunt, Noachum, Semum, Heberum & alios nequaquam participes factos esse nefariæ conspirationis, quam turris Babylonicæ structores inter se fecerunt, adeoque Hebræam ceu antiquã & primam linguam studiosè conservâsse, sanctè coluisse, & ad posteros transmisisse, tanquam per manus sibi à Patribus traditam, & veræ religionis thesaurariam. Agit hac de re S. Augustinus lib. 16. de Civit. Dei cap. 3. vbi vrget verba Mosis Gen. 10. 21.

Sem pater est omnium filiorum Heber. Cum enim Heber non à Semo natus sit, sed quintus demum in progenitorum serie reperiatur, patet hoc ad commendationem Hebræorum, seu filiorum Heber dictum esse. Et cap. 11. ostendit, linguam illam primam & ante erectionem turris Babylonicæ omnibus communem *sine ulla dubitatione ibi remansisse, vbi non fuit illa pœna quæ facta est mutatione linguarum : adeoque in eius gente remansisse à cuius nomine nomen accepit. & hoc justitiæ gentis huius non parvum apparuisse vestigium : quod cum aliæ gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non pervenerit tale supplicium.* Quanquam autem Abrahamus in Chaldæa fuit natus & ex eadem evocatus: nihil tamen obstat, quin & ipse secum in terram Chanaan transtulerit hactenus inter suos conservatam & in tabernaculis Heberi cultam propagatamq; in se velut hæreditario jure sanctam hanc ce linguam; ut nihil ne probabilitatis quidem habeat, quod dicunt recentiores aliqui, Abramum Chaldaicè locutum vtpote Chaldæum, & relictâ post linguâ sua patriâ sermonem Chananæorum fuisse amplexum, qui ipsus sit Hebræus. Quam opinionem refellit Fullerus lib. 4. cap. 4. Miscell. sacr. fusè & nervosè; nec erit amplius sub judice lis, vt vult Thomas Erpenius, Chaldæane an Hebræa sit linguarum prima. Fortasse Hebræorum nomen non simpliciter gentis erat, sed & professionis certæ ac societatis religiosæ; cuius Heber cum suis consortibus præcipuum caput extiterat, quamque legibus firmârat post confusionem Babylonicam. Nam qui veræ & antiquæ religioni tum temporis erant addicti, Hebræi dicebantur, quia eius linguæ erant studiosi: quæ non fuerat passa pœnam Babylonicæ

bylonicæ confusionis: sed salva & integra manserat apud eos qui non facti fuerant complices insanæ illius molitionis, in quam turris Babylonicæ structores conspiraverant: qualia passim remanserant olim & frequentabantur Collegia apud Melchisedecum Regem Schelemi, Iobum & eius amicos, quorum sermo nulla peregrinitate alieni sermonis infucatur. Ac licet speciali quadam ratione Israëlitæ posteà soli vocati Hebræi fuisse noscantur, inde tamen haud satis certò colligi posse videtur, nullos nisi illos Hebræorum nomine fuisse vocitatos. Forte aliorum Hebræorum in terrâ Chanaan & alibi degentium societates invalescenti idololatriæ, & tyrannidi Apostatarum, interea dum inter Ægyptios per 200. circiter annos gemebant Iisraëlitæ & continuis exerciti calamitatibus tantò ardentius religionem in linguâ primæva excolebant quò gravius affligebantur, succubuerunt: aut si quæ residuæ fuerunt, eæ sese reducibus ex Ægypto, & in possessionem terræ Chanaan missis conjunxerunt, & cum ijsdem in eandem gentem coaluerunt: vt ita progressu temporis propria maneret hæc gloria posteris Abrahami, & quidem eorum tantum, qui ex Ægypto fuerant egressi: eò quod linguæ priscæ, & in eâ ac per eam antiquæ ac veræ religionis constantes custodes atque invicti assertores essent atque permanerent. Cuius rei documentum evidens peti potest ex zelo Nechemiæ. *Vidi*, inquit c. 13. 23, *filios Iudæorum quorundam ex parte loqui Aschdodæè*, seu Azoticè, *neque scientes loqui Iudaicè, sed ex lingua cuiusque populi sui: ideo contendi cum eis, maledicens eis, & percutiens ex eis aliquos glabravi eos*, &c. Ex quo quantus Iudæorum priscorum in Hebraicâ

linguâ conſervandâ & ad poſteros tranſmittendâ fervor fuerit, non poteſt non eſſe quàm manifeſtiſſimum. Taceo ſeditioſas Hebræorum cum Græcienſibus Synagogis eâdem ex cauſâ converſationes: de quibus fidem facit Hiſtoria Hebræorum nuſquam non obvia.

Nomina reliqua ad R. עָבַר pertinèntia ſunt:

Gen.10.21. עֵבֶר *Hheber*, i.e. tranſitus.

Num.33.34. עַבְרֹנָה *Hhabronah*, tranſiens.

Deut.15.12. עִבְרִי *Hhibri*, tranſiens, vel Hebræus.

1.Maccab.2.5. *Hhabaran*, i.e. pervadens vel ſtrenuus.

Ioſ.19.28. עֶבְרוֹן *Hebron*, tranſitus.

Ioh.1.28. *Bethabara* בֵּית־עֲבָרָה domus trajectus.

Iudit.3.13 מַעְבְּרוֹת *Mahhberoth*, i.e. ſerræ, tranſitus anguſti montium, vtrinque inter ſe adverſantium, & figuram ſerræ denticulatæ quodammodo exprimentium.

XLII.

פֶּסַח Paſcha. Péſah. πάσχα. Paſſah. Phaſe.

Exod.12.11.

COmedite eam (parvam pecudem maſculam anniculam ex ovibus aut ex capris) *lumbis veſtris ſuccinctis, calceamentis veſtris ad pedes veſtros, & baculo veſtro in manu veſtra: ſed comedite eam cum feſtinatione,* פֶּסַח הוּא לַיהוָה *Paſcha eſt Iehovæ. Tranſiturus enim ſum per terram Ægypti.* Et verſ.21. *Iugulate ipſum Paſcha.* פֶּסַח יְהוָה *transibit Dominus, nec ſinet interfectorem ipſum ingredi domos veſtras ad cædendum.* זֶבַח־פֶּסַח הוּא לַיהוָה אֲשֶׁר פָּסַח v.27. *victima Paſcha eſt Iehovæ qui trăſivit.* Sur-

vit. Surgit nova Resp. Ecclesiastica, quæ novis legib. & sacramentis est constabilienda. *In nullum enim nomen aut verum aut falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium consortio colligantur*, vt ait Augustinus. Ex historia præsente patet nominis originatio, & proprietas verbi פָּסַח, i.e. *transire, transilire per intervalla scilicet & è loco in locum, vel à latere in latus subsilire, transscendere.* In Piel פִּסֵּחַ est *saltitare.* A פֶּסַח ceu festorum capite est haud dubie festum, fest: & ex propria eius significatione, *passus*, παξ / ποῦς, *pes*, πηδάω, *salio*, πήδημα *saltus.* Cæterum Augustinus oculatissimus Scripturæ Sacræ scrutator, etiam in novo Testamento proprietatem vocis Pesach expressam fuisse à Iohanne Evangelista his verbis declarat, in Psal. 78. *Pascha*, inquit, *Latinè transitus interpretatur: non est enim Pascha græcum nomen, sed hebræum. Resonat quidem in græca lingua passionem, quia πάσχειν latinè pati dicitur: Sed consultum Hebræum eloquium aliud indicat & transitum commendat. Hoc admonuit etiam Iohannes Evangelista: qui imminente passione cum veniret Dominus ad cœnam, qua commendaret sacramentum corporis & sanguinis sui, ita loquitur: Cum venisset hora, vt TRANSIRET Iesus de hoc mundo ad Patrem: quibus verbis expressit transitum Paschæ.* Hæc Augustinus. Cognatum verbo פֶּסַח est R. פָּשַׁע incedere, deambulare, gradiri.

Esræ 2.49. פָּסֵחַ *Paseach*, i.e. transitus.

1.Reg.4.24. תִּפְסַח *Tiphsach*, i.e. transitus.

LXIII.

אָבִיב Abib. Abib.

Exod. 13.4.

HOdie exitis in mense *Abib.* Et Deut.16.1. *Observato* men-

mensem Abib : quia in mense ipso Abib eduxit te Iehova Deus tuus ex Ægypto noctu. De eo dictum erat in Exodi cap.12.v.2: *Hic mensis vobis principium mensium, primus esto vobis inter menses cuiusque anni.* Hactenus à condito mundo, per 2400. circiter annos, anni initium sumtum fuerat ab autumno : quo tempore mundus est conditus. Moses a.novũ anni constituit initium, quod cædes primogenitorum in Ægypto, & Pascha primum, vt & æquinoctium vernũ, quo omnia renascuntur & juvenescunt, Iisraëlitis commendabant. Vocis proprietas ex re ipsâ patescit. Est Grammaticis אָב *arbor, viror, culmus* ramos aut fructum gignens, atque ita speciem patris repræsentans. Sic Abib primus seu pater fit mensium. Vide de R. אַבְרָם in nomine Abraham, num. XII. Aliàs אָבִיב exponitur per *hordeum cum spicâ*, vel *spicam cum culmo*: quia eodem jam tempore hordeum spicas extulerat, vt notat Iunius. Repetitur præceptum Exod.23.15. & c.34. v.18. & ratio eius additur : ex qua originatio vocis facile colligitur : *Comedite azymos ipso mense Abib ; quia in eo egressus es ex Ægypto.* Idem etiam dicitur Nisan, à נָסַס, i.e. fugere: quia fugerunt hoc eodem mense Iisraelitæ ex Ægypto. Respondet iste mensis Aprili, ab apertione terræ dicto: sicut idem Græcis dicitur θαργηλιὼν , à θέρω & γῆ, quod tunc *calescere* incipiat *terra*. Radicem ponunt Grammatici invsitatam אָבַב, ex qua Chaldæi habent vocem אַבָּבָא, quæ *præcocem fructum* notat, vt patet ex paraphrasi Chaldaicâ Hos.9.10.

Ezech.2.25. al.3.v.15. תֵּל אָבִיב *Tel-Abib*, i.e. acervus novarum frugum.

LXIV.

מָרָה Mara. Μάρα. Mara. Marâh. Μερ"ρά. Μερ"ρᾶ.

Exod. 15. 23.

PRofecti Iſraëlitæ à mari algoſo progreſſi ſunt verſus deſertum Schuris, euntesque triduo per illud deſertum non inveniebant aquam. Inde pervenientes Maram, non potuerunt bibere aquas è Marâ, eò quod amaræ eſſent: idcirco vocat quiſque nomen loci eius Maram, i. e. amaritudinem. Amaros fontes vocat Plinius lib. 6. natural. hiſtor. cap. 29. R. מָרַר eſt amarus fuit, item doluit. מַר amarus. מָרָה amara. Hinc Lat. *amarus* & *mæror*. Et Gr. μέριμνα, μεριμνᾶν, i.e. *ſolicitudo, ſolicitum eſſe*. Myrrha, μύρρα. Hebræis eſt מֹר. Ab hoc fonte eſt nomen Maria מִרְיָם. cuius primùm fit mentio in hoc ipſo cap. 15. v. 21. quam vocem per *mare amaritudinis* exponunt: יָם enim mare ſignificat. Bernhardus Hom. 2. ad loc. Lucæ: *Miſſus eſt Angelus*, ait ſignificare Mariam ſtellam maris. *Stillam* forte voluit dicere, quæ Hebræis eſt מֹר, i.e. *gutta, ſtilla*: unde μύρω & μυρέω, ſtillo, fluo. Quidni etiam *mare*? hoc enim Pythagorici lacrimam Saturni dicebant, teſte Gyraldo in ſuo ſyntagmate. Iſidorus lib. 7. Orig. c. 10. ait Syris nomen Mariæ *Dominæ* eſſe nuncupativum: ijs enim מָרָא eſt Domina. Epiphan. ſerm. de laud. B. Virg. interpretatur *myrrham maris*. à מֹר *myrrha*. (Vide DCCCXXII.) Magna enim *velut mare fuit contritio* ipſius. Thr. 2. 13. Luc. 2. 35. Ex R. מָרַר, i.e. *amarus fuit*, ſequentia quoq; nomina Biblica ſunt deducta: Ruth. 1. 21. מָרָא *Mara*, i.e. amara.

Num. 32. 35. בֵּית-נִמְרָה *Beth-nimrah*, i. e. domus amaritudinis.

Ibid. v. 3. נִמְרָה *Nimrah*, i.e. amaritudo. Pſal.

Pſal.45. מֹר *Myrrha.*

Eſth.1.14. מַרְסְנָה *Marſenah*, i.e. amaritudo rubi.

Eſr.10.36. מְרֵמוֹת *Meremoth*, i.e. amaritudo mortis.

Eſr.2.2. מָרְדְּכַי *Mordechai*, i.e. amara contritio.

LXV.

מָן Man. Manna. Μάννα. Manhu.

Exodi 6.14.15.

FVit mane ſtratus ros circa caſtra: cumque ſe elevaſſet ſtratus ille ros, ecce in ſuperficie ipſius deſerti tenue quiddam rotundum, tenue inquam ſicut ipſa pruina ſuper terram. Quod videntes filij Iiſraëlis dicebant alter ad alterum, Man eſt. מָן הוּא, *non enim ſciebant, quid eſſet. Dixit verò Moſche ad eos, is eſt panis ille, quem dat vobis Iehova ad comedendum.* Et v.32. *Vocavit domus Iſraëlis nomen eius* מָן *Man: quod erat quaſi ſemen coriandri, album, & eius ſapor quaſi cruſtuli melliti.* Deut.8.3. *Cibaverat te Man, quod non cognoveras, neque cognoverant maiores tui.* Man (inquit Iun.) id eſt *cibus præparatus*, vel aptus ad comedendum ſine alio hominis labore: hoc autem generali nomine vocant; quia eius ſpeciem ignorabant. Idem ait Buxtorffius. Luth. eine gabe. R. מָנָה in Kal. eſt *numerare*; vnde Almanah, i.e. *numeratio menſium* ſeu partium anni per ferias & temporum ac dierum intervalla ad poſitiones ſyderum accommodata. Scilicet ab Arabibus (id quod Al articulus ſicut in Alcoran, Almageſte, Almanſor, &c. oſtendit) acceptum retinemus hoc nomen, ceu antiquis rerum Mathematicarum & Aſtronomiæ cultoribus. Ex eodem fonte eſt *Menſis*, Græce μὴν, nobis

bis Monat: quamvis *mensem* Cic. lib. 2. de nat. Deor. à *mansione* dictum velit. Idem verbum in Piel מָנָה significat *præparavit, paravit*: it. *præfecit*: ex qua notatione מָן *cibus* est *præparatus*, sine labore comparatus. Sunt qui putant, Israëlitas cum dicerent מָן הוּא rogâsse, *quid esset*. מָן Chaldaicum est significans *quis*, (& aliquando *quid*) idem quod מִי quis & quæ: מָה quid apud Hebræos. מָנָה est *portio* dinumerata & constituta. 1. Sam. 1. 5. item *munus, pars, sors*. A מָנָה *numerare* est μνᾶ *mina*: ac porrò *moneta*, & *nummus* & *numero*. Ex eadem R. quatenus significat *præficere*, est νέμω, i. e. *distribuo, rego, moderor*: & νόμος *lex*.

Pertinent huc:

תִּמְנַת *Timnath*. Gen. 38. 12. i. e. numeratio.

מַדְמַנָּה *Madmannah*. Ios. 15. 31. mensura numeri.

טַלְמוֹן *Talmon*. Esr. 2. 42. numerus roris.

חַשְׁמוֹנָה *Chaschmonah*. Num. 33. 30. festinatio numerationis. Vide CXLV.

מְנִי *Meni*. Esa. 65. 11. de quo vide infra numerum CXLVIII.

מְנָא *Meneh*. Dan. 5. 26. i. e. numeravit.

מִנִּי *Minni*. Ier. 51. 27. præparatio vel munus.

דַּלְמָנוּתָא *Dalmanutha*. Marc. 8. 10. pauperis hæreditas.

Mainan. Luc. 3. 31. dispositus, præparatus.

מִנִּית *Minnith*. Iud. 11. 33. numerus vel munus.

יִמְנָה *Iimnah*. Gen. 46. 17. distributio.

תִּמְנָה *Timnah*. Ios. 15. 10. numeratio.

תִּמְנַת חֶרֶס *Timnat-cheres*. Iud. 2. 9. figura Solis.

LXVI.

מַסָּה Massah. Massah.

Exod.17.7.

MVRmurat populus contra Moſchen ob penuriam aquæ, cui in extremo, quod ipſi à tumultuantibus imminebat, exitio conſtituto monſtrat Iehova rupem in Chorebo: quâ percuſsâ erumpunt aquæ, & tranquillatur populus. Ideo *vocavit nomen illius loci Maſſam & Meribam: propterea quod contenderant filij Iſraëlis, & propterea quod tentaverant Iehovam dicendo, eſtne Iehova in medio noſtri, an non?* Significat igitur מַסָּה tentationem verſuchung / ex R. נָסָה tentare, probare, experiri. Congruit aliquo modo ad hanc radicem latinum *niſus* ſeu *nixus* pro conatu: ex quo *Nixij Dij* apud Ethnicos nuncupati ſunt: quòd parientium niſibus adeſſent. *Pernix* eſt, qui multum nititur.

LXVII.

מְרִיבָה Meribah. Meriba.

Exod.17.7.

IDem locus vocatur *Meribah*, i.e. contentio, ob jam dictam cauſſam. Eſt מְרִיבָה jurgium, à verbo רִיב litigare, contendere, diſceptare, jurgare vel jurgari: tantum enim de verborum diſceptatione accipitur. רִיב contentio eſt, jurgium, actio, rixa. Huc ex actè quadrat noſtrum riffeln / i.e. *pungere verbis, dicteriis laceſsere, vel irritare alicuius rei odioſa repetitione vel exprobratione.* Latini à רִיב habent ſuum *rabire*: ex quo *rabula.* Græcis ῥυπᾶν eſt *infamem reddere.*

2.Sam.23.29. רִיבַי *Ribai*, objurgans, rixans.

Iud.

Iud.6.32. יְרֻבַּעַל *Ierubbahhal*, cognomentum Gedeonis, i.e. vindicet se Bahhal.

Num.34.11. רִבְלָה *Riblah*, i.e. jurgium inveteratum. Hæc urbs est Antiochia secundum Hieronymum.

1.Sam.14.49. מֵרָב *Merab*, i.e. jurgans, disceptans.

2.Sam.11.21. יְרֻבֶּשֶׁת *Ierubbeſcheth*, litigium confusionis.

1.Reg.11.26. יָרָבְעָם *Iarobbham*, impugnans vel objurgans populum.

LXVIII.

יְהוָה נִסִּי Jehovah-nissi. der HERR Nissi.

Exod. 17.15.

EXTRVXIT *Moſche altare: cuius vocavit nomen* יְהוָה נִסִּי *Iehova vexilli mei: dicebat enim, ſic vocandum eſt, quia manus ſuper ſolium Iah, bellum eſt Iehovæ contra Hhamalekitas de ætate in ætatem.* Prima hæc congreſſio cum hostibus in deserto, quæ Moſche precibus & populo gladiis armato feliciter confecta est: cuius proinde monumentum extare voluit Moſche: quò jugis ad posteritatem omnem perennaret eius memoria: & spes populum novæ suæ politiæ impleret successuum consimilium & victoriarum Deo auspice infallibiliter reportandarum sub regimine Mosis: quem par est existimare insigniter gavisum esse post insultus aliquot ægrè paullo antè superatos, inter furentis populi conclamationes & aliquot seditiosas concursationes: vbi ad extremam eius perniciem & totius politiæ vix recens coalitæ dissipationem omnia spectaverant. Iam di-

 tescit

tescit populus ex spolijs, Iosuæ Ducis autoritas augescit, precum Mosis efficacitas patescit. Exultabundus igitur & triumphabundus Moses altare condit: cui nomen יְהוָה נִסִּי inscribit, i. e. *Iehova vexillum meum*. De nomine Jehova egimus num. 60. Nos illud tantum observatione dignum arbitramur: quod hoc primum, idque publicum monumentum sit: quo sanctissimum nomen JEHOVÆ solenniter promulgatum & quasi oculis spectandum uniuersis fuit propositum. Condiderat etiam Iacobus Altare Gen. 33. v. 18. Sed illud *El-Elohe-Israël* appellaverat. Ex quo planum evadit, nomen Jehovæ nondum Patribus eo tempore fuisse revelatum, juxta illud, quod Exodi 6. 2. habetur, vbi ad Mosen Dominus ait: *Apparueram quidem Abrahamo, Isaaco, & Iacobo nomine Dei fortis omnipotentis: at nomine meo Iehova non cognitus sum illis*. Huic non tam nostræ quàm ipsius Veritatis sententiæ quicquid à dissentientibus opponitur, difflari perfacile potest: sicut est jam factum à Clariss. Becmanno: cuius solidis rationibus hanc unam ex ὀνομαλογικεψία nostra petitam addimus: quod nullum occurrat nomen proprium ulli rei impositum usque ad hoc tempus ab orbe condito, quod notam nominis Iehovæ impressam habeat: cum infinita deinceps inveniantur, tam à tergo quam à fronte vocem יְהוָה vel יָהּ sibi adnexam gerentia. Alias rationes & obiectionum solutiones require ex Becmanno de Vsu Logices, pag. 97.

Altera vox qua Altare Mosis insignitur, est נֵס, i. e. *vexillum, signum, velum*, præsertim navis: cuius R. est נָסַס *elevavit, extulit*. à quo non prorsum abludit σημεῖον, nec *signum*, nec zeichen.

Esa.

Esa.30.4. חֲנֵס *Chanes*, i.e. gratiæ vexillum.

LXIX.

אֱלִיעֶזֶר Elihhezer. Eliézer. ἐλίεζερ.

Eliezer/ Elieser.

*Exod.*18.3.4.

MOsi apud Jethronem agēti, post Gerschomum nascitur filius alter: cui nomen fit Elihhezer: quia dixerat: *nam Deus patris mei auxilio fuit mihi* (בְּעֶזְרִי in auxilio meo) *qui eripuit me è gladio Parhhonis.* Removerat abs se, vel certè cum pace dimiserat ad tempus jurgiosam mulierem Mosche: ut ad arduam legationis quam Deo imponente susceperat, functionem esset expeditior. Quantum enim vxori jam indulserit, patet ex 4.cap. Exodi. Nimirum impediverat ipsa: ne circumcisionis sacramento initiaretur Gersom filius. Et cum ingruenti præsentissimo mortis periculo eum non alia lege potuisset eripere, ipsamet fremebunda arreptum puerum suum circumcidit, inque maritum his verbis stomachatur: *Certe sponsus sanguinum es mihi.* Adeo verum est quod ille ait: Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ γυνὴ καὶ τέκνα. Sed quid faceret exul, inops? Dotem acceperat, libertatem vendiderat. Quantum etiam pacis uxoriæ retinendæ gratia tolerari nonnunquam oporteat, experiuntur mariti, intelligunt omnes cordati qui nôrunt, quid sit προσωφορῆσαι. Psal.95.10. adeo vt non nemini hodieque excidat illa vox:

O vtinam cælebs vixissem, orbusque perissem!

Est אֱלִיעֶזֶר compositum ex אֵל, i.e. Deus meus: de

quo vide supra nu.XLII. & nomine עֵזֶר *adjutorium: auxilium*: cuius R. est עָזַר, i.e. *opem ferre, auxiliari, adjuvare*, & quasi suppositis brachijs sustentare: cui significationi respondet Græcum ἀντιλαμβάνειν, einem vnter die arm greiffen vnd demselben auffhelffen. עֶזְרָה locum auxilij petendi, i.e. atrium notat, in quo congregabantur Israëlitæ. q.d. *auxiliatorium*. Propinqua sunt apud Græcos ῥύω, ῥῦσις, *libero, liberatio*: σθενόω, *confirmo*: στερεόω *corroboro*. Pertinent huc *Lazarus*, Luc.16.24. quod non est aliud quam Eleasar: vt legit etiam Tertullianus lib.de idololatria & Prudentius in hymno de sanctorum exequijs. Vide infra num.CLXXIV.

Num.21.32. יַעְזֵר *Iahhzer*, i.e. auxilium.

Exod.6.23. אֶלְעָזָר *Elhhazar*, Dei auxilium.

Esr.7.1. עֻזְּרָא *Hhezra*, adjutor.

Ezech.11.1. עַזּוּר *Hhazzur*, adjutus.

Ierem.28.1. חֲנַנְיָה בֶן עַזּוּר *Hhazur*, adjutus, sive adjutor.

Num.1.12. אֲחִיעֶזֶר *Achihhezer*, fratris mei adjutor.

1.Sam.4.1. אֶבֶן עֵזֶר *Ebenhhezer*, lapis auxilij.

1.Sam.8.3. הֲדַרְעֶזֶר *Hadarhhezer*, decorum auxilium.

Num.26.30. אִיעֶזֶר *Ihhezer*, insula adjutorij.

2.Reg.14.21. עֲזַרְיָה *Azarias*, auxilium Dei.

Iudith 1.8. *Esdrelom*, i.e. adjutorium quercus vel planitiei, vel fortitudinis: אֵלוֹן est planities. אֵלָה quercus.

LXX.

שַׁבָּת Schabbath. Sabbathum. σάββατον. Sabbathtag/Sabbath.

Exod. 20. 8.

RECordare diei sabbathi, vt sanctifices illum. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: dies verò septimus sabbathum שַׁבָּת est Iohovæ Deo tuo: ne facito vllum opus tu aut filius tuus, aut filia tua, servus tuus aut ancilla tua, aut jumentum tuum, aut peregrinus tuus, qui est intra portas tuas. Nam sex diebus perfecit Iehova cælum ipsum & terram, mare & quicquid est in eis: quievit verò die illo septimo: idcirco benedixit Iehova diei הַשַּׁבָּת Sabbathi, & sanctificavit illum. Eandem vocis *Sabbathi* originationem continent verba Mosis, quæ habentur Gen. 2. v. 2. *Cum autem perfeciſſet Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat, quievit* שָׁבַת *ab omni opere ſuo, quod fecerat: & benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit ipſum: cum in eo quieviſſet* שָׁבַת *ab omni opere ſuo, quod creaverat Deus faciendo.* Qui locus priorem declarans non eò accipiendus est, quasi Sabbathi observatio statim à condito mundo generi humano fuisset præcepta, aut à Patribus ante Mosen per annos 2400. recepta ac celebratione solenni frequentata: eam enim, quamvis multorum sit, opinationem tamen solidam non esse ex 7. Ioh. vers. 22. constare potest, vbi CHRISTVS ait; *Moſes dedit vobis circumciſionem, non quod ex Moſe ſit, ſed quia ex Patribus: & Sabbatho circumciditis hominem.* Nimirum Sabbathi sanctio cedebat circumcisioni: quæ potior & prior, Abrahamo nimirum quadringentis circiter annis ante Mosen

tradita. Ezechiel disertè asserit in deserto demum Sabbatha accepisse Israëlitas, cap. 20. 12. Quod si à mundi conditu extitisset jugis illa & sacrosancta Sabbathi solennitas: non potuisset ea ex septimâ feriâ in primam transferri ab Apostolis, & obligaret hodieque omnes vbique homines: id quod nemo audeat asserere præter Sabbatharios. Naturalia tamen adeoque perpetua & immutabilia duo agnoscimus in præcepto de Sabbathi sanctificatione: quorum alterum est publicus Dei cultus & religionis exercitium: alterum diei alicuius (non precisè septimi) consecratio ad publicum Dei cultum. Cætera cuncta temporalia, ceremonialia & Mosaica sunt, ex Ecclesia Catholica, quatenus synagogæ opponitur, eliminata: à quib. Christi ani emãcipati stant in libertate, quâ CHRISTVS eos liberos fecit. Ac observatione dignum est, quod talis quidam rigor, quem aliqui hîc vrgent & vsurpant, ne servari quidem possit in vniversâ CHRISTI Ecclesiâ: eò quod ne rerum quidem ipsa natura id patiatur. *Lusitani* (inquit Köplerus in Epitome Astronomiæ lib. 3. parte 5.) *post triennij peregrinationem consumtam in suo orbis periplo domum reversi feriam quartam numerarunt: cum Lusitania quintam ageret. Meridianum enim suæ navis, vnde diei naturalis numerabant initium, Solem secuti circumtulerunt semel: cum Meridianus Lusitaniæ mansisset suo loco. Contrarium ijs evenit, qui in Orientem egressi ex Occidente domum revertuntur: nam Soli obviantes vnâ die plus numerant denique, quam ij, ad quos fit reversio.* Subiungit paullo post idem autor: *Exercet hæc quæstio Iudæos. Si Iudæi duo alter per Occidentem alter per Orientem penetrantes in Chinam invicem obvient, vtrius sabbathum valeat: nam diversa (vno die differentia) sabbata conferent:*

ferent: & prævertetur, qui per Orientem advenit. Quin etiam Christiani festorum suorum observatores rigidi vexabuntur eadem perplexitate: cum omnia festa, vt Iudæi ab occasu solis in quovis loco, sic Christiani ab ortu incipiant. De eadem re Joh. Albertus Widmanstadius, in præfat. N.T. Syriaci ad Ferdin. Rom. Regem. *Observatum est navigatione Magellanicâ secundum solem in occasum directa, ipsos* (nautas) *senas horas annuas, quæ nobis quarto quoque anno Februarium mensem vno die longiorem faciunt, antevertisse, quartique anni initio diem prope vnum ex nauticâ Ephemeride exemtum eis ita fuisse, vt cum VII. idus Sept. portum Hispalensem invehetur, VIII. diem Iduum ex accuratissimâ dierum annotatione numerârint, eoque miraculo jam non Oceano tantum sed etiam Solis dimensionibus vim factam fuisse necessariò confiteamur.* Hæc illustrant divinam Iesu Christi Domini nostri sapientiam, qui quam non ferebat Ecclesia Catholica, id est, per orbem vniversum sparsa membrorum suorum societas, legis Mosaicæ parilitatem, tum verbis tum factis dispunctam voluit, ut Cives suæ Reip. plenâ libertate donaret, & ceremoniarum aucupes atque exactores eâ excluderet atq; exigeret. Quod nunc plenius edisserere nostri non est instituti. Id unum certum ratumque esto, publicè cultum fuisse Deum ab ijs, qui fuere ante diluvium per 1600. annos, & post diluvium rursum per 800. vsque ad Mosen: à Mose Synagogam per 1600. annos obvinctam fuisse celebratione sabbathi: sed hanc rursum laxatam esse per Christum & Apostolos, per 1600. annos, & dehinc ad finem vsq; mundi (salva manente semper obligatione juris divini naturalis ad cultum publicum) liberam perseverare. Radix שָׁבַת est *cessare, desinere, quiescere.* שַׁבָּת est *cessatio, quies.*

quies. Inde σεβάζομαι, σέβομαι colo, σεβασμὸς cultus. Hæc cum tam plana sit atque aperta nomenclatio ex vsu verbi tam frequentati apud Hebræos, & in omnibus eiusce linguæ dialectis quam notissimi, mirum profecto est, Iudæomastiges veteres suis ludificationibus in sabbatha Iudæorum tam petulanter bacchari ausos fuisse. *Exacto*, inquit Apion apud Iosephum l. 2. cont. Apion. *sex dierum itinere inguinum ulceribus affecti sunt* (Iudæi ex Ægypto reduces) *& hac de causa septimâ die quieverunt, incolumes constituti in eâ regione, quæ nunc Iudæa vocatur, & appellaverunt eam diem sabbatum, servata Ægyptiorum voce: nam inguinis morbum Ægyptij vocant sabbatosim.* Hæc ibi refellens Iosephus inter alia sic scribit: *Sabbathi appellationis grãmatica ratio, quã adfert Apion, multã impudentiã præse fert, vel certè magnã imperitiã. Nam hæ voces Sabbo & Sabbathũ inter se maximè differũt. Sabbathum n. secundum Iudæos quies est ab omni opere: Sabbo verò Ægyptiis, vt ille affirmat, inguinum morbum significat.* Plutarchus 2. lib. 4. Sympos. quæst. 5. Tabernacularium Iudæorum festum in Bacchanalia conatus convertere, Sabbos etiamnum Bacchos vocari ait, & inde σαβάζειν esse, i. e. *ovare, tripudiare, frontem exporrigere*: vnde demum sabbathum Iudæorum nuncupatum fuisse nugatur, eoque cradephoria sua ac thyrsophoria accommodat. Sed Satanæ hi sunt ludi, hæ gentilium calumniæ: quibus Tacitus lib. 5. Histor. & Annal. lib. 22. quoque, vt & Iustinus Historicus delectati sunt: quos nosse oportuerat se Sabbos suos & σαβοῖ bacchantium vocem & σαβάζειν bacchari, ex Hebræo סָבַא accepisse, quod est inebriari, οἰνοφλυγεῖν, ut LXX. reddunt: vnde σαβάζι & Bacchus Græcis dictus: ex quo etiam nobis nostrum sauffen reman-

remanſit: & Iuvenali; *Propopulofaciens quantum ſauffeia bibebat.*

Luc.1. אֱלִישֶׁבַע *Eliſabeth*, i.e. DEI ſabbathum.

LXXI.

סוּף Suph.

*Exod.*23.31.

PONam terminum tuum à mari *Suph* (Iunius, algoſo) *vſque ad mare Pelitſchtæorum: & à deſerto vſque ad illud flumen Euphratis.* Lutherus mare *Suph* reddit ſchilffmeer / quod LXX. & Vulgatæ verſioni eſt mare rubrum ſeu Erythræum. Vox Suph quæ in nonnullis verſionibus & à LXX. Iud.11.16. & Ierem.49.24. rectè retinetur, notat *juncum, algam, caricem*, vel *iuncetum* ſeu *carectum*: nam junco abundat hoc mare: adeo ut Herodotus lib. 2. tradat, Ægyptios accolas olim ex hoc junco ſua feciſſe navigia. Cæterum qui aliquid rubedinis vel aquis huiuſce maris, vel arenæ ac fundo, vel montibus vicinis ijſque rubicundis, ex quorum repercuſſu ſpeciem rubedinis hæ aquæ accipiant, vel algę iſthîc naſcenti adſcripſerunt hactenus: vt nomen illud ſacris profaniſque ſcriptoribus decantatiſſimum, quo Erythręum ſeu rubrum dicitur, tuerentur, debent jam minerval Clariſſimo Viro Nicolao Fullero: qui ſolidis rationibus perſuaſit, Erythram Regem, quem dediſſe nomen huic mari volunt, non alium eſſe quam ipſum Edomum ſeu Eſavum: de quo jam ſuprà oſtenſum eſt, num XXI, & ex habitudine corporis, & ex rufo edulio πυῤῥὸν ſeu ἐρυθρὸν nominari meruiſſe. Vide eius cap.20. Miſcell.ſacr. lib.4. vbi

persuadet ab omni etiam probabilitate alienum esse, quod Rex quidam Græco nomine insignitus isthîc loci fuerit, ac proinde sicut Cephas est Petrus, & Thomas Didymus, ita *Idumæam esse Erythræã*, ac mare rubrũ vel *Erythræum* esse mare *Edomi* eius regionis Domini & habitatoris celeberrimi. Sed hoc tamen Scaligerum quoque ac Drusium obseruâsse & monuisse in Antibarbaro suo docet Sixtinus Amama vir lectionis omnigenæ, & doctrinæ admirandæ. Vox סוף cum nostro schilff satis habet affinitatis. Rad. סוף est *consumere* (ex qua alga dicta, quòd facilè consumatur) *deficere*, *desinere*: inde nomen סוף, i.e. *finis*, *terminus*, *extremum*, *vltimum*: id quod nostro quoque instituto admodum prodest: Vocetur enim jam mare Suph: eò quod, vt ex loco adducto ostenditur, mare istud sit סוף, i.e. terminus ac limes à Deo ipso definitus: intra quem sese Israëlitæ debeant continere: seu usque ad quem potentiam & dominium suum propagare teneantur. Id quod à Davide demum est præstitum, 2. Sam. 8. 14. & à Salomone consummatum, 1. Reg. 9. 26. A סוף *desinere* est Græcum παύειν, i.e. quiescere, & παῦσις pausa, quies.

LXXII.

אוּרִים תֻּמִּים Urím Tummim.

Urim Thummím.

Exod. 28. 30. *al.* 26.

Ponito in sacro illo pectorali juris Vrim & Tummim: quæ sint supra cor Aharonis, cum ingredietur coram Iehova. Augustini sententia est l. 2. quæst. in Vet. Test. quæst. 117. su-

117. ſuper Exod. hæc ipſa verba Vrim & Tummim aureis literis medio rationalis ſacri, quod ſupra cor ſuum geſtabat Aaron, inſcripta fuiſſe: quæ cum noſtro inſtituto maximè nunc conveniat, eam cæteris omnibus numero & varietate propemodum infinitis divinationibus præferendam eſſe arbitramur. Rectè ſane factum, quod Ar. Montanus, Iunius & nonnulli alij in ſuis translationibus hæc verba retinuerunt: ut ſua cuique conſtaret libertas ſic vel ſecus de eorum interpretatione ſentiendi. Significationem a. quod ſpectat, obviam eam eſſe arbitror omnibus Aaronis perſonam eiuſque officium conſiderantibus. Deſignatus erat *judex* & totius populi Dei *conſiliarius* ordinarius: quem ſummis dotibus præditum eſſe oportebat: vt *ſapientiâ* nempe & *virtute* omnibus antiſtaret. Quam ad rem, vt omnes mox vltro animadvertunt, duabus rebus opus erat, LVCE ſcilicet in mente, & RECTITVDINE in voluntate. His nihil divinius homini contingere, nihil judici & conſiliario tanti ominis tantæque autoritatis magis neceſſarium eſſe poterat. Sunt præterea hæc duo ita connexa, vt alterum ſine altero vel *cæcum* vel *perfidum* judicem conſtituat. Non enim ſi ſciat, quid rectum juſtumque ſit, ſatis eſt, niſi idem etiam velit: non ſi velit, ſed neſciat, quod juſtum eſt, perſonam judicis ſuſtinere poteſt. Quare ipſa ſe ſtatim prodit expoſitionis horum nominum veritas. *Vrim* enim *lumina* ſeu *illuminationes* ſignificat, *Tummim integritates* ſeu *rectitudines*: quibus nobiliſſimæ duæ, quæ in homine ſunt, facultates indigent, *mens* nempe & *voluntas*: vt ab illa *caligo*, ab hac *pravitas* auferatur, & homo ad imaginem Dei, quam amiſit, reformetur. A R. תמם eſt *ſummo, conſummo,*

tins

r in s mutata : quod est longè frequentissimum. אוֹר est lux. תּוֹם est integritas. R. אוֹר est *lucere, illucescere, illuminari* : ex qua est Lat. *oriri & ortus.* Affine quoque est græcum ὁράω, i.e. videre: & Lat. *aurum*, quod à splendore nomen habet; item *aurora.* Varro lib. 6. de Lat. Ling. *Aurora dicitur ante Solis ortum: ab eo quod ab igne Solis aureo aër aureſcit.* Et ὄρθρος diluculum, & ὀρθεύω surgo ad lucem. Ex eadem porrò scaturigine fluunt *Orion, ardeo, ardor, vro, ara,* πῦρ fewer/ πυρετὸς febris. Hercules Sol dictus est teste Macrobio l. 3. Saturn. c. 11. unde duodecim illos Herculis labores perlustrata à Sole XII. Zodiaci signa interpretatur Porphyrius. Certè nomen à Tyrijs & Phœnicibus inditum, quasi הָאֵר כֹּל omnia intuës & lustrans : vt obſervavit Fullerus lib. 2. misc. cap. 7. Præterea Ægyptiorum Apollo erat *Orus.* Herodot. in Euter.

Gen. 11. 28. אוּר *Vr*, (illa vrbs in Chaldæa) ignis.

Gen. 46. 16. אֲרִאֵלִי *Areli*, i.e. lux: vel visio, vel leo Dei à רָאָה vel אֲרִי.

Exod. 31. 2. אוּרִי *Vri*, ignis vel lux mea.

Num. 32. 41. יָאִיר *Iair*, illuminans.

2. Sam. 11. 3. אוּרִיָּה *Vrijah*, ignis vel lumen Domini.

Iudith. 5. v. 5. *Achior*, i. e. fratris lumen.

Matth. 27. 57. *Arimathæa*, i.e. lux mortis Domini: ab מוּת אוֹר & יְהוָה.

תּוֹם, id est, *integritas*, est ex Radice תָּמַם, i.e. *perficere, complere, consummare.* תָּם est *perfectus, integer, immaculatus,* ἀνέγκλητος, καὶ ἄμωμος. Hinc ἔτυμον, *rectum, certum, verum.*

Iudic. 9. 5. יוֹתָם *Iotham*, consummatus sive perfectus.

LXXIII.

עזאל Hhazazel. Azazel. Ghazazel. Asasel.

Levit.16.8.

IMponito *Aharon duobus hircis sortes, sortem vnam pro Iehova, sortem vero alteram pro Hhazazele. Tunc offerens Aharon hircum, super quem ascenderit sors pro Iehova, parato illum in peccatum. Hircus verò ille super quem ascenderit sors pro Hhazazele sistitor vivus coram Iehova ad faciendam expiationem super eum: vt dimittant eum Hhazazeli in desertum.* Ex toto ritu huiusce sanctionis patet ad oculum ratio nominis eius Hirci, qui in desertum emittitur. Vocatur is עזאזל, i.e. *caper emissarius,* ἀποπομπαῖος hingehender bock/*à capri* (inquit Iunius) *profectione, loco nimirum, in quem emissarius caper profecturus erat.* Lutherus nomen exposuit per ledíger bock: sed Pagninus, Montanus, Tremellius meritò retinuerunt. Buxtorffius reddit per *hircum abeuntem vel oberrantem* à עז & אזל. Nomen עז est caper, capra: cui consentiunt reliquæ Linguæ. vtpote αἴξ, αἰγός. geiß/ ziege per anastrophen & mutationem literæ ע in *g.* *Ægida* dicunt Latini clypeum seu scutum Palladis, quod è pelle caprina esset confectum. V. Polybium, qui clypeorum conficiendorum rationem veteribus Romanis vsitatam tradit lib. 6. Histor. p. 468. in edit Casaub. Consimili ratione *galea* dicitur à γάλως, i.e. felis: quod è felinis pellibus esset confecta. Revocatur nomen עז ad R. עזז, i.e. roboravit: caper enim roboris symbolum est: de quo in nomine *Hazza* videbimus. Aliàs hœdus est גדי, ex R. גדד, de qua vid. *Gad*, supra num. xxxiii. Nec longè abit זיז, i.e. fera agri: de quo in *Zusim* suo loco agemus.

Nehem.

Nehem.3.16. עַזְבּוּק *Hhazbuk*, i.e. hircus vacuitatis.

Verbum אָזַל est ambulare, abire recedere: vnde nomen אֵזֶל *iter*, item *statua Mercurialis* viam monstrans itinerantibus. Affinia sunt gesell/ wandersgesell: item schnell/ & Græc. κέλευθος *via, iter*. It. schleichen/ watscheln. ἐλάζω *gradior*: ἀλσεία profectio. Chaldæis אִיזְלָא est *insula*, insel.

Gen.10.27. אוּזָל *Vzal*, i.e. peregrinator, ambulator.

1.Sam.20.19. אֶזֶל *Ezel*, i.e. viator, iter: est nomen lapidis.

Luc.3.25. Esli אֶזְלִי *Ezli*, via mea: nisi malis אֶצְלִי, i.e. apud me.

LXXIV.

יוֹבֵל Jobél. Ιωβήλ. Jubilæus. Jubileus. Ιοβιλαῖος. ἰώβηλος.

Levit. 25.10.11.

NVmerato tibi septem septimanas annorum, septem annos septem vicibus: ita vt tempus septem septimanarum annorum sint tibi quadraginta novem anni. Tunc facito vt vbique personet clangor tubæ mense septimo die decimo eius mensis: die expiationum facitote, vt personet tuba in tota terra vestra: vt sanctificetis annum quinquagesimum, & promulgetis libertatem in ipsa terra omnibus habitatoribus eius: Iubilæi יוֹבֵל annus ille esto vobis, vt revertamini quisque ad possessionem suam & quisque ad familiam suam revertamini: ne seminate neque metite; sponte nascentia eius anni: neque vindemiate uvas intermissarum vinearum eius: nam Iubilæi est: sanctus esto vobis. Anno Iubilæi isto quisque redibitis in possessionem suam. Canam illam & antiquam traditionem

tionem de nomine יובל, quod buccinam arietinam notare credidimus hactenus, tantum non rident post Masium ex Comment. in Ios. c. 6. viri quidam docti & celebres, ab ipso persuasi, cornu arietinum cum totum sit solidum, non cavum vt inflari possit, prorsus esse inhabile ad tubam inde parandam. At, ut solidum sit, quid prohibet, quin cavetur? Eburneas videmus fistulas, & ex solido ligno tibias, & ex cornu ductili organa Musica varij generis: vt antiquitati si quis patrocinari velit, facilè inveniat, quod pro ea loquatur: præsertim cum in Hebræo חלילות dicantur omnia instrumenta πνευματικὰ, ab excavando nimirum, vt suo loco ostendemus ex Tremellio ac Iunio. Si parvitas cornu arietini obstare videtur, quò minus buccinæ vel tubæ sit accommodum, succurret artificium acuti sonus, quē ei hominum solertia dare possit: nam fistulas parvas habemus eburneas, aures ad molestiam usque & impatientiam ferientes, si inflentur. Quid? quod arietes ac verveces in Orientalibus locis hodieque reperiantur incredibilis granditatis. Boterus in Amphitheatro sub tit. Iohannes Presbyter: *In Zeila*, inquit, *sunt pecora, speciatim verveces: quorum cauda viginti quinque & amplius pondo est, capite colloque prorsus nigri, cætera albi.* Liceat nunc nobis à caudis ad cornua arguendo procedere. Oves eximiæ magnitudinis se quoque vidisse in Turcia refert Busbequius. Consule eius Epistolas & Bertium in descriptione Inf. Madagascar. Sanè multa in hanc sententiam congeri possent: si divinationibus vellemus indulgere, & *Iubalem* ac *Tubalkajinum* accersere: à quorum nominibus etiam *Tubæ* nomen non longè discedit: vt hinc autores tam φιλαφησῶν quam

πνευ-

πνευμαλικῶν organorũ, & patres Musicorum agnoscas ex Genes. 4. 21. & 22. Sed eam tuemur ex Scripturâ sententiam quæ docet יוֹבֵל ex huius festi naturâ & scopo ἀναγωγὴν, ἄφεσιν & ἀποκατάστασιν significare, i.e. *reductionem, remissionem & restitutionem*: eo quod hoc anno quinquagesimo seu Iubilæo omnia in integrum seu primum statum & conditionem suã restituerẽtur, & possessiones Dominis suis, libertati suæ servi, cætera cæteris redderẽtur. Est יָבַל *fluere, manare*: in Hiphil *adducere, proferre*: nomen יוֹבֵל & אובל *rivum* notat: nimirum apud Iudæos hæreditates avitæ in suos quasi alveos, ex quibus deerraverant, jubente legum & festi autoritate, se recipiebant: vnde existebant Dominorum antiquorum, & servorum emancipatorum *jubili*: quod nomen πρὸς τὸ ἰοὺ βάλλειν fontium ignari deduxerunt. A verbo יָבַל habent Græci βλύω, βλύζω, & Lat. *pluo, fluo, flumen & palus*. Ac memorabile est, populos quosdam esse Asiæ ex genere Chaldæorum, quos Philippus Melanthon *Alibes* dici observavit, quasi *Ialybas*, à Iobel vel הוֹבִיל, i.e. *educere*: nimirum quod *chalybem* è terræ visceribus educant, juxta illud Virgilij lib. 1. Georg.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum.

1. Reg. 6. 38. בּוּל *Bul*, nomen mensis octavi, i. e. germen, sive deflexus.

LXXV.

נזיר Nazir. Nazaræus. Naziræus, Ναζιραῖος. ναζίρ. Nazareer.

Num. 6. 2.

CVm vir aut mulier nuncupaverit votum, vovendo votũ נָזִיר

נְזִיר Nazirai, לְהַזִּיר *separaturum* (vel ad separandum) *se Iehovæ, à vino aut alio potu inebriante* נְזִיר *separato se: omnibus diebus Naziræatus sui de nulla re, quæ fit ex vite vinifero, à nucleis acinorum vsque ad cutem, comedito. Omnibus diebus* נִזְרוֹ *separationis suæ, &c.* Votum hoc dicitur נֵזֶר Nazareatus seu separatio: quo id agebatur, vt quis legi & rerum sacrarum meditationi *ad certum tempus* singulari quadam attentione atque devotione semetipsum totum consecraret. Nam quæ de Samsone & Samuele Nazaræis ab vtero leguntur, exempla sunt singularia. נָזִיר est nomen Toar significans *separatum* einen abgesonderten: R. נָזַר est *dividere* vel *separare voto, religione, sanctimoniâ.* נְזִירָה separatio. Et quia Naziræus non tondebat capillos capitis sui, ipse capillus seu cæsaries inde נֵזֶר vocatur: quæ vox ad alia posteà transfertur significanda, putà *coronam* seu *diadema, dignitatem, consecrationem, inaugurationem, sanctificationem*, &c. Hinc *sertum* esse potest. Alia prorsus vox est נֵצֶר surculum notans aut germen: ex qua Christus Nazaræus dicitur ex Esa. 11. v. 1. Matth. 2. 23. Inde est vrbs נָצְרַת *Nazareth*, à R. נָצַר *servare, custodire*: unde Græcis νάϐος est, i. e. *custos*, secundum Hesychium.

LXXVI.

תַּבְעֵרָה Tabhhera. Thaberáh, Thaberah. Tabeera.

Num. 11. v. 3.

TVm populus, cum queribundi essent, malus fuit audiente Iehova: quapropter audiens Iehova accensus est ira, & exardescens תַּבְעֵר in eos ira Iehova consumebat eos, qui erant in extremitate castrorum. Idcirco vocavit quisque nomen

men loci illius תַּבְעֵרָה *Tabhheram : quia* בָּעֲרָה *exarserat in eos ira Iehovæ.* Est igitur תַּבְעֵרָה exarsio vel incendium, anzündung/entbrennung oder brand, à verbo בָּעַר *ardere*, brennen/ & *ardendo depasci, conflagrare*: item *incendere, comburere*: vnde πῦρ, ignis, fewer. Benoni בְּעִיר significat *insipientem*: & nomen בְּעִיר *brutum, jumentum*, φηρ, *fera*: ex quo fit vt R. ipsa sæpe idem sit atque obbrutescere : quanquam & ira quōsdam excusso rationis moderamine in bruta vertat. Sed *cohibet sermones suos vir scitus, & frigidus est spiritu vir intelligens.* Prov. 17. 27. *Melior est longanimis robusto & qui dominatur in animum suum eo, qui capit civitatem*, Prov. 16. 32. A. בּוּר est bardus, brutus, baro, i. e. stultus, insipiens. Sic. Cic. l. 9. ep vlt. ad Pætum: *Ille baro te putabat quæsiturum, vnum cælum esset, an innumerabilia.* Et lib. 2. de divinat. *Baro*, inquit, *te victum esse non vides?* Et in 2. de finibus: *Hæc cum loqueris, nos barones stupemus.* Persius Sat. 1.

Baro regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages.

Gen. 36. 32. בֶּלַע *Behhor*, i. e. incendium.
1. Par. 8. 8. בָּעֲרָה *Bahharah*, i. e. incendium.

LXXVII.

קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה Kibroth-taavah. Cibroth hathaávâh. Kibroth-thaava.

Num. 11. 34.

MAnna cæleste fastidiens populus pepones & cucumeres, porros & cæpas, pisces & carnes con-

concupiscit, suisque querimoniis & tumultuosis insultibus Mosen ad eam, penè dixerim, desperationem adigit: vt vnicum in morte solatium, & tantorum, quæ patiebatur, malorum ex ea quærat remedium. In hanc queribundus ipse vocem erumpit: *Omninò me jam occide, si inveni gratiam in oculis tuis Domine.* Replet autem Dominus insanientis populi ingluviem, & repletos paullò post catervatim crepare facit. Sic enim hoc loco scribit Moses: *Caro coturnicum erat adhuc inter dentes illorum, nondum exesa erat: cum ira Iehovæ accensa est in populum, & percussit Iehova populum plaga magna valde. Quamobrem vocavit quisque nomen loci illius Kibrothas taavæ: quia ibi sepeliverunt* קִבְרוֹת *populum, eos qui concupierant* הַמִּתְאַוִּים *seu concupiscentes.* Inflicta igitur fuit hæc clades populo ob temerariam carnis aviditatem & delicatam cupidamque ad ollas Ægyptiacas remigrandi mollitiem. קֶבֶר est *sepulchrum*: ubi Germanica lingua nostra ne unicam quidem literam perdit: dicimus enim ein grab / eine grube. Rideas autem meritò immane illud Goropij Becani commentum: qui ex eo, quod per inversionem seu anastrophen vocis grab / *sepulchrum*, vox berg / *mons*, exeat (quod genus complura otioso nimiùm negotio consarcinavit, vt, Man Nam / Kram Marck / War Rew /) probare nititur, linguam Germanicam, vel certè antiquam Cymbricam reliquarum omnium matrem existere: eò quod istæ & consimiles voces divini planè artificij sint documenta, & simplicitatis summæ indicia. Sed sunt hæc atque talia Siculis gerris vaniora. Radix & fons nostri grab est Hebræum קָבַר *sepelire*: cui respondet græcum

κρύπτω, i.e. *occulto*: & *ſcrobs*, quæ Græcis ὁ γύρ & σιρός. Altera vox eſt תַּאֲוָה *Taavah*, i. e. concupiſcentia: cuius ſynonyma ſunt אָוָה & מַאֲוָיָה. quæ *deſiderium* ac vehementem concupiſcentiæ & libidinis æſtum denotant: quamvis R. אָוַר in bonam ſæpe partem vſurpetur. Eſt hinc latinum *aveo*, vnde *avidus* & *aviditas*. R. אָבַר, i. e. voluit, de qua ſuprà egimus, ferè cum אָוַר coincidit: nam ב & ו ſæpe inter ſe commutantur.

Eſr. 10. 35. אוּאֵל *Vel*, i. e. aut Deus: vel concupiſcens DEVM.

LXXVIII.

יְהוֹשֻׁעַ Jehoſchuahh. Joſua. Jehoſúa. Jehoſchuha. Ioſua. Ιησούς. Joſue.

Num. 13. 16. 17. 18.

VIrtutis ſuæ documenta jam complura & ſpecimina egregia dederat Ioſua, præſertim in pugna contra Hhamalekitas, Exod. 17, 13. & in aliis negotijs atque expeditionibus, quæ paſſim commemorantur. Nec mirum. Præceptorem enim habebat verbis factisque potentem, Actor. 7. 22. nempe Moſen: cuius lateri à puero adhæſerat, vti habetur Num. 11. 28. *Fuerat Iehoſchuhha miniſter Moſchis à juventute ſua.* Hic erat è tribu Ephrajim ſubactus jam & vſque quaque excultiſſimus: ideo exploratoribus reliquis in terram promiſſionis deſtinatis non tam comes additur, quam dux & caput præficitur. Id oſtendunt verba præſentia: *Appellabat Moſche Hoſchehhham filium Nunis Iehoſchuhham.* Quare quorundam

dam in Scripturis mutata sint nomina, causas exposuit Philo in libro singulari: hîc facile apparet, & mysterium & vaticinium habere hanc nominis Iosuæ mutationem. Futurus scilicet erat typus Christi salvatoris: nam quod ipse Moses lege sua præstare non poterat: nempe vt in terram benedictam perduceret populares suos, id IOSVA perfecit. Iosua inquam non Hoseas simpliciter dicendus sed *Iehova salvans*: vt eò expressior typi fieret significatio, & personæ atque officii CHRISTI demonstratio notabilior. Is enim est יְהוָה DEVS scilicet benedictus in secula: id quod suprà quoque attigimus, nu.LX. Non est autem putandum, qui multorum error est, idem planè nomen esse Iosue & Iesu. Illud enim compositum est ex יְהוָה & יֵשַׁע salus, vel שֵׁעַ salus: hoc verò, nempe יֵשׁוּעַ nudam radicem eamque solam complectitur: quia CHRISTVS est ipsa salus, justitia & vita nostra: vti docent & exponunt nomen hoc ipsi Angeli, qui Pastores è cœlo inclamabant, Luc.2.v.11. *Natus est*, inquiunt, *Salvator, qui est Christus Dominus*. DE mysteriis huius nominis videatur πολύγλωττος ἀναγνώστης Matthias Martinius in Or.de nomine IESU. AR. יֵשַׁע est σώζειν, servare, salvare, & σωτὴρ, quam vocem reddi latinè non posse ait Cic.act.4.in Verrem: Lactantius tamen & Ausonius *Salvatorem* vertunt. Faciunt huc etiam nostra gesund, uti sanus & sano. Irenæus lib.2.c.41. *IESVS*, inquit, *secundum propriam Hebræorum linguam literarum est duarum & dimidiæ, sicut periti eorum dicunt, significans Dominum eum, qui continet cœlum & terram. Hoc*, inquit Drusius, *quovis ænigmate obscurius est. Sed non opus erit Oedipo: ego Davus explicabo.* יֵשׁוּ (*sic enim Rabbini per contractionem sæpe pronuntiant abjectâ literâ* ע) *tres literas habet:*

habet: quarum prima' Iod dimidia dicitur: propterea quod medium duntaxat aliarum literarum attingat. Eadem litera significatur Iehova. שׁ *autem valet* שָׁמַיִם, i. e. *cœli.* & י, וָאָרֶץ, i.e. *terra.* Gen. 1. vers. 1. Cæterum est in primis animadversione dignum, Iosippum & Thalmud cuiusdam יֵשׁוּ הַנֹּצְרִי *Iesu Nazareni* meminisse, de quo turpia multa prædicant: quem tamen imprudentes quàm plurimi ipsum יֵשׁוּעַ Jesum Salvatorem nostrum fuisse arbitrantur. Monuit hoc Sebastianus Lepusculus: cuius Epistola extat in Centuriâ à Goldasto editâ, pag. 247. num. 61. ostenditque, hunc יֵשׁוּ fuisse ex. circiter annis ante JESVM Salvatorem nostrum, regnante Hircano Machabæo Simonis Machabæi filio, eumque adulterâ ac pollutâ natum, idololatram, magum, & tandem ob sua scelera suspensum fuisse. Tantum errorem aluit hactenus & roboravit Historiæ & Chronologiæ ignoratio, nec non recentiorum Judæorum cæca perfidia: quos Josephi historici de CHRISTO JESV testimonium ex lib. 18. Bell. Iud. cap. 6. abunde refellit.

1. Samuel. 14. 49. מַלְכִּישׁוּעַ *Melcischuhha*, Rex Salvator.

2. Sam. 5. 7. אֱלִישׁוּעַ *Elischuahh*, Dei salus.

1. Reg. 19. 19. אֱלִישָׁע *Elischahh*, Elisa, Dei salus.

2. Reg. 19. 2. יְשַׁעְיָהוּ *Esaias*, salus Dei.

1. Chron. 2. 31. יִשְׁעִי *Iischhhi*, salus mea.

Matth. 21. 9. ὡσάννα. הוֹשַׁע נָא salva quæso.

Act. 17. 5. *Iason*, salvator.

Act. 13. 6. *Barjesus*, filius Iesu.

DE ESCHOL ex Num. 13. 24. vide infra num. LXXXVII.

LXXIX.

חָרְמָה Chorma. Hormáh. Horma.

ἑρμά. ἑρμάν Num. 14. vers. vlt.

QVapropter descendit Hhamalekita & Cenahhanæus, qui consistebat in monte illo, & percutientes eos contuderunt eos Chormam usque. Et Deut. 1. 44. Egressi Emoræi persecuti sunt vos, vt facere solent apes, & contriverunt vos in Seire Chormam usque. Moræ impatiens populus in deserto, cum prius insanis complorationibus atque ululatibus omnia compleuisset, mox mutata sententia experiundum sibi arbitratur, num promissâ terrâ potiri armatâ manu possit. Sed jam promulgata per Mosen ex DEI ore fuerat sententia, frustra tentaturos rem, quâ se indignos tot seditiosis fecerant aduersus DEVM & Mosen eius internuntium insultibus ac murmurationibus. Concidunturigitur & contunduntur ab Amalekitis & Cananæis Chormam usque. Ex quo liquet, nomen hoc fuisse loco huic ex rei gestæ eventu impositum. Sed plenius idem traditur & expressius paullò pòst cap. 21. vers. 2. *Quapropter vovens Israël votum Iehovæ, dixit, cum omninò tradideris populum istum in manum meam,* וְהַחֲרַמְתִּי *tunc devotas efficiam civitates eorum. Auscultans ergo Iehova voci Israëlis tradidit Cenahhanæum illi, qui* יַחֲרֵם *devotos effecit illos & civitates eorum: quamobrem vocavit nomen illius loci Chormam, i. e. devotionem, sive anathema.* Perditio & consecratio seu devotio in eo conveniũt: quòd quicquid consecratur vel devovetur Deo vel fisco, vel ærario publico, perit ei cuius erat, etsi in totum non pereat.

Est חָרַם in Hiph. הַחֲרִים *occidere, perdere, corrumpere, proscribere, publicare.* חֵרֶם est res exitio devota,

& in genere significat omne anathema, ἐνάθεμα mediâ brevi: nam ἀνάθημα donarium est sacris dicatum & in templis suspensum, habetque mediam longam, vt probat post Christ. Becmannum Matthias Martinius. חָרוּם Levit. 21.18. eum notat, qui est curtus membris, aut cui nasus est abscissus: vt Fullerus arbitratur; cap. 20. lib. 6. Miscell. Congruunt huc græca κάθαρμα, & αἴρω, tollo, & ἐρημόω, desolo. It. *arumna*. A חָרַם directè quoque est *crimen*, i.e. facinus morte dignum. Gallis *escrimer* est digladiari. χάρμη est prælium. Quatenus חָרַם significat *consecrare*, genuit nomen *Ceremoniæ*, quæ nihil est aliud, quam ritus consecrationis.

1. Par. 24. 8. חָרִים *Charim*, destructus.

Deut. 3. 8. חֶרְמוֹן *Chermon*, destructio.

Ios. 19. 38. חֹרֶם *Chorem*, anathema.

Apoc. 16. 16. *Harmageddon*, à גַּד & חֲרָמָה: hoc *destructionem*, illud *exercitum* notat, vel globum seu turmam militum. Vide nomen Gad.

LXXX.

קָדֵשׁ Kadesch. κάδης. Kades. Cadés. Κάδης.

Num. 20. 11. vsque ad 16.

Moschè attollens manum suam percussit petram illam virgâ suâ bis: tunc prodijt aqua multa: vt biberet cætus ille & jumenta illorum. Quamobrem dixit Iehova ad Mosen & Aharonem: Quia non credidistis mihi, לְהַקְדִּישֵׁנִי ut sanctificaretis me ante oculos filiorum Iisraëlis, idcirco non introducetis congregationem istam, in terram, quam ego do eis. Illa est aqua contentionis, vbi contenderunt filij Iisraëlis contra Iehovam; וַיִּקָּדֵשׁ ita sanctificatus est in illis. Tum misit

misit Moſche nuntios Kadeſcho ad Regem Edomæorum, qui dicerent: Ecce jam ſumus Kadeſchi in civitate ad finem termini tui. Pateſcit prorſum ex his verbis tum ſitus urbis huius, tum appellationis ratio: & quod hoc demum tempore nomen hoc ſortitus ſit hic locus, (quamvis jam Gen. 14.7. eius mentio facta ſit in pugna Abrahami cum Orientalibus) ex re à Moſe & Aarone inobſequioſè peracta, idque duplici nomine: nam petram alloqui juſſi eam percutiunt, v. 8. & hæſitantes perturbatique bis eam feriunt. v. 11. cùm imperare ſolùm debuiſſent, & ſecurè ac certò eventum ex divinæ promiſſionis certitudine ac veritate ſibi polliceri. Idē locus dicitur עֵין מִשְׁפָּט fons judicij, ob ſeveritatem judicij adverſus Moſen & Aaronem ibidem pronuntiati. Gen. 14.7. Nomen קָדוֹשׁ eſt *ſanctus, purus, incontaminatus, expers vitiorum.* Congruunt huc ἁγνὸς, i.e. probus, bonis moribus præditus, καθαρὸς purus: & Lat. *caſtus* à ceſto, i.e. zona ſubtiliter & variè diſpuncta, quam novæ nuptæ geſtabant, & nuptiatores ſolvebant. Et keuſch/ keuſchheit.

Numer. 32.8. קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ *KadeſchBarnehha*, i.e. ſanctitas filij inſtabilis.

LXXXI.

הֹר Hor. Hor. ὄρ.

Num. 20.25.

ASſume Aharonem & Elhaſarum filium eius, quos jubeto adſcendere in montem ipſum Horem. Aharoni in hoc monte parantur exequiæ: quippe quem & ipſum titubatio in præcedente tmemate expoſita ab ingreſſu terræ Chanaan excludebat. Ab hoc monte

Hor nomen suum accepit : id namque ostendunt verba הַר הָרָר, i.e. *mons Hor* : quę juxta se ponuntur, & antonomasiam exprimunt : ut taceam Aharonis nomen à plerisque exponi per *montanum*, & ex eadem voce הָר vel הָרָר vel הֶרֶר, i.e. mons, decerpi : quamvis alij ab אָרוֹן, i.e. arca, deducere malint : eò quod Sacerdotes debeant esse instar arcæ custodientis legem. Sed & pro *loculo* capitur Genes. 50. Missus fuit בָּאָרוֹן *in loculum* : vnde nobis Bahre remansit. Porro Hieronymus in Ierem. 17. 3. חֳרָרַי *sacrificantes* vertit : unde ἱερέυειν, deduci potest, & ἱερεὺς, ἱερὸς : & ἑορτὴ, ἑορτάζω, i.e. festum ago. Nempe ab omni ævo in montibus sacrorum exercitia maximè prævaluerunt. Ab הָר est ὄρος mons, & nostrum raw, i.e. montosus : item horst/quò ad pastum abiguntur boves. Vox אֹרֶן est *pinus*, nobis Foren.

Num. 32. 35. בֵּית הָרָן *Beth-haran*, id est, domus montis.

Ios. 10. 33. הֹרָם *Horam*, mons eorum.

2. Sam. 23. 11. הָרָרִי *Harari*, montanus.

4. Esr. 13. 45. *Harscheret*, mons ministerij.

Herodes, mons magnificentiæ. ab הָר & הוֹד.

LXXXIII.

בְּאֵר Beér. Beer.

Num. 21. 16.

PRofecti sunt Beerum : is est ille בְּאֵר *puteus, de quo edixerat Iehova Moschi, congrega populum, ut dem eis aquam. Tunc cecinit Israël canticum hoc, Adscende* בְּאֵר *putee, acclamate ei :* בְּאֵר *putee, quem fodiunt Principes, quem effodiunt*

fodiunt ingenui è populo, cum Legislatore scipionibus suis. In terrâ aridâ & æstuosâ aquam ex duris cautibus ac petris haurire, & à scopulis horrentibus potum impetrare, beneficium est omnibus seculis deprædicandum. Citatur hoc loco hymnus & δοξολογία in huius miraculi memoriam composita: in qua ratio nominis explicatur. De בְּאֵר, i.e. *puteus*, vide suprà in Bersebah, num. 19. vbi, quæ huc faciunt, omnia elucidantur.

LXXXIII.

צִפִּים Tzophim. Sippór. Sephor. Zippor. σεπφώρ.

Num. 23. 18.

DIxit Balak ad Bilhhamum, Veni quæso mecum ad locum alterum: ex quo videas eum (Israëlem:) *tantum extremitatem eius videbis, eum verò totum non videbis, & execrare eum meâ causâ inde. Sic assumens eum deduxit in agrum Tzophim ad verticem cuiusdam collis.* In locum editum fuisse à Balako deductum Bileamum, ut extremitatem castrorum populi Israëlitici oculis emetiri posset, planum fit ex historia præsente. Locus iste vocatur צִפִּים. quam vocem Iunius & alij retinent. Lutherus substituit einen freyen platz. Significat autem *speculatores*, à Radice צָפָה speculari: de qua egimus in nomine Mizpa, numer. XL. ex Genes. 31. 49.

LXXXIV.

LXXXIV.

פִּנְחָס Pinchas. Pinehas. Phinees. Pinehas. φινεες.

Num. 25.7.

ECce autem quidam è filijs *Iſraël* is veniens adduxit verſus fratres ſuos Midianitidem quandam ante oculos Moſchis & ante oculos totius cœtus filiorum Iiſraëlis, ipſis flentibus ad portam tentorij conventus. Quod cum videret Pinchas filius Elhhazaris filij Aharonis ſacerdotis, ſurgens è mediò illius cœtus arripuit ſpiculum manu ſuâ : quod penetravit à dorſo viri Iſraëlitæ ad ventrem eius, transfixitque ipſos ambos, virum Iiſraëlitam & mulierem illam per ventrem illius : tum coercita eſt plaga illa, ne pergeret in filios Iiſraëlis. Illuſtrat hoc factum nomen Pinchas : quod ſignificat, *faciem vel adſpectum confidentiæ.* Iac. Capello in Hiſtoriâ Exot. Pinchas eſt *confidens, vultum in manu habens.* Laudatum ſæpe in ſacris audax facinus , & exemplum editum in Principem paternæ familiæ ex Simeonitis, filium Sallu, nomine zimri, & fæminam principem Midianitidem, nomine Cozbi, filiam Tzuris, v.14. & 15. animum zeli & fervoris adverſus impudentiam juſtiſſimi plenum pandens: & documentum evidens amoris; quo in caſtas mentes mens ipſa caſta, Deus inquam, propendeat, & quantis caſtos præmijs afficere ſoleat. Phineæ enim zelotypo, eiuſque ſemini fædere perpetuo conſignatur verſ.12. & 13. huius cap. ſacerdotium, & pax ei, i.e. omnigena proſperitas impertitur. Eſt igitur פִּנְחָס vox combinata ex verbo פָּנָה *videre, adſpicere*: & חָסַר, i.e. *fiducia plenum eſſe.* De illo vide in Pnuel ſupra num.43. De hoc Buxtorffius ita in Epitome Radic.

Radic. חָסָה est *propriè recipere se in aliquem locum aut ad aliquem, sub cuius protectione tectus & tutus sit, ut pulli sub alis gallinarum.* מַחְסֶה & מַחֲסֶה *est receptus, perfugium, spes, protectio, hospitium.* Habet sanè cognationem magnam cum בָּסָה, id est, *texit*: ex quo *casa* Latinorum & nostrum hauß manavit: hac enim protegimur adversus injurias cæli & inclementiam aëris: & ad hanc magno cum desiderio & securitatis spe sese recipiunt viatores. Pertinet huc quod dictus Capellus ad an. mundi 2545. annotavit: *Nomen Pinchas*, inquit, *variè torquetur. Alij Phinees, alij Phœnix, alij Pœnus dicitur. Hinc Phœnicia provincia, Punica lingua, & pridem famosa Punica fides. Phœnix & Cadmus* קַדְמ (quod nomen proprium extat Iud. 6.3.) *Agenoris filij Libyæ nepotes, Epaphi pronepotes, Iûs abnepotes, Busiridis patruo dio anmetu Thebas Ægyptiacas relinquunt Anno Mundi* 2545. (circa quod tempus conquisita fuit à Iisraëlitis Chananæa) *& in Syriam profecti circa Tyrum & Sidonem regnum aliquod obtinent.* Vide Cadmus infrà num. CCCXLVI.

Ios. 19.28. חֹסָה *Chosa*, protegens, vel confidens.

Ier. 2.16, תַּחְפַּנְחֵס *Tanpanches*, operimentum confidentiæ.

Ezech. 30.23. תַּחְפַּנְחֵס *Daphnis*, i. e. operimentum confidentiæ.

Ierem. 32.10. מַחְסִיָּה *Machseias*, confidentia vel protectio DEI.

2. Sam. 23.34. אַחַסְבַּי *Achasbai*, confidens in me: vel frater amplectens, vmbfahender Bruder. ab אח & סָבַב.

2. Reg. 22.14. חַרְחַס *Charchas*, calor vel ira confidentiæ.

LXXXV.

צַלְמֹנָה Tzalmona. Salmonáh.

Salmona. Zalmona. σελμωνά. σαλμονᾶ.

*Num.*33.41.

AB Hore monte juxta fines terræ Edomæorum, qui locus triceſimæ quartæ ſtationis fuit Iiſraëlitarum in deſerto, progreſſi veniunt Tzalmonam: ubi erectus fuit ſerpens æneus in deſerto. Omnino manifeſtum eſt, res ibi geſtas loco huic nomen dediſſe. צֶלֶם enim, vti & סֶמֶל *ſimilitudinem, imaginem, ſimulachrum* notant, ſcilicet ſerpentis ibidem in perticam ſuffixi. Mandatum Iehovæ his expreſſum verbis extat Num. 21.8. *Fac tibi preſterem & impone eum perticæ: eritque, vt quiſquis morſus fuerit, cum aſpexerit eum, ſanitatem recipiat.* Paret Moſche, *faciensque ſerpentem æneum impoſuit eum cuidam perticæ: eratque cum momordiſſet ſerpens aliquem, vt intuens in ſerpentem illum æneum ſanitatem reciperet.* Vocem צֶלֶם quidam revocant ad R. צָלַל obumbrari: unde eſt צֵל & צְלָל vmbra. Coincidunt ferè cum סֶמֶל & צֶלֶם Latina *ſimul, ſimilitudo, ſimile*: & Græca ὁμαλός, ὁμαλής, æqualis, æquabilis; & ὁμαλίζω ad æqualitatem redigo.

Iud.8.5. צַלְמֻנַּע *Tzalmunnahh*, imago prohibita aut minuta.

Act.27.7. Salmone. à צֶלֶם.

LXXXVI.

אָבֵל הַשִּׁטִּים Abel Schittim.

Abel-sittím. Abel-satim. **Sittim.**

βελσατειμ. ἀβελσατειμ.

Num.33.49. confer Num.25.1. & 6.

BIleami consilium subdolum Balako datum post irritas Regis Moabitarum molitiones id effecerat inter Israëlitas: vt clade vicies quatuor millium plecterentur ob spurcitiem idoli Pehhoris: cuius nefandis sacris per varia libidinum tentiginosarum vaframenta fuerant impliciti, durantibus inducijs, quas insidiosa Bileami fraus Regi desperato persuaserat: quippe qui satis intelligeret, populum Deo tam propinquum non nisiâ seipso lædi posse. Factum memorabile, quamvis etiam lamentabile: quod huic stationi quadragesimæ secundæ nomen indidit. Cuius nominis ratio in 25. cap. vers.6. exprimitur. *Stabant Mosche & totus cœtus filiorum Israëlis ad portam tentorij conventus, & flebant*: dum vltrix judicum ordinariorum ad normam formamque Iustitiæ legitimam in fraterna viscera sæviebat animadversio, & severa in sontes castigatio divinitus imperata. vers. 5. Est igitur אָבֵל הַשִּׁטִּים *luctus declinationum, luctus* (inquit Iunius) *quem populo gravis plaga Dei extorsit.* אָבֵל est lugens. אֵבֶל luctus. ab אָבַל luxit, in luctu fuit. Vide supra num. 57. in nomine Abel Mitzraim ex Gen.50.v.11.

שִׁטִּים Schittim per *deviationes* exponi ob dictam causam debet, à שׁוּט vel שָׂטָה, id est, *declinavit*: quamvis hoc sit Schmol, illud Iamin; quæ commutatio

tatio in nominibus propriis non est infrequens. Hinc שִׂטִּים vel סִטִּים, Psal.101.3.& Psal.40.5. declinantes. At R. שׂוּט est *explorare, circuire, lustrare*: de qua num. CCCCXXVI.

Esr.2.55. סוֹטַי *Sotai*, declinatio: de quo infra, nu. DCCXCVI.

Iud.7.22. בֵּיתשִׁטָּה *Bethschitta*, domus deviationis.

LXXXVII.

אֶשְׁכֹּל Eschcol. Escol. Eschól. Eschol. Escol.

Deut. 1. 24.

Ascendentes (Exploratores XII.) *montem istum venerunt usque ad vallem Escholis* אֶשְׁכּוֹל. *ita exploraverunt illam, & accipientes in manu suâ de fructu illius terræ deportarunt ad nos.* Historia est suavissima, quæ plenius exposita habetur Numeror.13.23. his verbis: *Pervenerunt vsque ad vallem Escholis: unde exciso uno palmite cum botro uvarum* אֶשְׁכּוֹל עֲנָבִים *deportaverunt eum palangâ duobus hominibus: similiter ex malogranatis & ficubus eius terræ. Locum illum vocavit quisque vallem Escholis propter botrum illum quem exciderunt filij Israëlis.* Sed extatne hodieque tantæ magnitudinis botrus? Ait Ioan. Förſterus in Lexico: *Erat* (inquit) *ante annos tredecim Concionator Norinbergæ apud D. Ægydium nomine Achacius: qui monachum egerat in terrâ sanctâ integrum octennium: is cum ægrotus non haberet, quo sitim restinguere posset, laborabat enim tympaniti, exoptabat sibi singulis diebus vnum tantum acinum, de botro vini, eo abunde restincturus sitim. Cumque ego decumbenti assidens rogarem ex eo, quantusnam esset botrus, respondebat tantæ esse magnitudinis,*

dinis, vt vix à duobus viris portari posſit, & in una arbore unum botrum, eumque circa Hebron tantum nasci, dicique lingua barbarorũ Musi. Hæc ille anno superioris seculi LXVI. Ego nihil habeo, quod his addam confirmatioris assensus gratia: suppetunt potius, quæ sublestæ fidei testem hunc poscunt. Novitij enim ἀυλόπλαι Chananæam hodiernam maxima ex parte sterilitatis horridæ damnant: ut eandem *agrorum* quæ est *& hominum*, Iudæorum scilicet ceu priscorum colonorum maledictionem, utrisque æquè inflictam à Deo agnoscas. Quantæ autem magnitudinis vites olim extiterint, Plinius quoque memorat, cap. 1. lib. 14. *Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Iovis simulachrum in urbe Populoniâ ex vnâ conspicimus tot ævis incorruptum. Item Massiliæ pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ecclesiæ Dianæ scanditur vite unâ Cypria, ut ferunt: quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno ulli æternior natura. Vna vitis Romæ in Liviæ porticibus subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat, eadem duodenis musti amphoris fœcunda.* Esaias Propheta singulas vites singulis siclis vænisse ait cap. 7. 23. vnde pretium & proventum æstimare queas. Sed ad rem. אֶשְׁכֹּל est ramus cum vua, seu botrus. à שָׁכַל *orbo, prædor, diripio, spolio*: ergo Escol est quasi præda ab arbore decerpta. Originationem Hebræam respiunt græca σκυλάω & σκυλόω *spolio*. σύλη, σύλον & σκῦλον, *spolium* & exuviæ animalium.

LXXXVIII.

אֵימִים Emim. οὐμμὶμ. ἐμμαῖοι. Emmæi. **Emim.** ὀμμεῖν.

Deut.2.9.10.

Emimi antea inhabitabant eam terram, populus magnus multusque & excelsus ut Hhanakita: Gigantes etiam reputabantur illi sicut Hhanakitæ, sed Moabitæ vocabant eos Emimos. Planè ex hac descriptione patet, quæ sit vocis אֵימִים significantia. Populus enim *magnus multus que & excelsus*, quî possit non esse *formidabilis*? atque hoc notat אֵים, quod etiam substantive usurpatur, ut אֵימָה, & est *terror, formido*, ab inusitata R. אָיַם; ex qua est אָיוֹם *terrificus, truculentus.* Respondet græcum ὠμὸς, i.e. *crudelis, sævus*: & Lat. *immanis*, it. αἷμα, sanguis: & *metuo, timeo.*

LXXXIX.

זַמְזֻמִּים Zamzummim. Ζομζομμεῖμ. Ζομμεῖμ. Ζοχομμεῖν. Zomzommim. **Samsummiter.** Zamzummæi. **Sammesummim.**

Deut.2.19.20.

Terra Gigantum reputatur ipsa quoque: Gigantes inhabitabant eam anteà, quos Hammonitæ vocabant Zamzummimos. Multus est Moses & diligens in Gigantum nominibus exponendis, & locis habitationum eorundem describendis: ut tantò illustrior fiat Dei potentia in his tam validis nationibus internecione de-

ne delendis & prorsus exscindendis, invalidis contrà, peregrinis & pauperibus Jisraëlitis in istorum talium locum sufficiendis. Sunt igitur Zamzummim à moribus & profligata vita dicti, quasi *turpitudinem & prava omnia cogitantes & molientes*, quippe, ut Junius ait, *conscelerati ssimi erant, abutentes robore & potentiâ suâ*. Radix זָמַם est cogitare, vel animo concipere malum : ex quo est זִמָּה & זְמָמָה, i.e. *cogitatio prava, machinatio, vafrities, facinus, scelus*. Synonymum est יָעַם cogitare. Gen. 11. v. 6. Indicat geminatio Radicis in voce Zamzummim homines animo & corpore in omnis generis flagitia effusissimè projectos, atque idcirco dignissimos, qui penitus extirparentur: quod & factum est his: ut nos dicimus, schlim schelm / i.e. nequam profligatissimus: quam vocem huc fortasse per allusionem trahere queas. Alludunt aliàs μέμνημαι, μνήμη, *memoria*. Chaldæis זָמַם est *frenum* : vnde nobis zaum innotuit, quod eiusdem est significationis.

XC.

ישרון Jeschurun. Jeschurum.

Deut. 32. 15.

SAginatus Ieschurun recalcitravit : Saginatus es, obesatus es, adipem obduxisti : deseruit enim Deum, qui magnificaverat ipsum, & vilipendit rupem salutis suæ. Cum in præcedentibus capitibus officia omnia à Mosche gravissimis verbis expressa contineantur, sequitur tandem in hoc capite 32. canticum eiusdem: in quo, ut & in benedictione sequentis capitis, quæ incomparabili Heroi & Legislatorum Principi pausam dedit, novo isthoc nomine ישרון Jisraëlitæ compellantur, monenturque hac una & simplici

voce, quid per totam vitam unicè agendum, & verbis, factis atque cogitatis implendum conandumque sit, nempe: vt RECTI sint, *recta* velint, *recta* sequantur & vbique spectent, *recta* in alijs approbent, in seipsis reapse præstent. Vide cap. seq. v. 5. & 26. & Esa. 44. v. 2. vbi propheta hoc nomen populo suo attribuit. Est יְשֻׁרוּן diminutivum, q.d. *rectulus* à *rectus*, qui Hebræus est יָשָׁר. Solemus namque omnes in mordacibus reprehensionibus, præsertim ubi juvenes alloquimur, diminutiva huiusmodi inspergere: quippe quibus oratio velut aculeis quibusdam asperatur, vt animum audientis tantò profundius stimulet & pungat. Quod hoc loco patet eò clarius, quò evidentior est similitudo bovis saginati, cui populus Israëliticus in tam feraci solo constitutus comparatur. Inest præterea in voce יְשֻׁרוּן quædam ad nomen יִשְׂרָאֵל alluſio, quæ ex literarum convenientia non est obscura. Piscatori Jeschurun est aufrichtiger. R. est יָשַׁר, i.e *rectum, æquum, planum esse, placere, pulchrum, venustum esse*. Congruunt huc aliquo modo *jus, ris, justitia, juriſta*: & nostra zier/zierde. Et Gr. ἀρέσκω, *placeo*, ἄρεσκος, placendi studiosus.

XCI.

עָרְלוֹת Hharaloth. Araloth.

Ios. 5. 3.

TEmpore illo edixit Iehova Iehoschuhhæ, para tibi gladios acutos, & secundò repetens circumcide filios Iisraëlis. Paravit itaque Iehoschuahh sibi gladios acutos, quibus circumcidit filios Iisraëlis ad collem Hharaloth. i.e. præputiorum. Nomen ex hoc facto desumtum, idque pro-

proprium, atque idcirco retinendum, vti fecit Lutherus, Piscator, & alij. Quia in deserto per quadraginta annos nec sacrificia oblata fuerant, Deut. 12. 8. & 9. Amos 5. 25. nec circumcisio propter itinerum difficultates & remoras alias administrata, ut præsens locus declarat, maximâ sanè cum solennitate ritus ille nunc peragitur à Iosua : qui & loco huius celebritatis tot millium recens circumcisorum nomen novum ob perpetuam rei memoriam imponit, eumque collem *Hharaloth* vocat, à nomine עָרְלָה præputium : cuius synonyma sunt עָרֵל & עָרְלָה. Toar est עָרֵל præputiatus. Radix est עָרַל præputium auferre. Putatur hinc deductum esse κλῆρος, i.e. clerus, Clerici, Clerisey : Clerici enim mente & corpore Deo singulariter devoti esse debent.

XCII.

גִּלְגָּל Gilgal. Galgala. Gilgal.

γάλγαλα.

Ios. 5. 9.

TVm dixit Iehova ad Iehoschuhham, hodie devolvi גִּלּוֹתִי *opprobrium Ægypti à vobis : vocavitque nomen loci illius Gilgalem usque in diem hunc.* Nimirum haud aliter ab Ægyptiis tractati fuerunt Jisraëlitæ, quàm mancipia, quippe quos ad fœda opera & dura ministeria supra quàm vires eorum patiebantur, subeunda coegerat Pharao, in eosque vitæ ac necis potestatem non secus atque in jumenta alia usurpârat. At nunc in plenissimam vindicati libertatem ditescunt opibus, gentium exitio devotarum regionibus potiuntur, clarescunt nova à Mose erecta politia, & gloria prodigiorum inter eos editorum per

universum orbem celebrantur. Hoc est illud quod prædicat Dominus, dum se opprobria Ægyptiorum omnia ab hoc populo devolvisse ait. Est igitur גִּלֻּל devolutio, à גָּלַל *volvere*: vnde גַּל *acervus, cumulus, tumulus*: de qua Radice supra egimus num. 39. in vocabulo Galhhed, ex Gen. 31. 48.

XCIII.

שִׁבְרִים Schebarim. Sebarim. Sabarim. Scbarim. Sabarim.

Ios. 7. 5.

R *Eversi* (qui exploraverant Hhajum) *ad Iehoschuhham dixerunt ad eum, Ne adscendat totus hic populus, quasi bis mille viri, aut quasi ter mille viri adscendant, ut percutiant Hhajum: ne fatiges ducendo illuc totum populum, cum pauci sint isti. Ideoque adscenderunt de populo illuc quasi ter mille viri: sed fugerunt à facie virorum Hhaji: cæciderunt que ex eis viri Hhaji ad trigintæ sex viros: persequentes eos à loco, qui erat ante portam usque ad Schebarimos, cæciderunt eos in illius declivi: quamobrem liquefactum est cor populi, adeo ut in aquã abiret.* O cordis humani levitatem! Quisolo buccinarum clangore Ierichuntinos muros paullo ante everterant, tot glorioſas victorias de bellicosissimis populis reportarant, tot prodigijs de Dei præsentia edocti, tot contestationibus de promissionum eius veritate confirmati fuerant, liquescunt illicò ad hanc qualemcunque tam paucorum hominum cladem. שִׁבְרִים igitur sonat *fractiones*: quia acies Iisraëlitarum hoc in loco fractæ sunt, ut ait Iunius. Singulare est שֶׁבֶר *confractio, contritio, esca, frumentum*. à R שָׁבַר *fregit, contrivit, di-*

vit, distribuit *frumentum* vel *fragmenta*: item *vendidit frumentum*. Cum שָׁבַר convenit שִׁבֵּר significatione: sicut דִּבֵּב cum דָּבַר. Vide Scobab nu DCCCCXXXIV. Planè huc congruunt nostra schiebbern / schiefer / schiefern / scharben: & *scaber*, *scabrosus*, *scabrities*, *scrupus*, *scrupulus*, i.e. fragmentum lapidis. שֶׁבֶר quoque, i.e. frumentum, non à distrubutione, sed quia molâ frangitur, nomen habet: vt גֶּרֶשׂ *triticum contusum*, à גָּרַס *fregit*, *comminuit*.

1. Paral. 2. 48. שֶׁבֶר *Scheber*, i.e. confractio: vel annona: unde βοεὰ, *esca*, *cibus*.

XCIV.

עָכָן Hhacan. Achán. Achan. Hacan.

ἀχαρ. ἀχαν.

עֵכוֹר Hhachor. Achor. Hacor. Achor. ἐμεκαχώρ. ἀχώρ.

Ios. 7. 1. & 24.

TVnc Iehoschuahh & totus Israël, cum eo assumto Hhachane filio Zerachi & argento, & toga & lingula aureâ & filiis eius ac filiabus eius & bobus eius, asinisque eius & gregibus eius & tentorio eius, denique quicquid erat ei, deduxerunt ea in convallem Hhacoris. *Vbi dixit Iehoschuahh*, מַה עֲכַרְתָּנוּ *quam perturbasti nos?* יַעְכָּרְךָ *perturbabit te Iehova hoc die*: obrueruntque eum totus Israël lapidibus, & combusserunt eos igni, cum obruissent eos lapidibus. *Postremo erexerunt super eum acervum lapidum magnum usque in hunc diem*: sic aversus est Iehova à furore iræ suæ: idcirco vocavit quisque nomen loci illius convallem Hhacoris usque in hunc diem.

Semel statuendum erat exemplum, vt lex anathematis sæpe iterumque hactenus repetita eò imprimeretur altius his bellatoribus: ne rem præclarè cæptam suis prævaricationibus ac sacrilegijs corrumperent, seque ipsos à potiundâ hæreditate promissarum regionum excluderent. עָכָן quamvis Chaldaicè *serpentem* significet: eiusce tamen notationis nullam in hoc nomine habendam esse rationem, verba & facta Iosuæ hoc in loco demonstrant. Quare per *perturbationem* est exponendum, vt facit etiam 1. liber Chronicorum cap. 2. v. 7. *Hhacar*, inquit, *turbator* עוֹכֵר *Iisraelis, qui prævaricatus fuit in anathemate.* Antiphrasticè sumitur Hos. 2. 15. pro valle seu loco aperiente fores spei ad ingressum lætum in terram sanctam. Piscatori est bętrûbnûß, à R. עָכַר, i.e. *turbare, conturbare, perturbare*: vnde עָכְבָּר inserto ב nomen, quo d *murem* significat, quia corrodendo res turbet domi & in agris. Inde est *sorex*. Ab hac R. עָכַר Latinis est *acus, eris*, i.e. palea, quæ variè excutiendo & conturbando dispellitur, græcè ἄχυρον. Pertinet huc etiam κεράω & κεράννυμι, *misceo*, κρᾶσις, *mixtio*.

Gen. 36. 38. עַכְבּוֹר *Hhacbor*, i.e. mus.
Num. 1. 13. עָכְרָן *Hhocran*, i.e. turbatio.
Iudith. 2. 18. *Haçon*, perturbatio.

CXV.

נתינים Netinæi. Nathinæi. Nethinim. ναθινέοι. ναθιναῖοι. ναθινεῖμ.

Ios. 9. 22. 23. & 27.

NEthinæorum origo in hoc capite describitur: quorum aliàs crebra extat mentio, in Esdra

præ-

præsertim & Nehemia. Vide 1.Par.9,2.Esd.2.58. & 70.c.7.7. & 24..c.8.20.Neh.3.26.& c.11.21.Quanquam igitur nomen ipsum in hoc capite non exprimatur: libet tamen ob historiæ evidentiam & nominis ipsius ex facto præsente perspicuitatem vocis huius proprietatem hoc loco enucleare. Sic ait Iehoschuahh ad Gabaonitas deceptores, qui se finxerant ex remotis admodum locis accessisse prodigiorum inter Israëlitas editorum claritudine perculsos: ut amicitiam populi tam illustris & Deo chari ambirent: *Quare decepistis nos dicendo: longinqui sumus à vobis valde: cum vos in medio nostri habitetis? nunc ergo maledicti* (id est miseræ & laboriosæ conditioni addicti) *estis: neque deficiet ex vobis servus, & qui portent ligna ac hauriant aquam pro domo Dei mei. Quare constituit eos* נתנם *Iehoschuahh die illo portatores lignorum & haurientes aquam pro cœtu: idque pro altari Iehovæ vsque in diem hunc.* Vide Esr.8.20. Sunt igitur *Netinæi*,q.d. *deditiÿ*, id est, servi publici,angarijs nomine cætus populiDei præstandis mancipati.Luth.die gegebnen oder geschenckten: in qua, licet laboriosâ & ærumnosâ conditione, amore vitæ retinendæ se velle libenter acquiescere his verbis declarant, vers. 25. *Ecce nos in manu tuâ, ut bonum & rectum videtur in oculis tuis facere,nobis fac.* Vide quid Saul adversus hosce *Netinæos* tentârit annis fermè quadringentis pòst,& quod Deus fame Israëlitis immissâ perjurium ultus sit.2.Sam.21.v.1. Radix est נָתַן, i. e. *dedit,dedidit, largitus est,præstitit,constituit,locavit,sivit,permisit,posuit.* Latissimè enim patet. Hinc nostrum thun/ & δίδόναι, *dare.*

Numer.1.8. נְתַנְאֵל *Nethanel, Nathaneel,* DEUS dedit.

Esr.5.3. תַּתְנַי *Tathnai*, donator.

1.Par.26.1. יְתְנִיאֵל *Iathniel*, donum Dei.

Num.21.18. מַתָּנָה *Matthanah*, donum.

1.Sam.13.22. יוֹנָתָן *Ionathan*, Dei donum.

2.Sam.5.7. נָתָן *Natan*, dans vel donatus.

2.Reg.11.19. מַתָּן *Matthan*, donum.

2.Reg.24.18. אֶלְנָתָן *Elnathan*, Dei donum.

Ibid.v.17. מַתַּנְיָה *Matthanjah*, *Mattanias*, donatus à Deo.

2.Reg.25.23. נְתַנְיָה *Nethanjah*, *Nethanias*, donum Dei.

2.Reg.22.23. נְתַן־מֶלֶךְ *Nethanmelech*, donum Regis.

Matth.1.v.1. *Matthæus*, donatus. Alijs à מַס, id est, tributum: Sic Matthæus erit τελώνης. Vide numero LVI.

XCVI.

חָרְמָה Chorma. Hormáh. Horma. Harma.

*Iud.*1.17.

FIducia promissionis divinæ freti Iuda & Simeon, tribus utraque coniunctis viribus & copijs adoriuntur reliquias Chananæorum: de quibus ita liber Iudicum: *Processit Iehuda cum Schimbhone fratre suo, & percussit Chenahhanæum inhabitantem Tzephatham: quod cum devorissent* יַחֲרִימוּ, *vocavit Schimbhon nomen civitatis illius* חָרְמָה *Chormam, i.e. anathemati devotam.* Vide supra num. LXXIX. ex Num. 14. vers. vlt.

XCVII.

XCVII.

בֹּכִים Bochim. Bocim. Bochim.

Iud. 2. v. 1. & 5.

LAnguescentibus jam post mortem Jehoschuhhæ & Seniorum animis populi Judaici, & segnescentibus in expellendis Cehhananæis, quorum civitates singulis tribubus in sortitione obtigerant, adest in Comitijs & publicis solennitatibus, quæ Gilgale celebrabantur, quidam Dei nuntius, qui populum ibi congregatum acriter increpat ob negligentiam ac diffidentiam, contestaturque, eò jam deductam rem esse, vt apud DEVM stet sententia, non expulsum iri penitus illos residuos, sed mansuros Jisraëlitis *ad latera, & Deos eorum ipsis fore in tendiculam*, v. 3. *Fueratque cum eloqueretur nuntius Iehovæ verba hæc, ut attollentes populus vocem suam* יִבְכּוּ *flerent: quare vocarunt nomen loci illius* בֹּכִים *Bocimos*, i.e. flentes. De Radice בָּכָה, id est, flere, egimus supra in Allonbachuth ex Genes. 35. vers. 8. numero XLVI.

XCVIII.

יְהוָה שָׁלוֹם Jehova Schalom. Jehova-Salom.

Iud. 6. 24.

IN deploratissimo Iisraëlitarum statu cum à Midianitis ceu *locustis*, ut hîc dicitur vers. 5, eroderentur, & ad extremam paupertatem atque inopiam redigerentur, apparet Iehova Gedeoni in quadam areolâ triticum excutienti; & cum præsentiæ

sentiæ suæ documenta quædam adspectabilia exhibuisset, tremefactus Gideon: *Aha Domine Iehova*, inquit, *quandoquidem vidi Angelum Iehovæ à facie ad faciem.* Abrupta locutio. Nimirum de vita jam desperaverat, memor illius, quod habetur Exod. 33. 20. *Non videbit me homo & vivet.* Sed *ait ei Iehova*, שָׁלוֹם לָךְ *Pax est tibi: ne time: non morieris.* v. 23. *Extruxit itaque ibi Gidhhon altare Iehovæ, quod vocavit* יְהוָה שָׁלוֹם *Iehova Schalom, usque in diem hunc: adhuc extat Hhophræ Abi-Hhezeritarum.* Nomen proprium retinuit Arias montanus, nisi quod pro *Iehova* reposuit *Adonai* ob eam, quam dedimus rationem, num. LX. Restat שָׁלוֹם Schalom vox omnis prosperitatis & omnigenæ beatitatis nuntia & nota, adeoque multò latius patens, quàm in alia quavis lingua eius accipi solent synonyma. In summâ, αὐταρκειαν quandam omnis boni complectitur, & εὐδαιμονίαν à Philosophis jactatam potius & prædicatam quam gustatam aut impetratam. Hinc שָׁלֵם urbs, & Hierusalem cælestis patriæ symbolum: vt Apocalypsis passim declarat. שָׁלֵם *pacificum, perfectum, & consummatum* notat, atque *incolumem*, cui res omnes integræ ac salvæ sunt. שָׁלוֹם *retributio.* R. שָׁלֵם est *compleri, perfici, pacem habere vel colere.* in Piel *rependere*, in Hiph. *pacem facere.*

Copiosa hinc nominum propriorum seges enata est, v.g.

1. Samuel. 5. 7. שְׁלֹמֹה *Schelomo*, Salomo, pacificus.

2. Sam. 3. 3. אֲבְשָׁלוֹם *Abschalom*, pater pacis.

2. Reg. 22. 3. מְשֻׁלָּם *Mischullam*, pacificus.

Genes. 46. 23. שַׁלֻּם *Schillem*, pax.

1. Par.

1.Par.26.1. מְשֶׁלֶמְיָהוּ *Meschelemjahu*, Meschelemias, pax vel retributio Dei.

Os.10.14. שַׁלְמָן *Schalman*, pacificus.

Ierem.22.11. שַׁלּוּם *Schallum*, retributio, sive pacificus.

Cant.6.12. שׁוּלַמִּית *Schulammith*, pacifica. Est gentilitium, q.d. Hierosolymitana.

Esr.4.7. בִּשְׁלָם *Boschelam*, in pace.

Num.1.6. שְׁלֻמִיאֵל *Schelumiel*, pax mea Deus.

Num.34.28. שְׁלֹמִי *Schelomi*, pacificus.

Ios.12.10. יְרוּשָׁלַיִם *Ierusschalajim*, videbit pacem, vel *visiones pacis*: vel ut vult Pagninus à יָרֵא quod & יָרֹא scribitur, i.e. timete: quasi dicere voluerint Iebusæi, horrorem vicinis incussuri: *Timete Salem*. At Steuchus literarum mutationem singulari consilio factam esse conijcit: ut quæ ante Iebus-schalem dicebatur, posteà Ieruschalem nuncuparetur. Dualis numerus mysticè nobis commendat duplicem Hierosolymam, cælestem & terrestrem. Apoc. 22. veram & typicam. Nomina varia fuere huius Vrbis, quę Tostatus hoc versu est complexus:

Solyma, Luza, Bethel, Ierosolyma, Iebus, Elia,
Vrbs sacra Ierusalem dicitur atque Salem.

Zedek etiam vocata fuit: unde Malchisedech, Adonisedech.

XCIX.

גִּדְעוֹן Gidhhon. Gedeon. Gidón. **Gideon.** Gidhon. γεδεών.

Iud.6.22.

MAgnus Religionis, Ecclesiæ ac Politiæ Israëlitarum instaurator Gedeon, divinitus ad hoc vocatus

vocatus, & miraculis ac visionibus confirmatus, specimen vocationis & zeli sui pro Iehova edere jubetur in altari Baalis destruendo, & luco patris sui juxtà posito succidendo. In quo exsequendo cum se cordatum exhibuerit ac strenuum, meritò גִּדְעוֹן, id est, *succisor* vel *excisor* nominatur : ut hinc quoque discamus, nomina rebus suis sæpe convenire. In quo illud inprimis memorabile est, quod juvencum septennem, quem ex grege patris sui acceptum offerre in holocaustum jussus fuerat, ipsis lignis è luco patris sui excisis adoleuerit & obtulerit supra rupem seu arcis summitatem : ubi altare Deo IEHOVÆ struxerat : vt hinc moneamur, quantum patrijs traditionibus & consuetudini receptæ sit tribuendum, ubi intercedit lex Dei : & quod Deo plus obediendum sit quàm hominibus quantalibet sanguinis propinquitate vel necessitudine nobis conjunctis : quod item abusibus polluta, non prohibeamur ad legitimos & à Deo imperatos transferre usus, atque adeo lucis & lignis Baali dicatis hostias Deo consecratas consumere atque adolere. Sæpe *excisionis* in hoc capite sexto fit mentio : vt notatio & originatio nominis legentibus eò fortius imprimatur. Est autem verbum גָּדַע *excidit, succidit, abscidit, amputavit* : ex quo κεδάω, κεδάζω, *dissipo, dispergo* : & Latin. cædo, cædes, &c.

Iudic. 18. 45. גִּדְעֹנִם *Gidhhonm*, excisio eorum.

C

C.

יְרֻבַּעַל Jerubbahhal. Jerubbáal. Jerobáal, Jerubbaal. ἰσ-
χυρὸς Βαάλ.

Iudic. 6. 32.

SEditionis pariter ac violatæ religionis postulatur Gideon, ac propterea ad cædem deposcitur. Cum enim surrexissent homines illius civitatis manè, & vidissent, dirutum esse altare Bahhalis, & lucum, qui fuerat juxta illud excisum, juvencum quoque oblatum in holocaustum super altare recens extructum, *dixerunt alter ad alterum, Quis fecit rem hanc? Cumque inquisivissent, & percunctati essent, dixerunt: Gidhhon filius Ioaschi fecit rem hanc. Dixerunt autem homines illius civitatis ad Ioaschum, Produc filium tuum, ut moriatur: quia diruit altare Bahhalis, & quia succidit lucum, qui erat juxta illud. Dixit verò Ioasch omnibus, qui instabant apud ipsum, Vosne* תְּרִיבוּן *contendetis pro Bahhale? an vos servabitis eum? qui* יָרִיב *contenderit pro eo, hoc ipso mane morti tradetur: si Deus est,* יָרֵב *contendet pro se, quia diruit altare eius. Vocavit itaque illum die illo Ierubbahhalem, eò quod dixisset,* יָרֵב *contendet contra eum ipse Bahhal, quia diruit altare eius.* Est igitur יְרֻבַּעַל tantundem ac si dicas: *Causam suam tueatur Bahhal:* seu, *vindicet se Bahhal.* Pisc. Bahal wird rechten.

Radix prior est רוב, i.e. *contendere, litigare:* ex qua est *Meribah*, locus celebris in Scripturis; de quo egimus num. 67. ex cap. 17. Exod. v. 7.

Altera

Altera radix est בָּעַל, i.e. *dominari, possidere, maritum esse*, item *amare & re amata potiri*, præsertim uxore, seu jure suo uti in vxorem. Inde est German. buſen: & Gall. *paillarder*: & φαλὸς veretrum: & φιλεῖν amare, basiare. Nomen autem בַּעַל latissimè patet & sæpe excellentiam cuiusque rei significat. Vide infrà num. 114. in Bahhal Peratzim. Alias per *Dominum, Maritum, herum, Deum tutelarem, possessorem*, &c. exponitur. Monet eos, qui aliis præsunt, comparatio R. בָּעַל cum R. פָּעַל, i.e. *operari*: quid officij eorum sit: & quod regere alios res sit laboriosissima.

Gen. 36.38. בַּעַל חָנָן *Bahhal-chanan*, Dominus gratiosus.

Ierem. 40.14. בַּעֲלִים *Bahhalim*, Domini, vel Dominus.

2. Reg. 1.2. בַּעַל-זְבוּב *Bahhal-zebub*, idolum muscæ.

2. Sam. 13.23. בַּעַלַת חָצוֹר *Bahhalath-chatzor*, idoli atrium.

בַּעַל בְּרִית

Esa. 46.1. בֵּל *Bel*. Dominus.

Ios. 15.24. בְּעָלוֹת *Behhaloth*, subjectæ.

Iudith. 4.3. *Bahhal-majim*, id est, Dominus aquarum.

Num. 32.38. בַּעַל מְעוֹן *Bahhal-mehhon*, idolum habitaculi.

Ios. 11.17. בַּעַל גָּד *Bahhal gad*, id est, idolum fortunæ.

Ios. 15.15. בַּעֲלָה *Bahhala*, possessa, vel idolum eius, vel dominans ei.

Ios. 19.8. בַּעֲלַת בְּאֵר *Bahhalath beer*, idoli puteus.

Iud.8.33. בַּעַל־בְּרִית *Bahhal-berith*, idolum fœderis.

2.Sam.5.20. בַּעַל־פְּרָצִים *Bahhal-peratzzim*, idolum divisionum. de quo v. infr. num. CXIV.

Esr.4.8. בְּעֵל־טְעֵם *Behhel-tehhem*, præses vel Dominus consilij.

Iudith.4.3. בַּעַל־מַיִם *Baalmajim*, Dominus aquarum.

Exod.14.2. בַּעַל צְפוֹן *Baal-tzephor*, idolum aquilonis. De hoc Seldenius de Dijs Syris Syntag.1. ca.3. pag.43.

Iud. 20. בַּעַל־תָּמָר *Bahhal-thamar*, idolum vel Dominus palmæ.

Baalzoar dicitur Hebræis Bezoar, i. e. dominus veneni. Car. Clusius in Hist. aromat. lib.1. p.217.

Ex his cum pateat, בַּעַל pro *idolo* seu *imagine* sæpiusculè usurpari, non absurdum fuerit ex eo nostrum bild arcessere: quamvis expeditè satis quoq; à פֶּסֶל vel סֶמֶל decerpatur.

CI.

אָבֵל Abel. Abel. ἄβελ. ἔβελ.

Iudic. 11. 34. 33.

CVm transivisset Iiphtach ad Hammonitas, ut pugnaret contra eos, tradidit eos Iehova in manum illius. Percussit enim eorum ab Hharohhere usque quà venis Minnitham viginti civitates, & vsque ad אָבֵל *Abelum vinearum plagæ magna admodum: sic depressi sunt Hhammonitæ à facie Israëlitarum.* Magnitudo cladis loco huic nomen imposuit, ut diceretur Abel, id est *luctus*, ob luctum Hhammonitarum. De proprietate vocis אָבֵל egr-

mus suprà numer: LVII. in voce Abel Mitzrajim ex Gen. 50. 11.

CII.

שִׁבֹּלֶת Schibboleth. Sibóleth. Schibbóleth. Schiboleth. Sibboleth.

Iudic. 12 6.

OCcupaverant Gilhhaditæ vada Iardenis contra Ephrájimitas: ita erat cum dicerent perfugæ Ephrajimitarum, transeam, ut dicerent illorum cuique Gilhhaditæ, Esne Ephratæus? quo dicente, non: Dicebant ei, dic jàm schibbolet: qui dicebant sibolet, nec comparabant se ad loquendum rectè: quamobrem apprehensum eum jugulabant ad vada Iardenis: sic ceciderunt tempore illo ex Ephrajimitis quadraginta duo millia. Fastuosi Ephrajimitæ hanc cladem quatuor myriadum & duorum millium in sua ipsorum capita accersunt ex merâ adversus Iiphtachum invidia & toxico livore. Post rem ab ipso præclarè gestam contra Hhammanitas, serram contentionis tantisper reciprocant, donec in bellum cruentissimum evadat. Concurritur ergo, pugnatur animis irritatissimis, cæduntur ipsi rixatores: quorum perfugas intercipiunt ad vada Jordanis Gileaditæ vindictæ cupidissimi, injuriam, quam sibi illatam putabant, copioso admodum sanguine pensantes. Sunt in vocabulo שִׁבֹּלֶת exponendo non concordes interpretes. Nos eorum expositiones laudamus, quæ ex reipsa depromtæ cum sint, verbi vim nobis ultro insinuant atque aperiunt. Jacobus Capellus in Hist. sacrâ & Exoticâ ad annum mundi 2811; *Plerique*, inquit,

quit, *ex sermone agniti sunt; quod cum Schibboleth, id est; vadi transeundi copiam sibi fieri postularent, & Galahaditas sese dicerent, pro Schibboleth dicebant Sibboleth: quo vitio etiam aliæ nationes laborarunt, maximè Græci: unde fit, ut pro Schaul Schilo* LXX. *scribant Saul Silo; & sic de omnibus aliis.* Cum hac expositione cõcordat ea vocis שִׁבֹּלֶת significatio, qua per *inundationem, alveum* seu *decursum* aquarum, vel *locum per quem cum impetu defluunt aquæ*, exponitur Psal. 69.16. Esa. 27.12. Rabbi David verba sunt: *Tentaverunt illos an scirent proferre Scin, & illi proferebant Samech. Et hoc causabat aër, sicut Galli nescientes proferre Scin, proferunt illud ut Tau raphatum.* Gallorum & Hispanorum hodierna consuetudo est, Schin literam non cum sibilo efferre sed vt SC: quo modo nos efferimus *scilicet, scibilis.* Atque haud scio an ulla litera tot in pronuntiatione varietates admittat, quam iste dentalis sibilus. Est *S* in initio: *S* in medio: ibi fortiter hîc leniter pronuntiatur: in fine, si aurium judicium adhibeas, alium rursus sonitum habet. Est *SS.* rursum *SC.* & *SCH.* & *TS.* & *Z*, & *TZ.* & apud nos tsch: quæ etiam in singulis pronuntiatoribus varietatis aliquid habent. Quare non constat, quale præcisè peccatillum commiserint hi rixatores Ephratæi, quibus invidia in exitium vertit, & error linguæ gulam frangit. Beccmannus in originibus: *Schibbolet*, inquit, *est sibilus aquarum, fluctus quasi sibilans: item sibilus qui è tibiâ & aristis.* Egregiè: ut hinc *sibili* vocem deducere possis. Porrò שְׁבִיל est *semita, via, trames.* Vnde βάλω via per altum, βηλὸς limen. סֹבֶלֶת autem est à radice סָבַל portavit, bajulavit. Esa 53.4. Et dolores nostros סִבְלָם *portavit eos.* סֵבֶל & סִבְלָה onus: ex quibus forte est nostrum schleppen / schlepffen /

i.e. onus aliquod trahere & magno nisu promovere. Ego vero prius quàm ab hoc Iardenis vado recedo, non possum, quin exclamem: Vtinam similiter pereant ampullosi rixatores: qui gloriæ tentigine corrupti, & duræ popularis fiabellis incitati ob frivolas quasdam de religione controversias, cælum non terræ, ut est in proverbio, sed inferno miscent, integras Ecclesias & regna inter se committunt, & de puppis ac somniis suis ad sanguinem & proprium exitium usque depugnantes omnia charitatis & mutuæ tolerantiæ repagula perrumpunt, reosque se suâ intempestivâ & impotente curiositate constituunt omnis illius sanguinis, qui effusus est inde usque ab Abel, &c. φεῦ τῆς μανίας καὶ ἀσεβείας! At tu, summe DEus, tandem aliquando amoveto hæc κύμβαλα ἀλαλάζοντα, i.e. *cymbala tinnientia & æra resonantia*: & fac, vt audiamus *vocem citharœdorum pulsantium citharas charitatis & lenitatis animi!* Apoc. 14.2.& 1. Cor. 13. v.1. quò juxta canonicam Verbi tui autoritatem sanctè viventes te piè colamus, & in Catholicâ Ecclesiæ tuæ unitate acquiescentes Apostolicis ritibus ac moribus contenti simus sine flagitiosâ ac temerariâ fratrum, qui ante nos fuerunt & nunc sunt in mundo, ob privata singularia ac localia sua sive dogmata sive instituta, condemnatione aut contentiosâ vellicatione! Amen! Amen! Seneca Ep. 7. *Finis pugnantium mors est.*

CIII.

רַמַּת לְחִי Ramath-lechi. Ramath-léhi. Ramathlehi.

Iud. 15.17.

GEmentibus sub duro Philistæorum jugo Israëlitis

litis divinitus excitatur & incredibili robore corporis induitur Simson : qui graviter affligit Philistæos, & populares suos in libertatem pristinam vindicat. At hi ingratissimi hostibus sibi Simsonem dedi poscentibus obsecundant. Patitur robori suo confisus se vinciri. Sed cum perveniisset jam *vsque ad locum Lechi & Pelischtæi vociferarentur præ gaudio ad occursum eius : incessit eum spiritus Iehovæ, quo fuerunt funes illi, qui erant ad brachia eius, tanquam fila linea, quæ arserunt igni, & dissoluta sunt vincula eius è manibus eius. Cumque invenisset maxillam asini humentem, extensâ manu sua accepit eam, qua percussit mille viros. Quapropter dicebat Schamschon, ista maxilla asini acervum vnum, imò duos acervos, ista maxilla asini percussi mille viros : unde fuit cum absolvisset loqui, & projecisset maxillam è manu suâ vt vocaret locum illum Ramath lechi*, i.e. projectionem maxillæ, hinwerffung des kinbackens. רָמָה *projecit, ejaculatus est*: in Piel *fraudavit, dolosè egit, instar arcus fallacis excussit*, vel *de spe suâ aliquem dejecit, decepit*. Hinc מִרְמָה *dolus, fraus* : forte hinc nostrum est rumor, i.e. seditio fraudulenta. רְמִיָּה est *projectio* & *dolus*, sicut & רָמָה, quod nomen quia hoc loco est in constructione, ideo legitur רַמַּת Ramath. Inde Græca ῥομβέω, ῥέμβω, i.e. *in gyrum ago, circumvolvo*, ῥόμβος, *rhombus* : & nostra, rumb/herumb.

Ios. 10. 3. יַרְמוּת *Iarmuth*, projectio mortis.

1. Par. 8. 10. מַרְמָה *Marmah*, dolus.

Altera vox לֶחִי significat *maxillam, mandibulam*, eam propriè, cui infixi sunt dentes, item *malam, genam*. Hinc χεῖλος, i.e. labiũ, propter vicinitatem, & γνάθος *maxilla*. R. לָחָה non vsurpatur, ideo ad לוּחַ reducitur, vt sit à virore vel humore : לָח enim est *viridis, humidus* ; cui consentit quod hîc habetur, v. 15.

ubi dicitur, Schimschonem *invenisse maxillam asini humentem.* לֵחַ est *vivor, humidum radicale.* לוּחַ *tabula,* ab humore aut virore sic dicta, eò quod ex virenti arbore cædatur. Hinc *lævis, lævigo,* & gr. γλάφω, γλύφω, i.e. *lævigo, sculpo,* γλαφυρὸς *scitus, elegans*: item, glat/ per inversionem.

1. Par. 5. 26. לַחְלַח *Lachlach,* humida tabula.
Esa. 15. 5. לוּחִית *Luchith,* tabulæ seu viriditas.
2. Reg. 17. 6. חֲלַח *Chalach,* dolor maxillę.
1. Par. 7. 24. תֲּלַח *Telach,* humectatio.

CIV.

עֵין הַקּוֹרֵא אֲשֶׁר בַּלֶּחִי Hhen Hakkoreh aſcher ballechi. En-haccore,

Ioſ. 15. 19.

DEinde ſitiens valde invocavit Iehovam ac dixit, Tu effeciſti per manum ſervi tui ſalutem hanc maximam: nunc autem moreęrne ſiti, aut inciderem in manum iſtorum præputiatorum? Quapropter fidit Deus cavum quoddam, quod eſt in loco illo Lechi, ita ut prodirent ex eo aquæ, de quibus bibit: Sic reſtituto animo eius revixit: idcirco vocavit nomen eius fontis, עֵין הַקּוֹרֵא אֲשֶׁר בַּלֶּחִי *fontem invocantis, qui eſt in illo Lechi, uſque in hunc diem.* Arias Montanus retinuit Hebraica, *Men hakkoreh aſcher ballechi,* ceu loci huius notativa: ex quibus clarè patet, non dentem aliquem molarem fissum esse, sed in eo loco, qui jam nomine *Lechi* fuerat insignitus propter abjectionem maxillæ, vt ex vers. 9. & 14. apparet, apertum fuisse quoddam cavum, מַחְתֵּשׁ

מחתש *mortarium, à similitudine* (inquit Iun.) *eius propter cavitatem*: unde prorupit hoc miraculosæ & exoptatæ potionis refectorium. Porrò verba ipsa quod attinet, quia à paucis interpretibus retenta sunt, in aliis magis obvijs & usitatis nominibus elucidabimus. nempe עין, i. e. *oculus* vel *fons*, in Hanamim CCXLIII. קרא autem, i. e. *invocans*, in Mikrah CXC.

CV.

נעמי Nahhomi. Naómi. Noemi. Naemi. νοεμμειῦν.

Ruth. I. *v.* 19. 20.

CVm *Nahhomi cum suis nuribus ingrederetur Beth-lechemum, concurrebant omnes, & dicebant, Hæccine est Náhhomi? Quæ dicebat ad eas, Ne vocate me Nahhomin, vocate me Maram* מרא, *quia* המר *amaritudine affecit me omnipotens valde. Ego plena abieram, at vacuam reducit me Iehova. Cur vocaretis me Nahhomin, cum Iehoua testificatus sit contra me, & omnipotens malis affecerit me.* Perspicua explicatio, quæ in eam convenit, quam supra ad vocem Benjamin & Benoni attigimus. Non repugnat eundem esse *Binjaminem*, qui & *Benoni*: sic nihil obstat eandem esse *Nahhomin*, quæ & *Mara*. In regno cælorum non contingit *amari* quenquam præter eos qui sunt *amari*: id est, qui per mare amaritudinis transeunt, & in catino afflictionis probè excocti sepeliuntur in *Kibroth-taavæ*, seu sepulchris concupiscentiæ: ex quibus idonei paradiso cives resurgent.

Nahhomi, meine luſt/ meine liebligkeit / eſt à נָעַם, quod eſt *pulchre ſcere, jucundum, gratum, ſuave eſſe & delectabile.* Nomẽ נָעִים eſt *pulcher, acceptus, ſuavis*: & ſubſtantivum מַנְעַם *voluptas.* Græcum ἡδωμαι (qua voce LXX. in huius verbi interpretatione uſi ſunt) affinitatem oſtendit, ut & Latinum *amænus.*

Luc.7,11. *Naim*, vel *Nain*, i.e.pulcher. ſchönfeld.

Gen.46.21. נַעֲמָן *Nahhaman*, pulcher, decorus.

Iob.2.11. נַעֲמָתִי *Nahhamathi*, pulchritudo.

1.Par.11.46. אֶלְנַעַם *Elnahham*, Dei pulchritudo.

Iud.4.6. אֲבִינֹעַם *Abinohham*, pater pulchritudinis, vel pulchritudo patris.

1.Sam 14.50. אֲחִינֹעַם *Achinohham*, fratris pulchtitudo vel jucunditas.

Gen.4.22. נַעֲמָה *Nahhama*, ſoror Tubalkajini, quę fuit Ethnicorum Venus, i.e. pulchra.

Matth.4.13. כְּפַרְנָעוּם *Capernaum*, i.e. villa amænitatis.

Nomen מָרָא eſt amara, bitter oder betrübt: quam Radicem explicat Scriptura Exod.15.23. ut vidimus ſupra num.LXIV. in nomine *Mara*, quod eſt loci, ubi amaras aquas Deus dulcavit in deſerto.

CVI.

שְׁמוּאֵל Schemuel. Samuel. Semuel. Samuel. σαμουήλ.

1.*Sam.*1.20.

Fvit poſt revolutiones temporis, ex quo concepit Channa, vt pareret filium: vocavitque nomen eius Schemuelem. Nam, inquit, à Iehova שְׁאִלְתִּי *petivi eum.* Significat ergo Schemuel, ut ait Iunius, petitum à Deo forti, *nomine ex duobus corruptis & ex integro compoſito.* Integrum eſt

est אֵל DEus fortis. de quo supra nu. XLII. in nomine Israël. Sed quænam corrupta? An שָׁאַל, i.e. rogavit, petivit, & מִן a, abs, de? An bisyllabum שְׁמוֹ est nomen eius? ut sit sensus: *Nomen eius à Deo.* An est idem, ac si dicas: *positus à Deo*, ex R. שׂוּם, i.e. ponere? ut quidam volunt, mutato שׂ Schmol in שׁ Iamin. An שׁ iuitialis litera est ex אֲשֶׁר *qui*: vt Schemuel sit, *Qui à Deo?* An ad sensum potius quam verba respiciens Channa, se exauditam fuisse à Deo significare vult? à שָׁמַע elisso ע (ut Drusius conijcit,) i.e. *audivit, exaudivit.* Sed legem nobis figit scripturæ autoritas, docens expresse dictum esse *Samuelem*, quasi petitum vel expetitum atque impetratum aut commodatum à Deo: ut sit מוֹאֵל quasi מֵאֵל, sicut מוֹאָב quasi מֵאָב suprà num. XVI. ex Genes. 19. 37. Et שָׁאוּל petitus seu postulatus, à שָׁאַל *postulavit, rogavit, petivit*: unde *Schul* / quia de multis ibi rogari solent discentes. שְׁאוֹל vox pervagata infernum notat & sepulchrum: horum enim duorum insatiabilis est ingluvies: ut dicitur Prov. 30. 16. Cæterum שְׁאֵל *salutare* quoque significat: vnde hoc ipsum Latinis cessit, & *salus*, atque id genus consimilia.

Gen. 36. 38. שָׁאוּל *Schaul*, postulatus.

Ios. 19. 26. מִשְׁאָל *Mischal*, postulans.

Ios. 15. 33. אֶשְׁתָּאוֹל *Eschtaol*, postulans.

Esr. 3. 2. שְׁאַלְתִּיאֵל *Schealtiel*, i.e. rogavi Deum, vel postulatus Dei.

Exod. 6. 20. מִישָׁאֵל *Mischael*, quis postulans?

CVII.

אִיכָבוֹד Ichabod. Ichabód. Icabod.

ἰχαβώδ. οὐαιβαρχαβώθ. οὐαιβαρυβαρχαβώθ. ἐχαβώθ.

1. *Sam.* 4. 21.

NVrus Hheli, vxor Pinchasi pragnans proxima partui cum audiret hanc famam de captâ arcâ Dei & mortuo socero suo ac viro suo, incurvavit se ut pareret: quia irruerant in eam dolores eius. Cumque quo tempore moriebatur dicerent quæ adstabant ei, Ne timeto, nam filium peperisti: non tamen respondit, neque apposuit animum suum. Indiderat autem nomen puero ipsi Icabodem, dicendo, emigravit כָּבוֹד gloria ab Israële, audiens de capta arca Dei, & mortuo socero suo, ac viro suo. Dicebat enim, Emigravit gloria כָּבוֹד è Israële: propterea quod capta esset arca Dei. Vocula אַי ubi, vel אָוֵי væ, οὐαὶ, heu, vel אִי non, conjuncta cum כָּבוֹד, i.e. gloria, facit ut huius nominis sensus sit, *Vbi gloria*, aut *Væ gloriæ*, aut *Non gloria*. R. כָּבַד est *gravare, grave esse, honorare, glorificare, ingravescere honore & gloriâ*. Inde כָּבוֹד *gloria, majestas, splendor*: item *anima superior*, sic appellata, inquit Rabbi David in lib. Radicum, quod sit corporis gloria. Hinc Latinorum *Caput*, gr. κύβη & nostrum Kopff/ honoratissima scilicet corporis humani pars. κῦδος gloria. κυδαίνω glorior: & copia: nam כָּבַד etiam est *multiplicare*.

Exod. 6. 20. יוֹכֶבֶד *Iochebed*, glorioſa vel ponderoſa.

Num. 31. 8. אֱוִי *Evi*, Væ. Rex Moabitarum. Vel ab אָוָה concupivit. Vid. num. LXXVII.

CVIII.

CVIII.

אֶבֶן עֵזֶר Eben-hhezer. Eben-haézer. EbenEzer. ἀβενέζερ.

1. *Sam.* 7. 12.

INtonavit Iehova ſono magno contra Peliſchtæos, & fudit eos, ita ut plaga afficerentur coram Iiſraële. Egreſſi autem Iiſraëlitæ Mizpa perſecuti ſunt Peliſchtæos: quos percuſſerunt uſque ad locum ſubjacentem Beth-Cari. Tunc accipiens Schemuel lapidem אֶבֶן quendam collocavit eum inter Mitzpam & inter ſcopulum illum, cuius nomen vocavit Eben-Hhezerum: dicebat enim, Vſque huc adjuvit עֲזָרָנוּ nos Iehova. Eſt igitur אֶבֶן הָעֵזֶר lapis auxilij ſive adjutorij, אֶבֶן eſt *lapis, pondus, perpendiculum*. Per translationem eſt *omnis*, ut Gen. 49. 24. *Lapis Iiſraël*, i.e. omnis, quem loquendi modum noſtri quoque Germani imitantur, quando dicunt, ſteinalt/ſteintodt. Inde Græci ἅπαν & πᾶν nacti ſunt. Latini procul dubio ab אֶבֶן habent ſuum *ebenus* ob duritiem & durationem, quamvis הֶבֶנָה vel הֹבֶן etiam Hebræis ſit ebenus, Ezech. 27. 15. A Græcis etiam ἔβενος vel potius ἔβενος frequentatur. Vide Plin. 12. 4. Ab אֶבֶן quatenus ſignificat *nomam*, *perpendiculum*, eſt noſtrum eben/i.e. planum, unitum: talia enim ſunt, quæ juxta perpendiculum fiunt.

2. Reg. 3. 12. אַבְנָה *Abanah*, i.e. lapis.

Niobe ab אֶבֶן per inverſionem quaſi נֶבֶא eſſe poteſt. De ea Cic. lib. 3. Tuſcul. *Niobe*, inquit, *fingitur lapidea propter æternum credo in luctu ſilentium.*

Altera vox עֵזֶר, i.e. auxilium, adjutorium, ſuprà num. LXIX. ex 18. Exodi verſ. 3. fuit enubilata: ubi agebatur de nomine Elihhezer, i.e. Dei mei auxiliũ.

CIX.

CIX.

אֹזֶל Ezel, Aſel. ἐργάβ.

1. *Sam.* 20. 19. 18.

VAgabundus David ob Saulis perſecutiones, cum unius Ionathanis fide & præſidio niteretur poſt fœdus etiam cũ eo ſanctè initum in loco ab eodem aſſignato conſidet, impetum Saulis dato per Ionathanem indicio declinaturus. *Cras*, inquit Ionathan, *eſt novilunium, & deſideraberis, cum vacabit ſedes tua. Cumque ad triduum abfueris, deſcendito diligenter, & venito ad locum illum, ubi abſconderas te : quo die iſtud negotium geſtum fuerat : & conſideto juxta lapidem iſtum, qui dictus eſt Ezel.* אֹזֶל eſt aditus vel aditio : eò quod ad eum aditurus erat Iehonathan Davidem, vt ei negotium indicaret. Exponi etiam poteſt per *Viatorem*. Radicem אָזַל ambulare, habuimus ſupra in voce Hhazazel ex Lev. 16. 8. num. LXXIII.

CX.

סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת Selahh-hammachlekot. Selah-hammahlecoth. Selahammachlekoth. Piſc. Selamahelkoth. Luth. SelaNachlekoth.

1. *Sam.* 23. 28.

FVit Davide accelerante abitum metu Schaulis: ut Schaul & homines eius circumcluderent Davidem & homines eius ad prehendẽdum eos. Sed nuntius venit ad Schaulem dicens,

cens, Festina & abi: quia irruerunt Philistæi in hanc terram. Quapropter revertens Schaul à persequendo Davide abiit obviam Philistæis: idcirco vocarunt locum illum Selahh hammachlekoth. Arias Montanus, qui etiam retinuit hoc nomen, reddit in margine per *petram divisionum*. Res clara est, & ratio nominis aperta: quia enim nuntio allato de Philistæis dirimebantur vel avellebantur copiæ Saulis à copijs Davidis, quas jam circumvenerant, merito à diremtione nomen ista petra accepit. Luth. scheidefels. Pisc. fels der trennung oder trennfels. סֶלַע est *petra, rupes, saxum*: item *arx, munitio*: sic appellata quod constituatur plerunque supra petram aut saxum. Num. 24, 21. Pone בַּסֶּלַע in petrâ vel munitione nidum tuum. ad quem locum Christus respicit Matth. 7. 24. Hinc Germanis kisel/ kiselstein/ felß: Latinis *Silex*, it. *calx* kalck: & Gr. λάας, *lapis*, λᾶς contracte: χάλιξ *lapis*.

Lev. 11. 22. סְלְעָם *Solhham*, nomen volucris quadrupedis: cuius interpretatio hactenus latet: cum res nobis sit ignota.

Altera vox מַחֲלֹקֶת in plurali מַחְלְקוֹת *divisionem, partitionem*, *diremtionem* notat, à verbo חָלַק *dividere*, *partiri*, item *blandiri*, *lenire*. חֵלֶק *portio* vel *pars*, & *blanditiæ*, unde κόλαξ & κολακεύειν, blandiri. חֲלָקוֹת verò & per geminationem secundæ & tertiæ radicalis חֲלַקְלַקּוֹת *blanditias* & *lubricitates, adulationesque* insignes notat cum emphasi: ex quibus *lecto* Lat. & *delecto* ac *delectamentum* manarunt: quibus cum probè sciant uti ij, quos per jocum vocamus lecker/ qui per blanditias & delinimenta suas amasias colunt, nihil opinor impedit, quin Hebrææ vocis & vim nobis in memoriam revocent. Aliàs חֶלְקָה est etiam *ager, possessio*, vel *possessionis* potius atq;

agri

agri ea portio, quæ per sortem vel hæreditatem alicui accidit. Satis propinquant huc κλάω *frango*, κλᾶσις, *fractio*, κλάσμα, *fragmentum*. חֵלֶק est lapis: vnde *silex* & *calculus*.

2. Sam. 2. חֶלְקַת הַצֻּרִים *Chelkath hatztzurim*, ager fortium.

Ios. 19. 25. חֶלְקָת *Chelkath*, portio vel divisio.

2. Reg. 18. 18. חֶלְקֵיהוּ *Chelkijas*, portio Domini.

Act. 1. 19. חֲקַלְדְּמָא *Chakaldemah*, χωρίον αἵματος, ager sanguinis; de quo infra num. CLXXIX.

CXI.

נָבָל Nabal. Ναβαλ. Nabal.

1. Sam. 25. 3. & 25.

MIrum est hypocritarum maximos, qui in Scriptura Veteris Testamenti occurrunt, easdem in nominibus suis literas habere, ita ut alterum fiat ex altero per anastrophen, nullâ literâ excidente, nec transpositâ. Lege enim *Nabal* vocem ordine retrogrado, fiet inde *Laban*: cuius factum, præsertim quod in 31. capite Geneseos describitur, si cum præsente Nabalis negotio & moribus compoſueris, non ovum ovo erit similius. Adeo jus crepant, rationes conduplicant, justitiam urgent, severi ac rigidi adversus vagabundos aut fugibundos videri volunt. Sed stulti ijdem, quia incrustati (hoc enim *Laban* sonat,) & contrà: vt ex proprietate vocum liquebit. Ita ait Abigail occurrens Davidi, & fumantem eius iram suis blanditijs & largitionibus restinguens: *Ne quæso apponat Dominus meus animum suum ad virum istum nequissimum*

ad

ad Nabalem, nam prout est nomen eius, ita est, Nabal est nomen eius, & penes eum est נְבָלָה *stultitia*. Scilicet verba protulerat Nabal ipsi per jugulum reditura. At Abigailis γλυκίων μέλιτος ῥέεν αὐδή, *dulcior melle fluit oratio*, à præsentissima internecione se suosque cum familiâ universâ liberans. Nabal igitur *stultum* atque *insipientem nebulonem* notat. Sic sanè Arias in sua translatione Psal. 14. & 53. *Dixit* נָבָל *nebulo in corde suo*. Et in Epigraphe Ps. 9. ad marginem: *Super mortem Nabal*. נְבָלָה est stultitia, fatuitas, turpitudo, flagitium, ἄτοπον vel ἀτόπημα, Act. 25. f. ubi hæc vox græca ponitur pro malitia atque improbitate ex verbi Hebræi germanâ proprietate. נָבַל est *cadere, flaccescere, elanguescere*: in Piel *floccifacere, vituperare, deturpare*. Multa hinc oriuntur nomina. נְבֵלָה est cadaver: quam originationis rationem secuta est græca lingua in πτῶμα à πίπτειν & Latina in *cadaver* à cadendo: qualia multa passim nos observavimus: ut hinc constare cuivis possit, non solam συνθήκην esse, quæ rebus nomina dederit, vt censent Peripatetici, sed φύσιν prævaluisse, & Platonis quàm Aristotelis saniorem esse sententiam, utut aliquo moderamine temperandam. נֵבֶל est *utris, lagena, hydria* (vnde *bulla* & *ampulla* descendunt:) item *chorus*: item *nubes, pluvia*, quâ significatione cum *nebula* Latinorum & nostro nebel/ & Græco νεφέλη coincidit. Est etiam instrumentum Musicum נֵבֶל, Ps. 71. 22. unde *nablium*.

Ovid. *Nablia conveniunt dulcibus illa modis.*

Ad stultitiæ significationem faciunt βλέννος, blennus: item *vilis*.

CXII.

אֲבִיגַיִל Abigajil. Abigáil. Abigail.

ἀβιγάια. ἀβυγάϊλ. ἀβιγάϊλ.

1. *Sam.* 25. 3.

SCriptura passim in laudes fœminarum effusa hanc præ aliis insigniter commendat: vt legentibus hoc caput & muliebrem facundiam admirantibus ipsa se vocis originatio ultrò ingerat. v. 3. *Erat Abigajil mulier præstante mente & pulchra forma*, &c. Significat igitur אֲבִיגַיִל patris gaudium: quod revera fuit hæc filia. ab אָב *pater*: de quo suprà in voce Abraham, num. XII: & גִּיל, i. e. *exultatio*, à גּוּל *lætari*: unde prorsus habent Græci suum ἀγαλλιᾶν, *gaudere*, & γελᾶν, *ridere*, & γέλως, *risus*, γελοιάζειν, *jocari*: γαλερὸς, *jucundus*, *lætus*, Gallice *gaillard*.

2. Sam. 23. 34. גִּלוֹנִי *Gilloni*, exultans.

2. Sam. 15. 12. גִּלֹה *Giloh*, exultatio.

CXIII.

חֶלְקַת הַצּוּרִים Chelkath Hatztzurim. Helcath - hassurim. Chelcath Hassurim. Helkath-Hazurim.

2. *Sam.* 2. *v.* 14. 15. 16.

DIxit *Abner ad Ioabum*: *Surgant jam pueri isti, ut ludant coram nobis*: *dixit Ioab*, *Surgant. Surgentes itaq; transiverunt pari numero*: *duodecim à Binjamine*, id est, *ab Ischboscheto filio Schaulis*, *& duodecim à servis Davidis*.

Quorum

Quorum quisque apprehenso capite proximi sui, gladium suum infixit lateri proximi sui: sic ceciderunt simul: quapropter vocat quisque locum illum חֶלְקַת הַצּוּרִים *Chelkath Hatztzurim.* Crudele factum hominum sanguinariorum: quibus nihil vilius est sanguine: modò votis potiantur: hoc illi ludum jocumque suum putant. Sed & hoc facto consecratur bellum intestinum inter Ischboschetum filium Saulis in parte regni patrij successorem vel potius usurpatorem, & Davidem eiusque contribules: quod multo sanguine constitit, fratribus in mutua vulnera & cædes ruentibus. Iunio חֶלְקַת הַצּוּרִים est *ager vel portio fortium.* Vulg. Ager robustorum. Luthero der Acker der festen oder helden. Pisc. der felsenacker / quia nimirum duodecim paria bellatorum instar tupium immobili stabant fortitudine singuli contra singulos, ita ut *hæreret pede pes atque viro vir*: donec mutuâ cæde corruerent: oder der scharffenacker/ ab acie gladiorum utrinque corpora penetrantium. De חֶלְקַת, i.e. *ager*, egimus in voce Machlekoth num. cx. ex 1. Sam. 23. 28. De צוּר quod aciem notat, & צַר quod substantive & adjectivè capitur, inter alia pro *hoste, acri*, &c. egimus suprâ num. cvii. in Abel Mitzrajim ex Genes. 50. 11.

CXIV.

בַּעַל פְּרָצִים Bahhal-peratzim.

Baal-peratsim. Baal-pharasim.

Baalpratzim.

2. Sam. 5. 19. 20. & 1. Chron. 14. 11.

CVm audirent Philistæi, post intestina Israëlitarum bella, quæ Binjamitarum aduersus tribum

bum Iudæ æmulatio hactenus foverat, electionem in Davide conquievisse, eumque unanimi Seniorum ac Principum voto Regem super omnes Tribus declaratum publicè fuisse, judicarunt vicino Regi tantâ jam potentiâ armato maturè esse occurrendum. Satis enim edocti jam erant bellum cum isto populo, si invalesceret, interminabile gerendum sibi esse. Descendunt igitur junctis copiis in convallem Raphæorum. David nihil nisi magno consilio agendum ratus, cum per domestica bella valdè attritas esse vires popularium suorum intelligeret, ad Jehovam toto pectore se convertit. Jubetur igitur oraculo, & instruitur stratagemate, & confirmatur signo soni incessus in cacuminibus mororum, & ubi ac quando pugna capessenda sit monetur. *Ita veniens David Bahhal Peratzima percussit ibi Philistæos ac dixit,* פָּרַץ *rupit Iehova inimicos meos coram me, ut est* פֶּרֶץ *eruptio aquarum: idcirco vocavit quisque nomen loci illius Bahhal-Peratzim.* id est, planitiem, inquit Junius, rupturarum à rupturis exercitus Philistæorum. Sanè vox בַּעַל latissimè patet, ut supra diximus, num. c. ad vocem Jerubbahhal, & sæpe excellentiam cujusque rei exprimit. Atque hoc sensu בַּעַל פְּרָצִים insignem plane rupturam indicabit, q. d. *magistrum vel dominum rupturarum*, sicut בַּעַל שֶׁמֶן *Balsamum* (quod nomen ex Hebræo fonte sumtum in omnibus linguis remansit) *magistrum olei*, herrenöhl/ κύριον ἔλαιον, *maistre huile*, ut Galli dicunt, significat. Luth. Rißman; Pisc. der rißplan/der herr der rissen.

Altera vox פֶּרֶץ rupturam notat: de qua vide supra Peretz ex Gen. 38. 27. num. XLIX.

CXV.

CXV.

פֶּרֶץ עֻזָּה Peretz Huzza. Peres-Vzzá. Perez Vsa.

2. Sam. 6. vers. 7. 8.

PRofligatis Philistæis & civilibus bellis omnibus inter tribus Iisraëlitarum penitus extinctis, ad curam sacrorum se convertit David. Cumque hactenus Arca Dei in domo Abinadabi Ieiharimitæ, ubi erat *collis Dei*, id est, Synagoga divinis cultibus atque exercitijs consecrata (quales ab omni violentia etiam Philistæorum immunes fuisse ceu asyla veterum, clarè patet ex 1. Samuel. 10. vers. 5. & 10. ut & ex capit. 19. vers. 18.) asservata fuisset: Sionem eam ceu in locum celebriorem transferendam censet Rex: quamvis ob casum, qui isthic loci describitur, consilium mutârit, *curaveritque ut diverteret in domum Hhobed-Edomi Gittæi.* Cum igitur inter deducendum lætitia, jubilis & faustis conclamationibus omnia perstreperent, en casum funestum his narratum verbis: *Cum venisset Arca vsque ad aream Naconis, Huzza extensa ad arcam Dei manu prehendit eam, quia dimoverant eam boves. Quamobrem accensus Iehova ira in Huzzam percussit ibi DEVS eum propter hoc imprudens factum: ita vt moreretur ibi propter arcam DEI: displicuit autem Davidi, eò quod* פָּרַץ *erupisset Iehova* פֶּרֶץ *irruptione in Huzzam: quapropter vocat quisque locum illum* פֶּרֶץ עֻזָּה *Perez Huzza vsque in diem hunc.*

Adeo verum est quod ait Cyprianus Ep. 68. *Nec personam in eiusmodi rebus accipere aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit divina præscriptio.* Erat David Rex, erat Propheta: errabat tamen הַשֵּׁל, v. 7. errorem magnum ipse, & Sacerdotes & Levitæ, qui cum ipso. Hi portare debebant arcam, Num. 7, 9. isti ad portandum omnia instruere & Arcam contegere. Num. 4. 15. ille, vt juxta legem omnia fierent, imperare, Deut. 17. 19. Jos. 1. 8. & neque ad dexttam neque ad sinistram ab eâ recedere. Sed & Huzzæ illa propria & singularis erat contra legem Num. 4. 15. prævaricatio: quod Arcam manu tangit. Ita sanè erravit Rex, erravit Doctor & Levita præcipuus: ut omnes nos erroribus esse obnoxios agnoscamus: & vt religio nobis deinceps sit, vel in minimis à præscripta nobis forma ac norma verbi Dei discedere: ut fuit Davidi. Nam mox in v. 13. huius capitis ex lege institutum deductionis negotium successus habebat secundos. Ita *docuerunt semper quæ nocuerunt.* Vide 1. Chron. 13. vers. 11. & c. 15. 2. & 13. פֶּרֶץ in præcedente sectione habuimus, remisimusque lectorem ad num. XLIX. Nomen עֻזָּה *fortitudinem* notat: aliàs עוֹז, à עָזַז *roborare, fortificare, confortare.* Vicina sunt *ἰσχύω, valeo, ἰσχὺς, robur, ἴς, vis.*

Gen. 10. 19. עַזָּה *Hazza*, Gaza. Act. 8. 26. robur.

1. Par. 24. 18. מַעֲזִיָּהוּ *Mahhazjahu*, vel Masias, fortitudo DEI.

Esr. 2. 12. עַזְגָּד *Ghazgad*, fortis exercitus.

Neh. 11. 22. עֻזִּי *Hhuzzi*, fortitudo mea.

Neh. 3. 16. עַזְבּוּק *Hhazbuc*, vacuitas roboris, vel hircus vacuitatis, à עָזַב.

Neh. 3. 8. עֻזִּיאֵל *Hhuzziel*, fortitudo Dei.

1. Par.

1.Par.15.21. עזזיהו *Hhazazjahu*, fortitudo Dei.
Num.34.26. עזן *Hazzan*, fortitudo earum.
Ruth.2.1. בעז *Bohhaz*, in fortitudine.
Dan.11.38. מעזים *Mahhuzzim*, fortitudines.
2.Sam.23.31. עזמות *Hhazmavet*, fortis mors.
2.Reg.15.13. עזיה *Hhuzzijah*, fortitudo Dei.
Luc.24.13. Εμμαούς, mater fortitudinis. Sed hoc aliter suo loco reddemus.

CXVI.

מיכל Michál. Michol. Mical. Michal. Μελχόλ.

2.*Sam.6.16.*

ARrogantiam huius nominis æquat factũ quod hîc memoratur. Divinâ plenus lætitiâ David, quod negotium deductionis ARCÆ infeliciter anteà tentatum benè & ex voto nunc successisset, religiosa saltatione ad laudativa, quæ decantabantur, carmina accommodatâ ostendit publicè, quo affectu Deum coleret, quanto gratitudinis fervore arderet, & quo studio tantum beneficium susciperet. Regina autem Michal, turgens fastu & audacia ob stemmatis regij sublimitatem, & alias corporis atque animi dotes, omnia habet ludibrio, Davidemque maritum coràm asperis compungens verborum aculeis nimiæ accusat & tantum non propudiosæ abjectionis levitatisque in tanto Rege non ferendæ: *Retexit se hodie Rex* (inquit) *ante oculos ancillarum servorum suorum prorsus vt retegit se unus quispiam è vanissimis hominibus.* Os durum! Scilicet isti hominum generi tam altè impressa est (quam nunc vocant) *reputatio* sua, seu vana potius nominis & generis ostentatio: ut ne in religionis quidem exercitio

tio quicquam ferre velint, quod ei vel minimum aduersetur. Sed meminisse debebant, omnes tum pares esse, quando huc ventum est, ubi cum Deo agitur. Sonat igitur מִיכָל *quis omnia?* q.d. TV aut, *Quæ perfecta & consummata?* q.d. nisi tu. Nomen certè fastuosissimum, si quod aliud. מִי est *quis, qui* & *quæ*. מָה *quod*. Hinc Michaël & Micajehu, id est, *quis sicut* DEVS? & Mica מִיכָה *quis hic?* Ier. 26.18. כֹּל est *totum, omne, vniuersum*: à verbo כָּלַל *consummavit, perfecit, absolvit*. מִכְלָל est *perfectio, consummatio*. Hinc ὅλος totus: germ. hehl: dicimus enim der ganze hehle hauffe: & καλὸς pulchritudo: & *colophon*, κολοφών.

Nehem. 3.2. כָּלְחֹזֶה *Colchozeh*, omnis videns.

Ruth. 1.2. כִּלְיוֹן *Ciljon*, consummatus: vel vas, à כְּלִי.

Esr. 10.36. כְּלוּהוּ *Celuhu*, totus ipse.

Esr. 10.30. כְּלָל *Celal*, consummatio.

2. Sam. 3.3. כִּלְאָב *Cilab*, totus pater.

1. Regum 4.31. כַּלְכֹּל *Calcol*, consummans omnia.

2. Reg. 15.1. יְכָלְיָה *Iecholia*, consummatio Domini.

Iudith. 2.4. כָּלְפַּרְנַע *Colparneah*, omnem taurum dispergens.

Affinia sunt huic Radici כָּלָה consummavit: & כָּלָא clausit: vnde κλείω, i.e. claudo.

CXVII.

מפיבשת Mephiboscheth. Mephibóseth. Miphiboseth. Mephibosèth μεμφιβοσθέ.

2.Sam.9.10.

HVnc Ionathanis filium vtroque pede claudum, v.17. adeoque rebus agendis inutilem, superstitem fecerat belli civilis alea per tot annos inter Davidem & domum Saulis animis irritatissimis & summis viribus continuata: quibus credibile est plerosque ex filiis ac nepotibus Saulis & tota eius progenie oriundos fuisse consumtos. David igitur amicitiæ antiquæ, quam cum Ionathane coluerat, memor, istum Lodebaro oppido trans Iordanem sito ad se accersitum in aulam vocat, & mensæ suæ perpetuum convictorem adoptat. Cuius beneficij magnitudine obstupefactus: *Quid est*, inquit ad Davidem, *ut respexeris ad canem mortuum, qualis sum ego.* Quid? quod omnia Saulis & Ionathanis bona Mephiboscheto restituit atque addicit David, eique Oeconomum ac negotiorum gestorem Tzibam adjungit: quò regio stemmati fortuna par & corporis vitæque cultus respondeat. Factum egregium & tanto Rege dignum. Sed Mephiboschetum intueamur: hunc natura noverca pudefecerat, atque utroque claudicantem pede produxerat: quare à pudore oris, seu faciei ignominia ac confusione nomen sortitus est: sicut contra פִּיכֹל Princeps exercitus Abimeleci Regis Geraræ, seu Cancellarius, dictus fuit quasi *os omnium*, à פֶּה os, in regimine פִּי: pluraliter פִּים:

quæ vox multa significat, putà *labrum* & *foramen* cuiusque rei, item *mensuram* ac *portionem*, *aciem gladij*, *sermonem* quoque & id genus consimilia per metonymiam. Vicina sunt *for*, *fama*, φήμη, φάγω, *comedo*, πόμα *potus*. Et nostrum weffe/waffe : est enim, פִּי os eius.

Gen. 29. 23. זִלְפָּה *Zilpa*, vilitas oris.

Exod. 14. 2. פִּיהַחִירוֹת *Pihachiroth*, os montium Chirotarum.

Gen. 46. 21. מֻפִּים *Muppim*, ex oribus.

Ios. 15. 24. זִיף *Ziph*, istud os : à זֶה iste. Vel *pix* : infrà num. DCCCCXXIII.

Matth. 10. 3. פִּילִפּוס *Philippus*, i. e. os lampadis.

Gen. 26. פִּיכֹל *Pichol*, os omnium, seu orator perfectus: sic כַּלְפַּי *Calpi*, 1. Maccab. 11. 70.

Ps. 119. 129. פֵּא litera, i. e. os.

Esr. 2. 57. פּוֹכֶרֶת *Pochereth*, oris concisio.

Altera vox est desumta ex R. בּוּשׁ *pudore suffundi*, *erubescere*: unde בּוּשׁ *confusio*, & בֹּשֶׁת *ignominia*, מָבוּשׁ *verenda*. Germanicum huc exactè quadrat beschemen/scham. Et Gr. αἰσχών, *pudor*, αἶσχος, *turpitudo*. Cognatum est בָּאַשׁ *fœtere* : vnde βδέω, *fœteo*, *puteo*, *pedo*.

2. Sam. 11. 21. יְרֻבֶּשֶׁת *Ierubbeschet*, litigium confusionis.

Gen. 25. 13. מִבְשָׂם *Mibsam*, pudore suffundens.

2. Sam. 2. 8. אִישׁבֹשֶׁת *Isch-boscheth*, vir confusionis, vel ignominiæ.

CXVIII.

חָנוֹן Chanun. Hanón. Hanon. ἀννών.

1. *Sam.* 10. 1.

HAbuimus nomina quędam, personis suis prorsum convenientia. Occurrit jam vnum, quod regu-

regulam sufflaminat. Exulârat David persecutionibus Saulis cedens apud Regem Moabitarum: à quo multa humanitatis & hospitalitatis officia acceperat. Vicem itaque repensurus eius filio Chanun, gratiamque gratiâ provocaturus & deinceps nutriturus, legatione honorificâ, ad testandum sympathiam ob parentem eius tum temporis fato functum comparatâ, salutandum eum statuit. At tantum abest: ut iste Chanun gratam habeat tanti regis honorificentiam, ut suis suspicionibus & Cõsiliariorum sinistris suggestionibus in transuersum actus ad extremam prorumpat væcordiam. Iuribus enim gentiũ conculcatis, & vicinitatis fœderibus abruptis, & hospitalitatis officijs contemtis, summâ Legatos Davidicos mactat contumelia. *Accipit servos Davidis, abradit dimidium barbæ eorum, & præcidit vestes eorum per medium usque ad nates eorum: sic remittit eos.* O os impudens minimeq; gratiosum: quamvis ita nomen tuum sonet! Verbum חָנַן est *gratiosum esse, gratis dare, parcere, gratificari, beneficum esse.* Hinc יוֹחָנָן *Iohannes*, i.e. gratiosus, seu gratiam consecutus. Coincidit nostrum günstig / gunst / genade. חֵן est gratia: unde *Ciconia* Latinorum: sicut à חֶסֶד est חֲסִידָה ciconia. Hinc est copiosa seges nominum propriorum: omnes enim, gratiosi audire gestiunt; nempe:

Zach. 6. 14. חֵן *Chen*, gratia.
Ierem. 32. 7. חֲנַמְאֵל *Chanamel*, gratia ex Deo.
2. Reg. 25. 23. יוֹחָנָן *Iochanan*, gratiosus.
1. Reg. 16. 1. חֲנָנִי *Chanani*, gratiosus.
1. Reg. 4. 9. בֵּית-חָנָן *Beth-chanan*, domus gratiæ.
2. Sam. 21. 19. אֶלְחָנָן *El-chanan*, gratia vel misericordia Dei.

1.Sam.1.2. חַנָּה *Channa*, gratiosa.
Es.30.4. חָנֵס *Chanes*, gratiæ vexillum.
Num.34.23. חַנִיאֵל *Channiel*, gratia Dei.
Neh.3.16. חֲנָדָד *Chenadad*, gratia dilecti.
Num.26.35. תַּחַן *Tachan*, misericors, gratiosus, deprecans.
Ios.19.14. חַנָּתוֹן *Channathon*, gratiæ vel misericordiæ.
Act.5.1. *Chananias*, in gratiam recepit DEVS.

CXIX.

תָּמָר Tamar. Thamár. Thamar. Θῆμαρ. θάμαρ.

2. *Sam.*13.2.

ABschalomo filio Davidis soror pulchra erat; nomine Tamar. תָּמָר palmam significat: quæ arbor decantatæ est *pulchritudinis*: ut insinuant verba præsentia, & frequens ostendit comparatio Scripturæ, quæ florem, virorem, speciemque palmæ in virum justum transfert. Ps.92.13. Eadem victoriæ insigne est: quæ termitibus seu ramis arborum circumgestandis olim celebrari consueuit: quo fit ut Latinum *termes*, i.e. ramus ab arbore decerptus, rectè à nomine תָּמָר decerpatur: sicut etiam ipsa pompa victorum, quæ communi plurium linguarum nomine exprimitur, vocaturque θρίαμβος, *triumphus*, triumph/ab eadem voce sumto nomine. Plin.lib.13. cap.21. *Myricen & Italia, quam alij tamaricen vocant, Achaja autem bryam sylvestrem.* Vides *tamaricen & myricen* eandem esse. Sed Tamarix est frutex humilis. Vide Botanicos.

Gen.38.v.6. תָּמָר alia, vidua delicioſa: quæ in suos ample-

amplexus Iudam fraude illexit: cum meretricio habitu induta instar mulieris meritoriæ in via publica pudicitiam auctoraretur.

Exod.6.23. אִיתָמָר *Ithamar*, insula palmæ.

CXX.

רֹגֶל Rogel. ῥωγήλ.

2.*Sam*.17.17.

QVi longo belli usu omnia imbiberat, quæ ad prudentiam militarem pertinebant, & insidiarum tam faciendarum quam vitandarum peritissimus artifex erat David, non tantum Chuschaium Arcæum in vrbem remittit, quem Achitopheli opponeret, sed etiam Iehonathanem & Achimahhatzum cõstituit exploratores ad fontem Rogelis. *Ad hos profecta quædam ancilla indicavit eis: vt ipsi euntes indicarent Regi Davidi. Videns tamen eos puer indicavit Abschalomo: quapropter abeuntes ambo festinanter venerunt in domum cuiusdam Bachurima, cui puteus erat in atrio ipsius, quò descenderunt. Cumque accipiens mulier ipsa explicâsset tegumentum in superficie illius putei, & expandisset super illud molam: non innotuit res.* Hinc plane constat nominis ratio. רֹגֶל exploratorem notat, à רָגַל *explorare*: item *detrahere*, *obtrectare*, quod exploratorum ferè est proprium. Hinc vsitata vox רֶגֶל, i.e. *pes*, appositè certè: exploratorum enim est jugiter discurrere & cum curâ speculari, quæ renuntient Dominis suis. רֹגֶל etiam est *fullo*, sic dictus, quod pannus inter lavandum pedibus calcet. Confieri hinc potest Latin. *Gralla*: unde grallator, is qui grallis incedit, vel gressus ingentes facit.

Gralla-

Grallatorius gradus à Plauto opponitur *formicino* & teſtudineo. Notus eſt pantomimorum luſus apud Veteres: quem haud ſcio, an non magna ex parte imitentur hodieque Italicæ mulieres grallatrices: quæ quoddam genus calceamenti longuriis & perticis ſimile geſtant: vt giganteâ proſtent altitudine & omnes amatores ſuos ſuperemineant procerita-te. Ita ſanè placet eis omnia ementiri, colorem, habitum, faciem, vultum, greſſum, inceſſumque.

Ioſ.15.7. עֵין רֹגֵל *Hhen Rogel*, i.e. fons fullonis vel exploratoris.

2.Reg.17.30. נֶרְגַּל *Nergal*, explorans: alijs gallus vel gallina ſylveſtris. Vide ſuo loco.

CXXI.

יַד־אַבְשָׁלוֹם Jad-Abſchalom.

2.*Sam.*18.18.

ASſumſerunt Abſchalomum, & projicientes eum in eâ ſylvâ in quandam foſſam magnam ſtatuerunt ſuper eum cumulum lapidum magnum valdè: omnes verò Iſraëlitæ fugerunt ad tentoria ſua. Abſchalom autem aßumtam ſtatuerat ſibi in vita ſua ſtatuam in convalle Regis: dicebat enim; non eſt mihi filius: vt monimentum ſtatuam nominis mei: quapropter vocavit ſtatuam illam de nomine ſuo: quæ vocatur יַד אַבְשָׁלוֹם *Iad-Abſchalom uſque in diem hunc.* Qui ſceleribus & paricidiis nobilitatus erat, æternum ſibi quærit nomen Mauſoleo, vel ſtatuâ in ſui memoriam erectâ. Verum omnia nefariis contrà eveniunt, quam ipſi concupiſcunt. In valle Regis quam duobus ſtadiis Hieroſolymâ abfuiſſe dicit Ioſephus, ſtabat iſte titulus ſeu monumentum Abſchalomi. Verùm aliud ipſi monumentum longe dura-

durabilius sceleris atrocitas peperit: quod in hodiernum usque diem manet, & augetur quotidie à prætereuntibus: ut, qui terram Sanctam speculati sunt, nobis referunt. Quisquis enim transit, sive peregrinorum sive incolarum, etiam ipsorum Mahometanorum, cum execratione eò lapidem mittit, & dicit: *Maledictus sit parricida Absalom, & quicunque injustè parentes suos persequuntur, maledicti sunt in æternũ.* Vide Adrichomiũ. Nomen יָד significat manũ: quæ cum sit instrumentũ instrumentorum, infinitis rebus alijs, quæ vel instrumẽti loco esse possunt, vel à manu veniunt, accommodari solet, adeo vt sit *facultas, consilium, mediũ, vis, robur, operatio, locus, plaga, latus, spatium* (sic literam Jod exponit Bellarminus, quod spacium inter literas relinquat) *prophetia, præceptum, monumentum, statua*, 1. Sam. 15. 12. &c. Martialis de vase artificis lib. 8. epigr. 51.

Quis labor in phiala docti? Myosanne Myronis?
Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua?

Radix est יָדָה vel יָדַד *projicere*: quod fit manu: & *confiteri*: de qua egimus in nomine Judâ num. xxx. A יָד est nostrum hand/inserta litera n/& end, id est, finis.

Esr. 10. 44. יָדָיו *Iaddau*, manus eius.

Ios. 19. 15. יִדְאָלָה *Iidala*, manus juramenti.

CXXII.

כּוּשִׁי Cuschi. Chusi. Cusi. χοσί.

2. *Sam.* 18. 19. 20. 21.

CVm Achimahhatz filius Tzadoki diceret: Excurram quæso & nuntiem Regi, Iehovam vendicâsse eum è manu hostium eius: dixit ei Ioab: tu non is es, qui perferas nuntium

tium hoc die, sed nuntiabis die alio: hodie autem non es nuntiaturus, quandoquidem filius Regis mortuus est. Dixit verò Ioab ad כּוּשִׁי *Cuschi: abi nuntia Regi, quod vidisti: qui Cuschi inturvans se Ioabo cucurrit. Pergens autem adhuc Achimahhatz filius Tzadoki dicebat ad Ioabum: quicquid tandem sit, excurram ego quoque post ipsum Cuschi: utut diceret Ioab, Quamobrem tu cursurus esses, fili mi? cum tibi non sit nuntius conveniens? Quicquid sit, inquit, excurre: excurrens itaque Achimahhatz viâ planitiei, prætergressus est Æthiopem illum.* Bonorum virorum est, gaudere cum gaudentibus & gaudij sui alios facere participes. Achimahhatzum tamen ad perferendam de victoriâ partâ Daxidi nuntium nimis æstuantem reprimit & cohibet Ioab: quod animum Davidis longe haberet exploratiorem, quàm iste juvenis. Nec caret judicio, quod Cuschi mittit, qui erat *Æthiops*: sicut pleræque versiones hoc nomen reddiderunt: quamvis haud paucæ etiam illud Hebraicum servent. Nigrum scilicet eligit Ioab cursorem: quia lugubria nuntianda erant, quamvis mixta lætis. Superstitioni affine est, quod Mauri, vel deformis Viri occursus inauspicatus creditur. Taxat eam & revincit Ioh. Brodæus lib. 4. Miscellan. cap. 1. כּוּשׁ fuit filius Chami, autor Æthiopum: unde כּוּשִׁי Æthiops dicitur. Nigredinis causa Gen. 9. exponitur. Quia enim Chamus simplicem & innoxiam patris nuditatem ludibrio habuerat, ideo filijs eius & nepotibus nota inuritur perpetuæ caliginis & atroris vel certè coloris luridi, qualis in illa gente conspicitur. Solum enim Solis ardorem causam eius nigroris facere prohibet gentium sub eodem climate habitantium multitudo, quas nihil tale deturpat. Cognata sunt καῦσος Θ-

ardor

ardor à verbo καίω *uro*, & καῦσις *ustio*, καυσὸς *ustus*: & Germanica heiß/hitze/heßlich, quales sunt Aethiopes.

Genes. 6.10. כּוּשׁ *Cusch*, filius Chami, &, Æthiopia.

Iud. 3.8. כּוּשַׁן רִשְׁעָתַיִם *Cuschan rischhhatajim*, i. e. nigredo iniquitatum.

CXXIII.

זֹחֶלֶת Zocheleth. Zohéleth. Zoheleth. Ζωελέθ.

1. *Reg.* 1.9.

Adonija mactatis pecudibus ac bobus usque pinguibus apud lapidem Zocheleth, qui est juxta fontem Rogelis, invitavit omnes fratres filios Regis, & omnes homines Iehudæ servos Regis. Quæ huic maximo natu Davidis filio ex successione debebatur Regia dignitas, ea jam in Salomonem translata fuerat: ex quo intelligimus, ita temperatum fuisse ius illud Regium apud Iisraëlitas: ut quamvis ad familiam Davidis pertineret, nihil tamen obstaret, quin ex filiis regum, non habita ratione primogenituræ, alij alijs præferrentur. Hoc impatientissimè ferens Adonijah, & cum Ioabo & Ebjathare conspirans, sibi exitium attrahit. Memorantur hoc loco epulæ inaugurales apud lapidem *Zocheleth* celebratæ: quæ mox dissipantur detectâ per Nathanem conspiratione, & Salomone, jussu Davidis, successore solenniter declarato. זֹחֶלֶת igitur est proprium nomen lapidis, & *repentem* vel *timentem* significat. זָחַל enim est proprium reptantium

super

super terram animalculorum; quæ ad hominum conspectum timent atque expavescunt, & ad loca abdita sese proripiunt: unde etiam nomen huic lapidi factum, à copiâ nempe reptilium, quæ ut plurimum sub magnis lapidibus degunt, ut ad illos certi tutum præsidium queant refugere, si ab avibus irruentibus impetantur, vel valentioribus animantibus alijs infestentur. Ab hac Radice חָלַל est nostrum schleichen/ & gr. ἔγχελυς, ος, anguilla: & σελάσ-της limax.

CXXIV.

יָכִין בֹּעַז Jachin. Bohhaz. Jacin. Boaz. Jachin, Booz. Jachin Bohas. ἰακούμ, βολώζ

1. Reg. 7. 21.

ERexit columnas ipsas in porticu templi Schelomo: erectamque columnam dexteram vocavit nomine eius Iacin, postea erectam columnam sinistram vocavit nomine eius Bohhaz. Opera magnificentiæ regiæ nominibus ex re ipsa desumtis insignire, & toti structuræ templi admirabilis benè ominari volens Salomon, columnas à se curioso ornatas artificio, & in eâ porticu, quæ τοῦ τῷ Σολομῶντι dicitur Ioh. 10. 23, collocatas vocibus distinguit: quas si combinare libeat, hunc benè precantis sensum elicere possis: *Stabiliat* (sc. DEVS) *in robore.* יָכִין est tertia futuri in Hiphil, ex R. כּוּן *stabilire, firmare, præparare, ratum facere, decernere, constituere*: unde est nostrum kunst/ i.e. *ars*: nam de machinamentis artificiosis hoc verbum sæpissime usurpatur: & *canon*, κανών. אֲשֶׁר est particula affirmativa;

tiua, *certè, verè*. 2. Reg. 24. 6. יְהוֹיָכִין *Iehoiacin*, Domini præparatio.

2. Sam. 6. 3. נָכוֹן *Nacon*, paratus vel certus.

1. Par. 15. 21. כְּוָנַנְיָהוּ *Conanjahu* vel Conanias, præparatio, firmitas, vel rectitudo Domini.

Neh. 11. 28. מְכוֹנָה *Mecona*, sustentaculum, basis.

Ezech. 27. 23. כַּנֶּה *Canneh*, basis seu rectitudo.

Matth. 1. 13. אָבִיהוּ *Achin*, præparabo.

Amos. 5. 26. כִּיּוּן *Cijun*, præparatio.

Alterius columnæ nomen est בְּעַז, quod sonat *in robore*, vel, in ipso est robur, vt בּוֹ sit *in eo*, & עַז *robur*. Gen. 49. 3. vbi substantiuè vsurpatur: adiectiuè *fortis, robustus*: à עָזַז fortificauit: de quo egimus n. cxv. supra in nomine פָּרֶץ עֻזָּה ex 2. Sam. 6. 7.

CXXV.

כָּבוּל Cabul. Chabul. Cabul.

1. Reg. 9. 13.

QVia Chiram Rex Tyri donauerat Schelomonem lignis cedrinis & lignis abiegnis ac auro pro toto desiderio eius: ideo dedit Rex Schelomo Chiramo viginti ciuitates ad regionis limitem. Itaque egressus Chiram Tyro ad visendum ciuitates illas quas dabat ipsi Schelomo, cum non placerent in oculis eius: dixit, Quid sunt ciuitates istæ, quas das mihi frater mi? ideo vocat eas quisque terræ Cabul ciuitates vsque in diem hunc. כָּבוּל est compeditus seu compede vinctus: nam כֶּבֶל est *compes ferreus* aut *catena ferrea*. Terram igitur כָּבוּל hoc loco vocatam esse censent Rabbini, quasi lutosam; pfulicht/ (vnde nostrum pfuel forte extitit) quod pedem immersum tenaci luto velut compes retineat: vel quia erat arenosa

& consequenter infrugifera. Hæret quoque Nicolaus Fullerus c. 16. Misc. lib. 5. propter vliginemne an arenam sterilis hæc terra habeatur à Rabbinis. Affert Brocardi autoritatem, asserentis eam terræ partem seu tractum Libani supra modum fertilem esse & cultum. Adde Ascheris istum fuisse funiculum Gen. 49. 20. de quo Patriarcha: *Pinguis erit eius panis, & ipse præbebit delicias regibus.* Censet igitur Fullerus prudentiæ Salomonis id esse transscribendum, qui Tyrios deliciis solutos & ignauiæ assuetos ad terram, cuius cultura laboriosa erat & cum sudore coniuncta, exercendam pertrahere voluerit, vt ruri agere & opus facere discerent. Certè Salomonis maiestati parum honorificum fuisset, aliis donâsse, quibus ceu infructuosis ipse vti nõ poterat, iuxta versum,

Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit.

Veruntamen possunt alia in considerationem venire, vtpote situs commoditas, & Tyriorum luxuriosorum vicinitas, aut subditorum ac limitaneorum illorum iniquitas: quæ prudentiam Salomonis facile excusent. כִּבֵּל est *copula*, kuppel: *copulare*, kuppeln. nam hîc omnia facilè concordant. Sic φίβλα, φίβλη, fibula.

CXXVI.

רְחַבְעָם Rechabhhám. Rehabam. Roboam. Rehabeam. ῥοβοάμ.

1. *Reg.* 12. *v.* 11. 12.

REhabeam paterni regni deliciis & fortunæ dotibus ebrius spreto seniorum consilio subditis

ditis onerum publicorum remissionem flagitantibus ita respondet. *Pater meus vos onerauit jugo graui: ego autem superaddam iugo vestro: pater meus castigauit vos scuticis: ego autem castigabo vos flagellis aculeatis.* O imprudens responsum! quo quod ex nomine habebat omen prorsus corrumpit, & in contrarium vertit. Ab augendo enim populo dictus est רְחַבְעָם dilatauit: de quo supra diximus in Rechoboth, ex Gen. 26. 22. num. xxv. Et עָם populus: de quo in Benhhammi supra num. xvii. ex Gen. 19. 38. Sed ita scilicet dilatauit populum suum Rechabhhamus: vt ex duodecim tribubus vnam tantum retineret: adeo sæpe rebus nomina non respondent, contrà quàm habet versiculus: Omina sunt rebus nomina sæpe suis.

CXXVII.

צָרְפַתָה Tzarphatha. Tzarphata. Sarepta. Sarphath. Sareptha. Zarpath. σαρεφθά.

1. Reg. 17. 9.

SVrge, inquit Dominus ad Elijam, *abi Tzarpatham, quæ est Tzidonis, & consideto ibi: ecce præcepi ibi mulieri viduæ, vt sustentet te.* Dominus mirificat sanctos suos. Ps. 4. 4. Ecce Prophetam: ecce viduam. Cur ad viduam mittitur Propheta, durante incendio annonæ per triennium? Cur ad Tzidonios vsque excedere cogitur? Cur Sareptæ considere iubetur? Plena hæc mysteriorum omnia: nos vocabulum intuebimur. Tzarpatha vel Sarepta officinam sonat: in qua metalla conflantur; qualem hîc fuisse non valde dubium erit ei, qui Tzidonios artium qua-

rumque inuentores cultoresque ab omni æuo peritissimos celeberrimosque fuisse nouit, præsertim cum etiam Chiramus huiusce rei testis sit 1. Reg. 5. v. 6. vbi suadet Salomoni, vt horum opera in structuris suis potissimum vtatur: nec diffitetur suos Tyrios Sidoniis minimè pares esse. צָרַף est *fundere ad purificandum, conflare, igni excoquere metalla, examinare, à scoriis purgare.* צָרָף est conflator. מַצְרֵף vas, in quo funditur vel purificatur aurum: quod artifices hodieque nostri *Athanorem* vocant, quasi Al-tannur. al est articulus Arabicus, sicut in Almansor, Almageste, Almanah, Alcoran. תַּנּוּר autem est fornax, clibanus, furnus. Gen. 15. 17. Ad צָרַף approximat πρήθω inflammo, & Latina *furnus, ferveo, februo*, i. e. per ignem purgo.

CXXVIII.

עֹבַדְיָהוּ Hhobadjahu. Obadias. Obadiáhu. Hobadja. Abdias. Obadja. ἀβδιοῦ.

1. Reg. 18. 3.

ERat Hhobadia timens Iehovæ valde. Æternum encomium fautoris Prophetarum & Collegiorum ac Scholarum nutritij: cuius honor, nomen semper laudesque manebunt. Sonat *servientem Deo.* à עָבַד *servire, obsequi, ministrare, colere, operari, facere:* hinc עֶבֶד *servus:* עֲבוֹדָה *opus, ministerium, servitus.* ex eo nobis sunt bote: Græcis ὀπαδὸς vel ὀπηδὸς pedissequus, πείθομαι obedio, quod servorum est: θωπεύω colo.

Ruth. 4. 17. עוֹבֵד *Hhobed*, servus, operarius.

Dan. 1. 7. עֲבֵד נְגוֹ *Hhabednego*, servus claritatis.

Ier.

Ier.38.7. עֶבֶד מֶלֶךְ *Hhebedmelech*, servus Regis.
2.Sam.6.11. עֹבֵד אֱדֹם *Hhobed-edom*, servus hominis.
Ios.21.30. עַבְדּוֹן *Hhabdon*, serviens: alibi עֶבְדּוֹן.
Esr.8.6. עֶבֶד *Hhebed*, servus.
1.Reg.4.6. עַבְדָּא *Hhabda*, servus.
Bisyllabum יְהוֹ est desumtum ex nomine Iehovah, unde vel à fronte vel à tergo combinata habes in hac ὀνομαλοσχεδία penè infinita propria: de quo supra num.LX.

CXXIX.

יָקְתְאֵל Iokteel. Joktheel. Joctheel. Jectheel. Jaktheel. ἰεκθοήλ. ἰεθοήλ. ἰεθοήλ.

2.Reg.14.7.

Percußit Amatzia filius Ioaſch Edomæorum in valle ſalis decem millia, & occupavit petram in eo bello, cuius nomen vocat quiſque Iokteelem uſque in diem hunc. Rara felicitas, quæ huic Regi contigit, isto præsertim tempore: quo regna Iudæ & Iisraëlis vicinorum depræd ationibus atque invasionibus erant semper obnoxia, certè ita attrita, ut religionis & antiquitatis priscæ gloria penitus esset obliterata. Quare non est mirum rei tam insperatæ monumentum aliquod hosce victores existere voluisse, imposito novo huic petræ nomine, quod est יָקְתְאֵל notans *aggregationem* vel *congregationem Dei*. Commendatur enim Amatzia Rex, quod subditos suos instaurato cultu religioso ad Deum reduxerit. Radix est יָקַהּ, ex quâ קְהָלָה, aggregatio, collectio, associatio, item

obedientia. Gen.49.10. Prov.30.17. Hinc non longè abest ἀκούω, *audio, obedio*: Gallicè *escouter.*

Gen.46.11. קְהָת *Kehat*, collectio congregatio.

CXXX.

נְחֻשְׁתָּן Nechuschtan. Nehusthan. Nehuſtan. νεεθάν. Nehuſthan. Nehuſtan.

2.*Reg.*18.4.

EZechias vel *Chitzkija amovit excelsa, fregit statuas, & excidit lucum: contudit etiam serpentem æneum* נְחַשׁ הַנְּחֹשֶׁת *quem fecerat Moſche: eò quod usque ad dies illos adolerent ei, quem vocavit Nechuschtanem.* נְחֻשְׁתָּן est æreus. à נְחֹשֶׁת chalybs, ærugo. Rad. נָחַשׁ in Piel. נִחֵשׁ *augurari, divinare, ominari, curiosè & callide observare, conjectare,* quod Græcis est εἰκάζειν. Notum est illud Aristotelis: Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς, *Qui benè conjectat, vatum optimus ille putatur.* Perrinet huc tota Augurum & Pythonum, à פֶּתֶן, i.e. *serpens, aspis,* dictorum disciplina, mancipata servituti Serpentis antiqui, qui nos primum à Deo avertit, & suos caculas, i.e. magos & sagas in perniciem generis humani hodieque sibi magno numero adoptat. נָחָשׁ est *serpens*: cuius in hac disciplina vsus præcipuus: ut ex Psal.58.v.5. & 6. patet: quare non est mirum à serpentibus vaticinandi notam Hebræos desumsisse. נַחַשׁ est *augurium, omen*: quod convenit cum ὄσσομαι auguror, ὄσσα omen: ὀσσεία vaticinatio. Nostrum quoq; otter & natter huc faciunt: nam frequens Saxonibus *s* & *t* literarum permutatio est.

1.Sam.11.1. נָחָשׁ *Nachasch*, Serpens.

2.Reg.24.10. נְחוּשְׁתָּא *Nechuschta*, fatidica sive chalybea.

Exod.

Exod.6.22. נחשון *Nachschon*, *Nahasson*. Matth.1.4. Luc.3.32. serpenticulus, vel serpens parvus.

CXXXI.

יַעְבֵּץ Jahhbetz. Jaabés. Jabés. Jabez ἰαβίς. ἰααβέζ. ἰαβής. ἰγαβες.

1.Chron.4.9.

FVit Iahhbetz honoratior fratribus suis: cui mater indidit nomen Iahhbetz, dicendo eò quod perperi בְּעֶצֶב cum dolore, ita vocandus est. Nam invocavit Iahhbetz Deum Israëlis dicendo, si planè benedicens ampliaveris terminum meum, & aderit manus tua mihi, denique feceris, ut malum non afficiat me dolore (עֶצֶבְ dolore me.) fecitque DEVS, ut eveniret, quod petierat. Jahhbetz igitur est doloríficus, corrupto nomine per metathesin literarum, pro יְעַצֵּב, à R. עָצַב *tristitia & dolore affici, sauciari & discruciari animo.* עָצַב & עֶצֶב est *dolor, tristitia.* Hinc σοβεῖσθαι *consternari, contristari.* Et Germ. seuffzen. Ἀσαιvεῖv est ægrè ferre.

CXXXII.

בְּרִיעָה Berihha. Beriah. Beria. Bria βαειέ.

1.Chron.7,23. al.8.23.

EPhrajimo occiduntur novem filij ab hominibus Gathi populantibus fines Ægypti: cum quibus crebra bella gerere solebant. *Quapropter luctu afflixit se Ephrajim pater eorũ diebus multis: sed venerunt fratres eius ad consolandum eum. Tum congressus est cum uxore suâ: quæ concipiens peperit filium, & vocavit nomen*

eius Berihha: quod בְּרִיעָה *in afflictione fuisset propter familiam suam.* Tragicus casus orbitatis, eoque luctuosior tanto Patriarchæ, quò enixius tunc quærebat seminis multiplicationem, unâ præsertim Ioſephi tribu in duas distributâ, Manassen scilicet & Ephraimum, & hac ob ubertatem, à qua etiam nomen ipsum decerptum est, illi prælatâ. Gen. 48.20. בְּ in fronte est præpositio: רַע est *malus & malum*: רוֹעַ *malum*. Radix est רָעַע vel רוּעַ *malum esse, displicere, vociferari*, item *conterere*: unde ἀρχ/ & δρχος, i.e. *malus, piger*: & Lat. *reus*: *rigidus*. Faciunt huc quoque roher/ ruchloß/ rohloß. Conveniunt in significatione *conterendi* רָעַע, רָעַע & רָעָה & רָגַע; ex quo רֶגַע *momentum, minutum, temporis minimum quasi fragmentum*.

Ierem. 44.30. חָפְרַע *Chophrahh*, operimentum iniqui. schalcksdecke. Nomen est Regis Ægypti.

1. Chron. 2.18. יְרִיעוֹת *Ierihhoth*, cortinæ seu linteamina.

Gen. 14.1. בֶּרַע *Berahh*, in malo. Nomen Regis Sodomorum.

CXXXIII.

שְׁאֵרָה Scheera. Seerah. Sara. Seera. σαρρά.

1. *Chron.* 7.24. *al.* 8.24.

IDem Ephrajim mæstissimus Pater monimentum cladis, quam passus erat in tot liberorum amissione, restare volens, filiam, quam ex afflicta conjuge, post Berihham filium suscipit, vocat *Scheeram*, id est, derelictam. Hæc ipsa denique lamentabilis illius casus memoriam conservare volens, oppido à se extructo nomen de suo indit, & אֶזֶן שְׁאֵרָה *Vzzen Scheera*

Scheera vocat, i. e. auriculam carnis, vel auriculam remanentem. Quo loquendi genere eodem propemodum sensu utitur Amos 3. 12. *Quemadmodum eripit pastor ex ore leonis ambo crura aut particulam auritam: ita eripientur Israëlitæ.* R. שָׁאַר est *relinquere, remanere, superesse, reliquum esse.* מִשְׁאֶרֶת est *conspersio* vel *farina mista cum aqua*: quæ Græcis est φύραμα: cui exactè respondet nostrum scheern/i.e. conspergere farinam. שְׁאֵר est *caro*: quod Galli retinēt in suo *chair*: nec abludit σάρξ & *caro*: quæ cum apud Hebræos pro consanguinitate & propinquitate sæpe capiatur, potest inde esse *charus*. Faciunt huc etiam ὕστερος posterior, ὑστερῶμαι posterior sum: Et Lat. *reslo, serus, serotinus*: sarg feretrum, vel ἀπὸ τῆς σαρκὸς, à carne: vel quod id recipiat, quod solum ex homine post obitum in terra relinquitur.

Esa. 7. 3. שְׁאָר יָשׁוּב *Schear-jaschub*, i.e. reliquum revertetur.

Vox אָזֶן Vzzen *auriculam* notat: *Nun* enim apud Hebræos diminutiva format, ut Schimschon parvus sol: Ischon parva imago in oculo. אָזַן est *auris*: unde verbum in Piel אִזֵּן, i.e. *audivit*. Non longè abit *auris* Latinorum: nam & Scaliger docet in Conjectaneis, veteres *ausis* dixisse, & *auses* pro *aures*: ex quo reliquum est ausculto, pro aursculto. Succurrit etiam Græcum οὖς, & nostrum ohr / gehör. Πάνωλος qui totus est auris: unde forte *Panætius*.

Ier. 35. 3. יַאזַנְיָה *Iazanjah*, Iezonias, auscultatio Domini.

Ios. 19. 34. אַזְנוֹת תָּבוֹר *Aznoth tabor*, aures electionis.

2. Reg. 25. 23. יְזַנְיָהוּ *Iezonias*, auscultatio Domini.

CXXXIV.

בְּרָכָה Berachá. Beracha.

2. Chron. 20. 26.

DIE *quarto congregarunt se in convalle* בְּרָכָה *Berachæ: vbi* בֵּרְכוּ *benedixerunt Iehovæ: idcirco vocant nomen loci illius convallem benedictionis* בְּרָכָה *usque in hunc diem.* Iosaphat admirabili lætus victoria & locupletatus innumerabili prædâ non obliviscitur huius miraculi : quo Hammonitæ & Moabitæ mutuis cædibus confecti fuerant, & Iudæi pristinæ securitati redditi. Inde adeo nomen mansit huic valli, quæ publicis ijsque solennibus ovationibus, gratulationibus & supplicationibus fuerat nobilitata. בְּרָכָה est benedictio: ex R. בָּרַךְ: de qua supra in Abreh egimus ex Gen. 41. v. 42. num. 11.

CXXXV.

אֱלוּל Elúl. ἐλούλ. Elul.

Nehem. 6. 15.

EST hoc nomen vltimi mensis (qui & Græcis est λῶος) in anno civili qui nostro Augusto respondet. Occurrit hoc primùm loco, ubi de instauratione Templi & Murorum Hierosolymitanorum agitur: *Perfectus est* (inquit Nehemias) *murus vigesimo quinto die Elulis, ad quinquagesimum secundum diem.* Fit autem passim mentio in Esdra & Nehemiâ ejulatus & fletus, nonnunquam etiam confusi cuiusdã sonitus permixtorum jubilorum & ejulatuũ. Neh. 8. 10. Esdr. 3. v. 11. 12. 13. Provectiore enim ætate qui priorem magnificentiam Salomoniaci templi cum præsente tenuium operum & structurarum humilitate

litate comparabant, hilarem juniorum festivitatem lacrymis excipiebant: unde intelligimus *ab ejulatu* dictum fuisse hunc mensem: הֵילִיל enim *ejulare* est, ex יָלַל ululare, ὀλολύζειν, heulen: mirificè namque linguæ omnes hîc consentiunt: (ex quo ἄλιος vanus, & ἀλιόω vanus fio) & לַיִל nox: *vespere enim diversatur fletus*, Psal. 30. 6. & noctu maximè audiuntur ululatus: & לוּן pernoctare: à quo לַיִל tractum volunt nonnulli. Pertinent huc etiam אֶלִיל *nihil, vanum, vanitas*: & הָלַל *insanire*: quod in Piel significat *laudare*: de quo suo loco in Halelujah, num. CXLIII. Nescio an יָלַל apud Hebræos sit μέσον, ut ululare Latinis. Sic enim Lucan. *Latis ululare triumphis.*

Esræ 2. 57. חַטִּיל *Chattil*, peccati ululatus.

CXXXVI.

אֶסְתֵר Ester. ἐσθήρ. Esther.

Esther.

Esteræ 2. 7.

MOrdecai Ieminita *nutriebat Hadassam*: *ea est Ester filia patrui eius*: *eò quod non esset illi pater aut mater.* Nomen sanè peraccommodum Esteræ: quàm diu in hac vili atque abjecta conditione permanebat. At *hanc inopem suscitavit à pulvere Dominus, hanc pauperem erexit de stercore*: *vt collocaret eam cum principibus.* Psalm. 113. 7. Cuius rei documentum nomen ipsum gestat. Est enim אֶסְתֵר *abscondita, occulta*, à סָתַר *latere, celare, abscondere*: סֵתֶר *occultatio, latibulum.* מִסְתָּר est *mysterium*, μυστήριον, ubi notabilis est græcæ & latinæ

vocis

vocis affinitas: quam aliàs ἀπὸ τῦ μυεῖν vel μύειν, nempe τὸ στόμα, καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύωται, ab eo, *quod claudere os oporteat, nec ullo modo effari aut prodere quæ docentur*, deducunt. Ex hac R. sunt dicti *Histriones*, qui fabulas personati agunt in scenis: quam vocem Tuscorum esse Livius testatur. Quadrat etiam in Satyros originatio ex hoc Hebræo fonte repetita: ij enim non facile se conspici patiebantur: quod in speluncis & montibus abditi laterent. Quanquam Ælianus Satyros deducat ἀπὸ τὸ σεσηρέναι, quod essent dicacissimi: τὸ σήρειν est rictu & hiantibus labiis aliquem excipere. Ego potius dixerim Satyros esse illos שְׂעִירִים pilosos & hirsutos dæmones, quorum mentio extat Num.17.v.7.

Exod.6.22. סִתְרִי *Sithri*, occultatus.

Num.13.12. סְתוּר *Sethur*, absconditus.

CXXXVII.

פּוּר Pur. Phur.

Esther.3. v.7.

QVærens Haman perdere omnes Iehudæos, qui erant in toto regno Assueri, jussit conjci Pur, id est, sortem coram se de die in diem, & de mense in mensem, usque ad mensem duodecimum: is est mensis Adar. Haman sortilegus convocatis Magistris suis sortiariis qui in eâ versati erant disciplinâ, diem & tempus exterminio Iudæorũ, quos internecioni ob incivilitatem Mordecai (justam scilicet extirpandæ gentis universæ causam) devoverat, accommodum & favens inquiri jubet. *Conjcitur* itaque *sors de die in diem, & de mense in mensem*: donec exeat mensis Adar & dies huiusce mensis decimus tertius: (Vide Esa.47.13.) hic tot hostijs humanis unâ eademque die mactandis à sangui-

sanguinario carnifice, & hæreditario Iudæorum hoste destinatur: erat enim oriundus ex prosapia Agagi Regis Hhamalekitarum: quem Propheta Samuel in frusta concidendum ac dilaniandum curaverat. 1.Sam.15. Veruntamen non erat oblitus Deus comminationis suæ: qua prædixerat fore: ut Hhamalech funditus suo tempore extirparetur. Huius vaticinij veritatem comprobat hęc hiſtoria, cuius memoriam Iudæi hodiernum usque in diem solenni, eaque anniversariâ festivitate concelebrant. Expositio vocis פּוּר in textu habetur: redditur enim per גּוֹרָל, i.e. sortem, quæ Græcis est κλῆρος non hoc solum loco, sed & ter vel quater imò sæpius in capit. 9. huius eiusdem libri: ubi dierum *Purim* solennitas explicatur. vers. 24. 26. 28. 29. 31. 32. Radix פּוּר est *frangere, conterere, irritum facere, abolere*: quia *Sors* frangit & abolet lites, juxta illud Sapientis Prov. 18. 18. *Contentiones submovet sors, & inter robustos dirimit*. Sic κλῆρος Græcis ἀφ' οὗ τὸ κλᾶν ἔθεν. Nobis loß / à λύσει *litis*. פֻּרָה est frustra. פּוּרָה torcular, ab uvis, quarum sanguinem exterunt. פּוּר dolium: quod in eo uvæ conculcentur. Consentiunt hîc linguæ cum Hebræâ in brechen / *frangere*, πρᾶσσειν, i.e. disrumpere, serrâ dividere, πρίσειν & πείρειν, *mutilare*. Quò pertinent etiam *frio, foro, pharetra, serio*: & per inversionem Radicis פּוּר *rumpo*.

2. Reg. 5. 12. פַּרְפַּר *Parpar*, comminutus, contritus. Fluvius Damasci, qui alias Orontes dicitur.

CXXXVIII.

אִיּוֹב Ijob. Job. Ἰώβ. Ἰωβ.

Iob. 1. 1.

EXemplum patientiæ *Ijobus* à quonam rectius diceretur,

retur, quam ab ijs, qui patientiam eius impugnarunt? nempe Sabæis, Chaldæis, propriâ uxore, familiaribus & vicinis, elementis denique ipsis, quæ liberos eius oppresserunt. Tot *inimicos* cum incentore Satanâ ex Dei permissu haberet Ijob, convenienter admodum ab *inimicitia & odio* dictus אִיּוֹב fuisse noscitur: אָיַב enim est *inimicari, odio habere, inimicum esse*. Nimis longè abeunt: qui alias originationes quærunt, ut Pineda in Comment. ostendit. Nomen אֵיבָה est inimicitia. Alludunt fendo, offendo, feinden/anfeinden/ φονεύω occido, ἔχθω, ἐχθαίρω, inimicor. Mirum est אָהַב diligere & אָיַב odisse una literula distare, ac eâ quidem permutabili: ה enim & ' facile inter se commutantur. Sed meminerimus æquè facile dilectionem in odium verti.

CXXXIX.

בְּהֵמוֹת Behemoth. Behemoth.

Iob.40.10.

OMnium ore teritur hoc nomen, qui literas sacras nôrunt. Sed significatio eius propria non æquè est obvia. Ex re tamen subiecta, & tam prolixâ, quæ hîc habetur, descriptione, etiam ultrò animis & oculis omnium sese ingerit: ut nihil possit haberi explicatius. Eò namque spectat tam prolixa tot proprietatum enumeratio. Quid? quod *primarium opus viarum Dei fortis* appellatur in vers.14. Quare cum de animalibus sermo sit, quorum aliqua in præcedentibus exprimuntur, statim hinc liquet, illud hîc in exemplum afferri, quod robore, corporisque vastitate & vitæ diuturnitate omnia reliqua præcellat. Ad excellentiam igitur

eius

eius indicandam plurali numero effertur, dicitur-
que בְּהֵמוֹת, cum singulare בְּהֵמָה nihil notet aliud
quam animal tam agreste quàm domesticum. Κατ'
ἐξοχὴν igitur (quod Hebræis familiare est. Prov.
1.20. & 9.1. חָכְמוֹת. Thren.3.22. חַסְדֵי. Dan.
11.38. מָעֻזִּים) & ὀνομαστικῶς Behemoth nullum a-
liud notare potest, quam *Elephantem*: in hunc con-
veniunt omnes illæ proprietates, quæ in hoc capite
enumerantur: adstipulanturque Hebræi, apud
quos *Behemoth* est elephanti nomen: & profani Scri-
ptores; quibus Elephantus *terrestrium animalium*
maximum est, longeque vivacissimum: tradunt e-
nim ad trecentesimum usque annum & ultra vive-
re, Strabo ad quingentesimum nonnullos ex Ele-
phantis pertigisse scribit lib.15. Vox *Bellua* quoque
apud Latinos elephantem notat κατ' ἐξοχήν. Ad
בְּהֵמָה approximat nostrum ביה / & græcum θῶυ,
pecus, ποίμνη, ποίμνιον, *grex*: Nam & *elephanti grega-*
tim, inquit Plinius, *semper ingrediuntur, ducitque a-*
gmen maximus. Hic meritò אַלּוּף dicatur, i.e. dux:
ex qua voce est *Elephas*. Vide infra num. DCCCXXV.
Chald. hîc habet בְּעִירָא. unde *barri* nomen Ele-
phanto inditum est.

CXL.

לִוְיָתָן Leviathan. Liviathan. Levia-
than. λευιαθάν.

*Iob.*41.1. *al.* 40.20.

EAdem huius nominis quæ præcedentis per-
spicuitas est ex descriptione, & proprietatum
prolixa enumeratione. Quare ut principa-
tum gerit inter terrestria Elephas: ita Le-
viathanem inter marina præcellere res ipsa
demon-

demonstrat: quam *balænam* esse nemo ignorat, & confirmat Ps.104.26. ubi *ludere coram Deo* in aquis dicitur: & hoc ipsum caput, vers.34. ubi dicitur, *regina super omnes feras*. Iudæi fingunt Behemoth esse bovem, cuius corpus septem milliaria æquet, collum unum, & caput unum: hunc aiunt mactatum iri in resurrectione ultima: ut justis paretur convivium. Quia verò pisces carnibus solent adjungi, addunt, balænam hanc quoque esse exdorsuandam. Forte Gallus quoque ille magnus jugulabitur, cuius voce, ut illi fingunt, cæteri omnes per universum orbem ad cantillandum excitantur. Ligna suppeditabit arbor illa magna: cuius ramis universæ nationes totius orbis inumbrantur. Dan. 4. Vsus ibidem quoque erit illius magni lapidis, qui implet totam terram. Dan.2. Sed mittamus fabularum concinnatores Scripturis tam propudiosè abutentes. Vox לִוְיָתָן sonat societatem anguis, vel collectionem anguium, quasi dicas לִוְיַת תָּן. à לָוָה? *societas, collectio*: cuius R. est לָוָה *copulare, sociare, adjũgere*, item, *mutuò accipere, fœnerari*: de qua supra in nomine *Levi* numer. xxix. ex Genes. 29. 34. תָּן autem, in plurali תַּנִּים est *serpens, draco, cetus*: quia balæna (planè ut elephas) multis aliis comitata incedit: ut Vlysses Aldrovandus & alij egregiè declarant. Ad תָּן accedit cognatione θύννος, thynnus vel thunnus.

CXLI.

Filiæ Jobi tres:

Jemimah.	Ketzihha.	Keren-Happuc.
Iemima.	Ceſiah.	Cerē-haphuch.
ἰεμιμά.	Caſſia.	Keren-ḫapuch.
	Kezia.	Καρναφουκ.
	κασία.	Κέρεν ἀφούκ.
	κεσία.	

Iob. 42. 14.

FVerunt Ijobo ſeptem filij & tres filiæ: *quarum primæ indidit nomen Iemimæ; nomen autem ſecundæ Ketzihhæ, & nomen tertiæ Keren-Happuc; neque inveniebantur fœminæ pulchræ, vt filiæ Ijobi in totâ illâ regione.* Nomina raræ filiarum pulchritudini convenientia indidit Ijobus, primæ à luce: qua nihil pulchrius. *Dulcis enim eſt hæc lux, & bonum oculis adſpicere hunc ſolem.* Eccleſ. 11. v. 7. Et, *Pulchra ut Luna, pura ut Sol.* Cantic. 6. v. 7. יוֹם eſt dies, pl. יָמִים, unde ἡμέρα *dies*, ἡμέρι & ἡμερινὸς, *diurnus.* Alludit noſtrum immer, i. e. *ſemper, quotidie*: quod Hebræis eſt יוֹם יוֹם, nonnunquā בְּכָל-יוֹם, i. e. *omni die.* Latini hinc habent *jam*, & *bruma*, q. d. breviſſima, ſc. dies, vel à βραχὺ ἦμαρ per contractionem & apocopen.

Gen. 46. 10. יְמוּאֵל *Iemuel*, dies eius Deus.

Secundæ filiæ nomen eſt קְצִיעָה Caſſia, vel Caſia: quod nomen quia linguis commune eſt, expreſſit Lutherus in Pſal. 45. 9. ut & cæteri interpretes. Virgilius Caſſiam inter herbas coronarias refert Ecl. 2.

Narciſſum & florem jungit benè olentis anethi,
Et caſia atque aliis intexens ſuauibus herbis.

Plin.l.12. c.19. fruticem aromaticum, cuius *tenuem cutem levari & exinaniri pretium esse* ait. V. Exotica Caroli Clusij lib.4.c.2. R. est עָשַׁק *abradere, decorticare.* Nota sunt κασία, κασία, *casia, casia*, κόστος, *costus*: item kóſte/ nobis *cortex.*

Tertia filia dicta est קֶרֶן הַפּוּךְ, i.e. *cornu stibij.* Venustandis oculis, imò & curandis stibium servisse vetus traditio est, quorum fluxiones & exulcerationes inhibeat. Plin.lib.33.c.6. Constat etiam stibium πλατύοφθαλμον dictum ab oculorum dilatatione. *Orbes stibio fuliginatos*, notat Hieron. Tom.1. Ep. 10.c.2. Et *fuligine oculos obumbrari solitos* Arnobius scribit lib.2.adver.gentes. Tertulliani illud est, de cultu fœminar.cap.5. *Cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt.* Est autem fuligo, niger pulvis, quo oculorum exordia producuntur. Vide Elmenhorst. & Meursium in Arnobium. פּוּךְ est stibium, quod fere coincidit cum latino *fucus*, φῦκος, φυκόω, *fuco*: unde est forte & *pingo.* Reducunt ad הָפַךְ, *vertere*: quod fuco vertatur color faciei. 2. Reg.9.19. & Iere.4.30. Ne putemus tamen hanc virginem, quæ tantoperè à formæ præstantia prædicatur, stimmisimatis opus habuisse: verò est consentientius, habuisse eam ex Dei dono, quicquid aliæ suis unguentis & pigmentis operosè & sumtuosè quærebant, atque idcirco cornu stibij dictam, quòd una in se omnes veneres complecteretur, & perfectæ pulchritudinis esset exemplum.

קֶרֶן, id est, cornu, hîc est vasculum corneum in quo unguenta asservari solita fuisse notum est. Vox ipsa est catholica, i.e. linguis primariis ferè communis: κέρας, horn. Metaphoricè pro *potentia, robore,*

robore, fiducia, item pro radiis, crudiore quamvis similitudine, sumitur. Hinc Moysi cornua appinguntur, eò quod in Vulgata vers. Exod. 34. 29. & 30. *cornuta* fuisse dicatur facies Mosis, pro *radiosa*. Radix קָרַן est *rutilavit*: unde κεραυνόω, *coruscо, fulmino*.

Gen. 14. 5. קַרְנַיִם *Karnajim*, cornua: ibi Asterot Carnaim secundum Masium est *Asterot bicornis*:

Actor. 10. 1. *Cornelius*, i. e. cornutus seu robustus, seu cornu Dei, seu robur Dei fortis, à קֶרֶן & אֵל.

Pertinent huc *Caranus* Rex Macedonum primus, Κράνος, *Quirinus*, κύρειος, κοίρανος, *Quirites*, *Cyrenius*: quæ omnia nomina à קֶרֶן, quatenus robur & dominium notat, haud dubiè deducuntur.

CXLII.

קֵדָר Kedar. Cedar. Kedar.

κηδάρ.

Psalm. 120. 5.

DAvid habitans cum Kedræis in Arabiâ Petræâ à Jismaële oriundis, Gen. 25. 13. qui à parente fratris infectatore & persecutore fratres insectari & lacessere didicerant, mærorem animi sui his exponit verbis: *Heu mihi quia peregrinor tam diu, habito cum scenitis Kedarenis.* Iunius; *tanquam Scenitæ Kedareni.* Nimirum incertis sedibus hoc hominum genus vagabatur: ideo se ipsis assimilat vagabundus David: nisi forte etiam ad hos usque excedere fuit coactus, cum Saulis sævitiam fugeret, id quod tamen in Scripturis nusquam legitur. Alludit haud dubiè ad proprietatem vocis קֵדָר, quod *tristitiam & tenebras* significat, à קָדַר *tenebrescere, nigrescere, tristem ac mœstum esse*. Nempe formidinem incu-

tiunt densæ tenebræ etiam ferocissimo cuique: quò fit, ut cum *tenebris* scriptura soleat jungere *luctum* & mœrorem. Ab atrore quoque nomen habet torrens קִדְרוֹן Kedron, Ioh. 18. 1. ubi mendosè τῶν κέδρων pro τοῦ κέδρων legitur, 1. Reg. 15. 13. Veram tamen lectionem agnoscere visus est Hieronymus Casaubonus in Notis ad Nov. Testam. quo de pluribus agunt Beza & Drusius: ille in Notis, hic in Comment. ad voces N. T.

CXLIII.

הַלְלוּיָהּ Halelujah. Halelu-jah.

Halelu Ja. ἀλληλουία.

Psal. 117. 2. *Apoc.* 19. 1. 4. 6.

PErtinet hoc ad divinam linguæ Hebraicæ originem demonstrandam, quod omnes piorum cœtus per innumerabiles gentium & linguarum varietates fusi, quasdam voces ex Hebræâ ceu tesseras communionis sanctorum, quam inter se piè colunt, utut impenetrabilibus ferè locorum intercapedinibus disjungantur, studiosè retinuerunt, inque suis δοξολογίαις & sacrorum exercitio hodieque sensu & consensu unanimi utuntur: ex quibus est הַלְלוּיָהּ vox sancta & glorioſissima: ex qua indicium capi potest, quanta veneratione linguam Hebræam Sancti omnes prosecuti sint, ceu primam & reliquarum matrem, quæque in confusione Babylonicâ nullam passa sit mutationem. Est vox Halelujah idem ac si dicas, *Laudate Deum.* sicut exponitur Apoc. 19. v. 1. ab הָלַל, *laudare:* item *splendere, insanire.* Hinc opponitur יָלַל, *ejulare, ululare:* de qua supra in *Elul*, num. cxxxv. Sic τῷ ἀλαλάζειν apud græ-

græcos opponitur ὁλολύζειν: hoc enim triſtitiæ, illud exultationi tribuitur: unde & Galliis vox lætitiæ *lala*, lamentationis verò *helas*. Nobis ſonitus laudantium eſt hall: & Græcis clara voce aliquid *promulgare* eſt ὑμεῖν. Porro הָלַל interdum ſignificat ſtultum eſſe: ἠλεός, ἠλίθιος, ſtultus. A תְּהִלָּה *ſtultitia* eſt noſtrum doll/dollheit: cui aſſonat etiam Græcum ἀτάσθαλος, i.e. ſtultus. Significat eadem R. etiam *ſplendere*: unde noſtrum hell / i.e. lucidus: & ἥλιος, i.e. *Sol*. Certè חֵילֵל eſt ſtella matutina: unde vox *ſtellæ* forte manavit.

Ioſ.19.15. נַהֲלָל *Nahalal*, laudatus.

Iud.12.13. הִלֵּל *Hillel*, laudans.

De יְהֹ, quod eſt contractum ex Iehovah, vide num.LX.

CXLIV.

שְׁאָר יָשׁוּב Schear-jaſchub. Sear-jaſub. Sear Jaſub. ἰασούβ.

Eſa.7.3.

QVandocunq; Deus populum ſuum preſſit magnis calamitatibus, dedit quoque clariſſima providentiæ & præſentiæ ſuæ ſingularis indicia, ne pij improbis permixti animis dejicerentur & prorſum conciderent. Hoc ex prophetia Eſaiæ patet: cui prodigium cœlitus editum in ipſo Sole autoritatem conciliabat: ut nemo de eius veritate dubitare poſſet. 2.Reg.20.9. Inter illa erga publicarum ac privatarum rerum cruciamenta de *reliquiis conſervandis* crebrus eſt in concionibus ſuis Eſaias.c.1.9. & 4.2. & 10.21. atque alibi. Inde quoque factum eſt, haud dubie DEi juſſu, ut conſolationis huius,

quam pijs commendabat, symbolũ ineſſe vellet nomini filij, quem שְׁאָר יָשׁוּב appellaverat. Non enim abſque conſilio fit quod hîc præcipitur. *Prodi jam* (inquit Dominus) *obviam Achazo tu, & Schear-jaſchub filius tuus, in extremum aquæ ductum piſcinæ ſuperioris, & dic ei, Ne timeto, & cor tuum ne molleſcat propter duas caudas titionum fumigantium iſtas, propter accenſam iram Retzinis cum Syris, & filij Remaliæ,* &c. Sonat Schear-jaſchub ad verbum: *Reliquum revertetur.* De שְׁאָר i.e. *reliquum, reſiduum, reliquiæ*, vide ſuprà nu. CXXXIII. in nomine *Scheera* ex 1. Chron. 7. 24. יָשׁוּב autem eſt tertia fut. à שׁוּב quod eſt *convertere, reducere, eruere, liberare*: & neutraliter *reverti, redire, reſipiſcere, pœnitere.* Vnde στρέφω verto & στροφὴ converſio, σοφέω *abigo, averto.* Ger. ſtreiffen / vmbſtreiffen.

1. Chron. 3. 24. אֶלְיָשִׁיב *Eljaſchib*, Deus converſionis.

1. Paralip. 27. 1. יָשׁבְעָם *Iaſchobhham*, converſio populi.

Geneſ. 10. 7. שְׁבָא *Scheba*, converſio, ſive captivitas, à שָׁבָה.

1. Par. 15. 24. שְׁבַנְיָה *Schebanias*, convertens Dominus.

Numer. 32. 3. שְׁבָם *Schebam*, converſio eorum.

2. Sam. 5. 7. שׁוֹבָב *Schobab*, reverſus.

CXLV.

מַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז Maher-Schalal-chaſch-baz.

Eſa. 8. 1. al. 7. cap.

Dixit autem Iehova mihi, Sume tibi volumen magnum cum Maher-ſchalal-chaſch-bazo, & ſcribe in eo ſtylo huma-

humano. Quamobrem adhibui mihi teſtes fidos, Vriam Sacerdotem & Zecariam filium Ieberecię. Cum enim acceſſiſſem ad prophetiſſam, conceperat peperatque filium, & dixit Iehova mihi, voca nomen eius, Maher-ſchalal-chaſchbazum: nam cum nondum noverit hic puer proferre pater mi, aut mater mea: aſportabit opulentiam Damaſci & prædam Schomronis ſervus Regis Aſſyriæ. Retzin & Remalia hic Samariæ ille Syriæ Damaſcenæ Rex conjunctis viribus infeſtabant regnum Iudæ: his Prophetа ab Aſſyrio mox inferendum denuntiat exterminium: cuius rei ſymbolum ſtatuitur puer, cui nomen ceu ſignaculum veritatis huius prophetiæ inditur מַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז, i. e. *feſtinando ſpolium accelleravit*, ſeu *accelerando prædam feſtinat diripiens*, ſcilicet exercitus Aſsyrius, qui vicem prædatoribus erat repenſurus, juxta illud: *Væ tibi qui ſpoliaſ: etenim ſpoliaberis ipſe.* Eſa. 33. 1. & Habac. 2. 8.

Prima vox מַהֵר eſt à מָהַר acceleravit, feſtinavit, præceps fuit, inſanivit: item dotavit: quod dos, uti ajunt, citò & promittatur, & nuptis detur.

מַהֵר *citò.* מָהִיר *feſtinus, præceps.* à quo μωρὸς *morio*: & *mare*, à repentinis ac præcipitibus fluctibus, quibus iracundi & ſtolidi aſſimilantur, ſecundum illud Eſaiæ 57. *Improbus eſt ſicut mare propulſum, quod quieſcere non poteſt, & aquæ eius eructant cœnum & lutum.*

2. Sam. 23. 29. מַהֲרַי *Mahari*, acceleratus.

Altera vox eſt שָׁלָל ſpolium, à שָׁלַל *detrahere, expoliare, diripere, prædari*: quod convenit cum græco συλάω, ίω, εύω, ſpolio, σύλον & σκύλον ſpolium. Apparet hîc linguarum harmonia in שָׁלָל

συλᾶν & *spoliare*: quibus affine est nostrum stehlen: item stühlen/ wühlen: & *asylum* arcendis & impediendis latrocinijs & deprædationibus destinatum.

Iudic. 21. 20. שִׁילוֹ; & eod. ver. שִׁילוֹ *Schilo* rapiens. à raptu virginum: qui ibi describitur, vel à שָׁלָה pacificum esse.

Ios. 16. 6. תַּאֲנַת שִׁלֹה *Taanath-schillo*, ficum diripiens.

Tertia vocula est חוּשׁ à חוּשׁ *accelerare, festinare*, itē *sentire* aut *sensibus oblectari*. Huic cognatum est נָחַץ festinare quod semel duntaxat reperitur. Nomen חִישׁ est *festinatio*, חוּשׁ *festinus, alacer, expeditus*. Hinc German. wischen/ davonwischen/ & adhuc propius hastig. Quatenus ad sensum & appetitum refertur, potest inde trahi græcum χάσκω, χάζω & χασκάζω, i. e, *hio, inhio, ore hiante capto*: item αἰσθάνομαι, i. e. *sentio*.

1. Par. 4. 5. אַחְשְׁתָּר *Achaschtar*, festinatio exploratoris.

Ios. 15. 26. חַשְׁמוֹן, *Cheschmon*, festinata portio.

2. Sam. 21. 18. חֻשָׁתִי *Chuschati*, festinus.

1. Paral. 8. 8. חוּשִׁים *Chuschim*, festinantes.

Gen. 46. 23. חֻשִׁים *Chuschim*, festinans.

Num. 33. 30. חַשְׁמֹנָה *Chaschmonah*, festinatio numerationis.

Legati & Magnates dicuntur חַשְׁמַנִּים Ps. 68. 32. à חוּשׁ & מָנָה, in Piel מִנָּה *præficere*: nihil enim magis decet Legatum quam celeritas. Judæi חַשְׁמַנִּים vocant Antistites sacrorum, & hodieque Cardinales nostros. Hinc *Assamonæi* dicti Iudæ successores. Capellus ad An. 3832. & Fuller. c. 13. lib. 2. Miscell. Hinc αἰσυμνῆται Aristoteli, 3. Polit. 10.

2. Sam. 15. 32. חוּשַׁי *Chuschai*, festinans aut sensus.

Gen.

Gen.36.34. חוּשָׁם *Chuſcham*, feſtinatio eorum. Vltima vocula eſt בָּז, i.e. *præda*, à בָּזַז *ſpoliare, prædari*. בְּזָה *præda* Hinc σφάζω, *macto*, & ὀπάζω *perſequor*: & noſtrum butzen per alluſionem. Dicimus enim: er hat einen guten butzen davon bracht.

Cambyſes à ku-ham-baz, i.e. potens, ſtreperus bellator. Sic Capellus ad An. 3479.

CXLVI.

עִמָּנוּאֵל Hhimmanuel. Immanuél. Emmanuel. ἐμμανουήλ. Immanuel.

*Eſa.*7.14, & 9.8. *Matth.*1.22.

IN magnas anguſtias conjectus erat Achaz Rex Iudæ, conſpirantibus in excidium regni ejus, & in necem univerſæ familiæ Davidicæ ſeu proſapiæ Regiæ Retzine & Remaliâ Regibus. Illum autem erigens Eſaias tantum abeſſe pronuntiat, ut hi optatis ſuis ſint potituri, & poſt multa etiam ſecula, annos ſcilicet ſeptingentos & quinquaginta Meſſias promiſſus ex ſtirpe Davidis naſciturus ſit. Quo ſatis indicat, Deum impletioni vaticiniorum, & conſervationi regiæ ſtirpis nequaquam defuturum. *Dat Dominus* (inquit Propheta) *vobis* (ex domo David) *ſignum: Ecce virgo illa concipiet & pariet filium, & vocabis, ô virgo, nomen eius Himmanuel:* עִמָּנוּאֵל *nobiſcum Deus fortis.* Sic vocatur Chriſtus teſte Angelo, Matth.1. 22. ubi Evangeliſta Grammatici perſonam ſuſcipiens, ὅ ἐστιν, inquit, μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός, *quod eſt ſi interpreteris, Nobiſcum Deus.* עִם particula eſt *cum*: quæ hoc loco jungitur cum affixo pl.num. perſonæ

primæ: עִמָּנוּ nobiscum. אֵל autem est Deus fortis, ut ostendimus supra in nomine Jisraël ex Genes. 32. 28. num. XLII. Dicitur autem Christus *Deus nobiscum* seu Immanuel, tum ratione *officij*, quia est Salvator ac Redemtor noster, tum ratione *personæ*, quia est θεάνθρωπος, Deus & homo in unâ personâ, seu Deus manifestatus in carne. 1. Tim. 3. v. ult.

CXLVII.

שִׁלֹחַ Schiloach, Siloe. Siloam. Siloah. Siloa. σιλωάμ.

Esa. 8. 6. al. 7. cap. Ioh. 9. v. 7.

PRopterea quod sprevit populus iste aquas Schiloachi euntes sensim, & gaudium est apud Retzinem & filium Remaliæ: idcirco inquam, ecce Dominus faciet ut adscendant contra istos aquæ illius fluminis fortissimæ Rex Assyriæ & omnis gloria eius: qui adscendens super omnes alveos suos, iensque super omnes ripas suas, permeabit Iehudam, inundabit & transibit; usque ad collum pertinget. Opponuntur hîc aquæ Siloe flumini Euphrati. Ille erat rivus, ex quo aquæductus in vrbem ferebantur, & variè dividebantur ad irrigandos hortos: unde & nomen accepit, teste Iohanne Evangelista capit. 9. 7. ὁ ἑρμηνεύεται, inquit, ἀπεσταλμένος, *quod exponitur missus. Rivus quem piscina Hierosolymitana emittebat, dicebatur* גִּיחוֹן *Hebraicè: quod idiotismo Hierosolymitano erat* שִׁילוּחַ, *id est emissarium.* Sic Scaliger de emend. temp. lib. 5. Euphrates autem rapidus erat & amplus fluvius alluens & muniens Babylonem. Iam Achaz Retzinem & Remaliam metuens auxilia circumspexerat peregrina, & Assyrium

rium ad se juvandum sollicitaverat. Reprehenditur igitur à Propheta, quod promissionibus divinis diffisus ad strepentia potius & magnifica, quam sensim labentia (sensim enim ferebatur Siloe rivulus, Neh. 2. 13.) respiceret: cum piorum *fortitudo consistat in silentio & spe.* Esa. 30. 15. Hieronymus αὐλόθρηνος Comment. in Esa. de hoc rivo sic scribit: *Siloam fontem esse, qui non jugibus aquis, sed certis horis diebusque ebulliat, & per terrarum concava & antra saxi durissimi cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos præsertim, qui in hac habitamus provincia.* Sed de his qui plura velit & accuratiora, adeat Baronij Annales ad Ann. 33. num. 35. 36. & Casaub. Exerc. 15. num. 20. R. שָׁלַח est *mittere, extendere:* unde שֶׁלַח missio, it. gladius. Pertinent huc σείω mitto, & *lego, ablego.* Et si ש demas, à לַח *linquo* esse potest.

Gen. 5. 21. מְתוּשֶׁלַח *Metuschalach*, missio vel gladius mortis.

Ios. 15. 32. שִׁלְחִים *Schilchim*, missi.

2. Paral. 20. 31. שִׁלְחִי *Schilchi*, missio vel ramus.

Gen. 10. 24. שֶׁלַח *Schelach, Selah*, missio.

CXLVIII.

מְנִי Meni. Meni.

Esa. 65. 10. 11.

VOs verò desertores Iehovæ, qui obliviscimini montis sanctitatis meæ, qui instruitis turmæ illi (גַּד) mensam, quique impletis numero illi (מְנִי) libamen. וּמְנִיתִי *Tradam quoque numeros vestros gladio.* Vel: *Numerabo quoque vos gladio*, Sic Iunius. Verùm aliæ quædã versiones sic habẽt: *At vos desertores Domini, qui obliviscimini mõtis sanctitatis meæ, qui paratis mẽsã ipsi Gad, & impletis libamẽ Meni.*

Itaque

Itaque מָנִיתִי *numeravi, vel numerabo vos*, &c. Omnibus apparet, hîc de ceremonijs idololatrarũ agi. Quare Lutherus quoq; rectè retinuit Gad & Meni nomina idolorum, quibus mensa & epulæ certo numero & ritibus instruebantur. De Gad, quod per *Fortunam*, *Martem*, *Iovem*, exponunt, egimus jam suprà in nomine Gad num. xxxiii. ex Gen. 30. v. 11. ubi ad Cl. Seldenium lectorem nostrum remisimus: quo nemo plenior, in Syntagmatis primi capite primo de Dijs Syris. *Meni* autem esse à מָנָה, i.e. *numerare*, textus hic præsens declarat. Fuisse Mercurium arbitrantur, quem Mercatores circa numeros occupati colebant; plurimi sunt, qui existimant. Sed à veritate propius abesse arbitror, qui Hamanis sortes de mense in mensem & de die in diem conjectos Esth. 3. 6. (de quibus nos num. cxxxvii. egimus) ex huius Dej, qui *Meni* vocabatur, auspicijs ac numine, vel certè Planetarum serie, configurationibus atque aspectibus æstimatas atq; administratas fuisse conijciunt. Quanquam nihil attinet in re nimiâ obscuritate involuta anxiè laborare. Certè Munsterus Meni per *Planetas* exponit, & Rabbini septenarium erraticarum stellarum numerum hoc loco intelligunt. Hieronymi verba sunt: *Est in cunctis vrbibus & maximè in Ægypto & in Alexandriâ idololatriæ vetus consuetudo, ut ultimo die anni & mensis eorum qui extremus est ponant mensam refertam varij generis epulis, & poculum musto mixtum*, (libamen utique, de quo hîc est sermo) *vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auspicantes. Hoc autem faciebant & Israëlitæ omnium simulachrorum portenta venerantes, & nequaquam altari victimas, sed huiusmodi mensæ liba fundebant.* De Rad. מָנָה i.e. *numerare*, egimus nos in voce מְנֵה ex Exod. 16. 14.

supra

ſupra num. LXV. ubi & de *Almanah* voce hodieque omnibus trita, quæ ex מָנָה originem trahit. Nemo dubitet hinc quoque eſſe μώνη, i. e. *luna*, & *menſis*, mond/mohn/monat.

CXLIX.

תֹּפֶת Topheth. Thopheth. Thopheth. Ταφέθ.

גֵּיא בֶן הִנֹּם GeBenhinnom.

Benhinnom. ἐννώμ. Ennom.

Ier. 7. 31. 30. & 19. 6.

ÆDificaverunt (Iehudæi) *excelſa Tophethi, quod eſt in valle filij Hinnomi, ad comburendum filios ſuos & filias ſuas: idcirco ecce dies venturi ſunt, cum non dicetur amplius Topheth, & vallis filij Hinnom* גֵּיא בֶן הִנֹּם, *ſed vallis interfectionis. Nam etſi ſepelient Tophethi, tamen nullus ſupererit locus: ſed erunt cadavera populi iſtius eſcæ volatilibus cœli & beſtiis terræ nemine deterrente.* Gentilis hic error, inquit Hieron. ad cap. 7. & 32. Ierem. omnes provincias occupavit: ut ad capita fontium lucoſque amæniſſimos victimas immolarent, & omnis pravæ ſuperſtitionis religio ſervaretur. Et in c. 10. Matth. *Erat hæc vallis & parva campi planities irrigua & nemoroſa, plenaque deliciis, lucuſque in eo idolo Baal juxta Hieruſalem ad radices montis Moria, ubi Siloa fluit, & Cedron conſecratus erat. In tantam autem dementiam populus Iſraël venerat, ut deſerta templi vicinia ibi hoſtias immolaret, & rigorem religionis delicia vincerent, filioſque ſuos dæmonis incenderent vel initiarent.* Rabbini, ut ex Megilla Druſius Comment. I. in voces N. T. annotat, dicunt ſtatuam ibi fuiſſe ſeptem cubicula continentem,

tem, facie vituli, manibus extensis, quales sunt hominis parati ad aliquid accipiendum à proximo suo: quam igne accendebant sacrificuli, acceptoque infante ponebant inter manus ipsius Moloch: infans autem animam efflabat. Res igitur ipsa nomen תֹּפֶת satis declarat: præsertim cum antithesis Prophetæ clades & strages insinuet ac denuntiet: quas paullo pòst Iudæi loco tympanorum essent expetturi. Ait enim vallem Topheth & Gehen-hinnom in polyandrium seu locum cadaveribus & morticinis (quam vocem hîc habet Vulgata) plenum conversum iri. תֹּף est *tympanum*: cuius in his abominandis sacris usus erat: ne clamor infantium audiretur à parentibus: à R. תָּפַף vel טָפַף, *tympanisare, pulsare, plaudere*: unde טַף, quam vocem Vulgata ubique per *parvulos* reddit. Ierem. 43.6. Ezech. 9.6. quia pueri & infantes ipsi usque à teneris unguiculis motu admodum crebro & variâ maximeque conspicuâ, manuum præsertim ac brachiorum agitatione mirè gestire solent in morem tympanisantium. Fullerus lib. 6. c. 15. Miscell.

Ierem. 51.27. טִפְסָר *Tiphsar*, i. e. dux vel princeps parvulorum: ut quidam volunt. Sed est nomen appellativum & simpliciter *principem* vel *ducem* significat. Nah. 3.17.

Alterum nomen, quo hæc vallis indigitatur, est גֵּיא בֶן הִנֹּם, i.e. *vallis filij Hinnom*. Hinnomi huius mentio primum fit in lib. Iosuæ, cap. 15. v. 8. qui huius loci putatur fuisse possessor. גֵּיא est vallis, quod & גַּי scribitur: unde γύα, γύη, γαῖα, αἶα, i. e. *terra*: & Germ. awe.

Deut. 3.14. גַּשׁוּרִי *Geschuri*, i.e. vallis bovis.

2. Sam. 23.11. אָגֵא *Ageh*, vallis.

2. Reg.

2. Regum 3. vers. 12. גֵּיחֲזִי *Gechazi*, vallis visionis.

1. Chron. 2. 47. גֵּישָׁן *Geschan*, vallis mutationis.

Iudith. 1. 6. *Gelodæus*, partus vallis.

De בֶּן filius, vide supra *Benammi*, num. XVII.

Hinnom autem difficiles & varios habet explicatus. Vt res nomini conveniat, trahunt Rabbini huc Radicem הָמַם *fremere, ululare, rugire.* Clamabant enim & rugiebant inter hæc sacra, qui aderant, præsertim Sacerdotes: ne patres tam dirâ filiorum nece & ejulatu externarentur. Nisi malis à rugitu & lamentis puerorum, dum exurebantur, ita nominatum fuisse locum, ut vult Seldenius pag. 81. Syntag. 1. c 6. de Dijs Syris.

Ex compositione trium vocum istarum *Ge-ben-hinnom* nomen Gehennæ in usu esse cæpit de loco supplicii post hanc vitam: quo sensu γέεννα τοῦ πυρὸς usurpat Salvator: dum sese loquentium vulgo ubique attemperat. Matth. 5. 10. 18. 23. & alibi. Et quia Marci 9. vers. 43. 44. 45. 46. *gehenna* ter conjungitur cum πυρὶ ἀσβέστῳ, igni inextincto, credibile est, id perfeciisse Molecitas: ut iste ignis interdiu noctuque semper arderet, & terribilem flammarum vim, quæ spectantibus horrorem incuterent, è valle Hinnom incessanter eructaret, ad imitationem ignis sacri, qui in Altari alebatur, Levit. 6. 5.

CL.

פַּשְׁחוּר Paschchur. Pashur. Phassur. Pashur. πασχώρ.

מָגוֹר מִסָּבִיב Magur - missabib. Magor-missabib. Magur.

Ierem. 20. 3.

FVit autem postridie cum eduxisset Paschchur Iirmejam è cippo, ut diceret ad eum Iirmeia, non Paschchurē Iehova vocat nomen tuum, sed Magor-missabibum. Nam sic ait Iehova, ecce ego inditurus sum מָגוֹר *formidinem tibi & omnibus amicis tuis: qui corruent gladio inimicorum suorum oculis tuis videntibus; cum totum Iehudam tradam in manus Regis Babyloniæ.* Valde frequentem fuisse ex quavis caussa nominum mutationem apud Orientales, ex sacra Historia liquet. Sed & apud Romanos licuit absque fraude nomen mutare: ut ex rescripto Diocletiani ad Iulianum constat: cuius hæc sunt verba: *Sicuti in initio nominis, cognominis, prænominis impositio libera est: ita eorum immutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaq; nomen vel prænomen sive cognomen sine aliqua fraude licito jure, si liber es, secundum ea, quæ sæpe statuta sunt, minimè prohiberis, nullo ex hoc præjudicio futuro. L. 1. C. de mutatione nominum.* At ex præsente Scripturæ loco constat, etiam invitis probri loco alia fuisse imposita nomina: ut judicia Dei ipsis eventura eò altius animis eorum ac memoriæ imprimerentur. Erat iste *Paschchur* primarius Sacerdos: qui extremo odio Prophetam prosequebatur, eumque læsæ majestatis divinæ ac regiæ postulabat (quale judicium de Nabotho quoque exercetur 1. Reg. 21. 10.) imè etiam conventum & velut convi-

convictum in carcerem jam compegerat. Adeo nimirum exosus erat Ieremias: quod captivitatem regiæ familiæ & excidium regno ac templo Hierosolymitano prædicere non horreret. Is tamen tam potentium aduersariorum fremitu nihil territus, arrogantem istum Paschchurem superciliosо nomine tumentem severis fodit aculeis, & contrarium ei planè omen inesse declarat. Cum enim Paschchur eum notet, qui *extendit libertatem*, pro eo reponit Ieremias Magurmissabib, i.e. *formido circumquaque*. מָגוֹר מִסָּבִיב ex פָּשַׁח & חוּר: quorum illud est ex R. פּוּשׁ *abundare, augescere, diffundi, crescere, multiplicari*: ex qua est etiam פִּישׁוֹן primus ille Paradisi fluvius Gen. 2. v. 11. sic dictus quasi *exundatio, eluvio, eruptio*. Vide infra num. CXCIV. de fluvijs Paradisi. Radici huic affine est Germanicum wachſen: & Græcum παχύς, densus, crassus. Quidni & *Pisces* à פָּשׁ propter multiplicationem: sicut דָּגָה. Vide num. DXLVIII.

1. Maccab. 2. 5. *Aphusch*, i.e. multiplicans, augens. חוּר est *albus, candidus*: & quia albas vestes olim gestabant Nobiles, Principes, Optimates, ideo חוֹרִים dicuntur, q.d. Candidati. Ex quo est nostrum Herren/& *Heroës* apud Græcos & Latinos: imò & κῦρος autoritas, κύριος dominus: & *cura* ac *curia*. De *Mardochæo* Esth. 8. 15. legimus, eum veste regia, eaque candida לְבוּשׁ חוּר ornatum incessisse. Hinc *libertas, ingenuitas* eadem voce notatur: quæ magnatum est & principum. חוּר quoque est *foramen* ex candore lucis, quæ per illud conspici & apparere solet: unde porro ad quævis foramina, *cavernas, spelunças, latibula*, etiam *anum*, ex qua excrementa (quæ & ipsa metonymicè חֹרִים & חֹרְאִים dicuntur) exeunt, transfertur. 2. Reg. 18. 27. Es. 36. 12. Illud ta-

men, quod 2. Reg. 6.25. legitur חֹרִי יוֹנִים vel חֹרֵי יוֹנִים non solum per stercus, ut vulgò existimatur, sed etiam per ingluviem & interanea columbarum exponi potest. Habetur enim in margine דַּב יוֹנִים pro זֵב, i.e. *id quod defluit de columbis.* Quare quicquid defluere seu delabi in terram sinunt, qui columbas dissecant & exenterant, id vocula חוֹרִים notari potest, ut docet pluribus Fullerus lib. 6. c. 11. Josephus ait, Hebræos emisse stercus columbarum: quo vice salis uterentur: quod Fullerus ait omnium post homines natos esse absurdissimum & spurcissimum. Kimchi dicit דַּב יוֹנִים esse, quicquid intus habent columbæ. Iunius vertit: *venter ipse qui est in cavo columbarum.* Hunc objectum fuisse à famelicis stomacho latranti, non autem stercus columbarum, rationi est consentaneum: id quod ex comparatione כְּתִיב *scriptionis*, cum קְרֵי *lectione* facile colligitur. Iunius Paschchurem dicit eum esse: qui *extendit pallorem*, i.e. efficit autoritate & violentia, ut pallescant homines undique & ab ipso metuant, sicut in Ieremia iste Paschchur opere demonstraverat. Nempe חָוַר est *pudore suffundi, erubescere,* & quasi *præ pudore albescere*, Esa. 29.22. A חור est ὠχρὸς, i.e. *candidus*: unde olorem quasi ὅλον ὠχρὸν dictum esse quidam arbitrantur.

1. Reg. 4.8. בֶּן-חוּר *Benchur*, filius libertatis.

Is. 10.10. בֵּית חוֹרוֹן *Beth choron*, domus libertatis.

Exod. 17.10. חוּר *Chur*, libertas.

1. Par. 11.32. חוּרַי *Churai*, libertas.

1. Par. 8.5. חוּרָם *Churam*, libertas eorum.

Lev. 11.22. חַרְגֹּל *Chargol*, genus volucrium quadrupedium ab albis pedibus dictum.

Num. 33.32. חֹר גִּדְגָּד *Chorgidgad*, caverna seu latibulum exercitus.

Gen.

Genes. 14.6. חֹרִי *Chori*, Choræi, i. e. Heroes seu principes.

Vidimus arrogantiam nominis: quam retundens Jeremias, extensioni libertatis formidinem ineluctabilem, quam nemo evadere queat, opponit, dum *Paschchurem* nominat *Magurmissabibum*: quę verba desumsit ex Ps. 31.14. *Vide* Thren. 2.22. Ier. 49.29. item 41.5. מָגוֹר est formido, à מָגַר *migrare, deïcere, detrudere, demergere.* Conveniunt hîc *migro, mergo.* Denique מִסָּבִיב est *circumcirca, undiquaque.* ex מִן *de, ex, à*: de quo suprà in nomine Moab numer. XVI. & סָבִיב *circuitus, circa, circum*, à סָבַב *circumire, circundare, vallare, ambire.* Absolutè positum significat *animo volvere, caussam præbere, occasionem captare.* unde סִבָּה *caussa*, & מְסִבָּה *caussatum.* Approximant, *sepio*, & σέφω, *circundo, cingo, corono*, σέφαν & *corona*: βέμβηξ, *trochus*: βεμβικίζω, *volvo in gyrum.*

Ezech. 47.16. סְבָרִים *Sebarim*, circuitus altitudinis. Chaldæis סְבַר est *cogitare, prudenter loqui.*

Genes. 10.7. סַבְתָא *Sabtha*, circuitus, circuitio.

Gen. 10.7. סַבְתְכָא *Sabtecha*, circumsessio tua: vel circumiens te.

CLI.

בֵּל Bel. Bel.

Ierem. 51.44.

ANimadvertam etiam *contra* בֵּל בָּבֶל *Belum Babylone, & extraham quod deglutit* (בִּלְעוֹ deglutitionem eius) *ex ore eius.* Quamvis, ut omnes aliàs consentiunt, בֵּל contractum sit ex בַּעַל, quod Chaldęi בְּעַל dicunt, id est, *Dominus*: de quo nos suprà egimus, n. c. in nomine Ierubahhal: tamen ex hoc loco

perspicuè patet, Prophetam alludere ad insatiabilem voracitatem gurgitum voraginosorum in Babylonia: qui tum temporis longè lateque omnia deglutientes inexplebili dominandi cupiditate nationes universas bello petebant, sub jugum mittebant, deportabant, expilabant, rechte weltverschlucker / δημοβόροι καὶ κοσμοβόροι: quales etiam nostra ætas quosdam habet: de quibus nos ita judicamus, ut sentit Augustinus lib. 4. cap. 6. de Civit. Dei: *Inferre bella finitimis & inde in cætera procedere ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum est?*

בֶּל igitur est à בָּלַע per apocopen, quod est, *absorbere, ingurgitare, deglutire, degulare*: in Piel est *perdere, dissipare*. בָּלַע est *perditio, absorptio*. Hinc *bolus* & *balæna*, φάλαινα walfisch: item *bellua*, wolff/& balg/& *bulga*, i.e. venter: & *lupus* per metathesin: ubi originationis ratio communis, eaque perspicua & omnibus obvia est. Hanc vocis *Bel* derivationem confirmant ea, quæ in Adjectionibus ad librum Danielis de Idolo voracissimo narrantur Dan. 14.

Gen. 14. 2. בֶּלַע, *Belahh*, absorptio.

CLII.

תָּו Tau.

Ezech. 9. 4.

GLoria Dei Israëlis extulit se è Cerubinis, quibus insidebat, ad limen ipsius domus, & inclamavit virum illum indutum vestibus lineis, ad cuius lumbos erat atramentum scribæ; edixitque Iehova ei, transi per medium istius civitatis, per medium Ieruschalaimorum, & insignito signo (signabis Tau הַתִּוִּית תָּו) *frontes illorum hominum, qui suspirant*

spirant & qui exclamant propter omnes abominationes istas, quæ fiunt in medio illius. Mystica est litera *Tau*, qua signati fuerunt homines à communi reliquorum perditione immunes futuri. Quod enim Israëlitis in Ægypto, id etiamnum piis ubique divino obvenit beneficio, ut quantumvis sæviente nemesi, & æstuante ira excandescentiæ Iehovæ, ipsi tamen inter pereuntes, quibus mixti sunt, non pereant, sed serventur incolumes: quia salutari signo à cælesti Notario exemti non fiunt obnoxij plagis Exterminatoris Angeli. 1. Cor. 10. 10. Apoc. 7. 3. תָּו significat *signum* vel *notam*. Placuit autem voculam Tau retinere interpretibus: ut mysteria & efficaciam Crucis Christi, quam litera T repræsentat, occasione huius loci possent edisserere. Ac certè ipsa etiam Græcia σαυρὸν, i.e. crucem ex Hebræo *Tau*, Ταῦ accepisse videtur. Radix תָּוַר est *signare, scribere, describere*: cui affine est תָּאַר *terminum ponere, limitare, designare, circumscribere*.

CLIII.

הֲמוֹנָה Hamonah. Amona. Hamona.

Ezech. 39. 16.

TRanseuntes transibunt per terram, ut dispiciat quisque ossa hominum, exstruatque juxta illorum quodque monimentum: donec sepeliverint eorum quodque vespillones in valle גּוֹג הֲמוֹן *multitudinis Gogi. Quin etiam nomen Civitati erit* הֲמוֹנָה *Hamonah, postquam mundaverint terram.* Stragem Gogici exercitus ab innumerabili occisorum hominum multitudine exaggerans Propheta septem menses sepulturæ cadaverum tributum iri prædicit, & septem annos arsura esse dein-

ceps arma, scuta, clypeos, arcus, sagittas, jacula & spicula pronuntiat. Cuius rei monumentum perpetuum futura sit urbs *Hamonah* dicenda, & vallis, in qua Gog cum sua multitudine casurus sit, *Hamon*, הָמוֹן est cuiuslibet rei multitudo: sumiturque pro divitijs: unde *Mammon*, vox à Christo Matth.6. usurpata: de qua num. DCCCLXII.

Radix הָמַן est *multiplicare, augere*: uti ostendimus in nomine Abraham, supra num. XII.

Cant.8.v.11. בַּעַל-הָמוֹן *Bahhal-Hamon*, Dominus multitudinis.

CLIV.

בלטשאצר Beltschatzar. Beltesasar. Baltassar. Belteschatzar. Beltsazer. βαλτάσαρ. Belsazer.

Dan.4.6.

NEbucadnetzar in edicto suo divinam castigationem agnoscēs, & restitutionem gratuitam, quâ sibi & regno redditus fuerat, coram toto mundo prædicans, Danielis ceu organi Dei, in quo mira multa spectacula veram Israelitarum religionem confirmantia viderant Babylonij, mentionem honorificam facit his verbis: *Tandem acceßit coram me Danijel, cuius nomen eſt Beltſchatzar, ſecundum nomen Dei mei: in quo eſt ſpiritus Deorum ſanctorum, & ſomnium coram eo dixi.* Hîc Iunius: Est Beltschatzar Babylonica vox composita ex tribus dictionibus, quæ idem sonant, ac si dicas, *Beli abdita thesaurisans.* Erat enim Bel summus Babyloniorum Deus. Esa. 46.1. בֵּל, בַּעַל & בְּעַל *Dominum* significare, expositum

tum fuit numero c.& CLI. לָט est *latebra, latibulum*: à לָאַט *tegere, operire*: de qua R. nos agemus in nomine Lot, ex Geneſ. 11.28. אָצַר est *theſaurisare*: de quo infra n. CCCLXXI. Prædicat igitur Rex Babyloniæ Danielem ceu occultorum ſeu *arcanorum Beli indicem & cuſtodem*: quo conſilio ductus olim Pharao Ioſephum nominaverat Tzophnath-pahhneachum, id eſt, *occulta revelantem*: ut eſt à nobis expoſitum num. LIII. ex Gen. 41.45. Sed quæ cauſa eſt: quod Danielem Rex dictum eſſe aſſerit à Deo ſuo, qui erat *Bel* ſeu *Baal*? An noluit videri diſceſſiſſe à majorum ſuorum ſacris Nebucadnezar? An gloriam vaticinij & beneficij in ſe collati *Baali* tranſſcribere voluit? quod minimè certè conſentaneum eſt, cùm præcedentibus repugnet. An pia (quod ajunt) fraude vſus eſt? An verò aliquid humani paſſus, vel minus plenè de verâ religione inſtitutus de induſtriâ vel ex imprudentiâ ambiguis verbis uſus eſt? An nomine *Baalis* verum Deum intellexit: quamvis Deus nolit vocari Bahhal? Oſeæ 2.16. Diſpiciant Theologi. Imò & illud de Daniele & ſocijs: qui impia Deorum Babylonicorum nomina ſibi imponi patiuntur. An quid indignius, quàm *arcanorum Beli theſaurarium* vocari? Sadrach & Meſchach Deorum Babyloniorum erant nomina: his Chananias & Miſchaël inſigniuntur, Daniel. 1.7. Abednego denique eſt *ſervus Veneris*. Verumenimverò aliorum factum quî poſſent præſtare captivi? *Sanctas animas* impiare non potuerunt *profana nomina illis ab aulicorum principe impoſita: neque caſtas mentes inquinare potuerunt immundæ mundi delicia. Maluerunt ſolis leguminibus veſci, quam quidquam εἰδωλόθυτον aut lege vetitum attingere. Igitur quamvis*

colloquia prava mores corrumpant bonos, Deus qui in salsissimo mari dulcissimos pisces conservat, juvenes istos in vanissima Schola, in aulâ corruptissimâ sobriè educatos, vera edoctos cœlestis sapientiæ consultos præstitit. Verba hæc sunt Iacobi Capelli in Hist. Sacra ad ann. mundi 3395. qui *Beltschatzar* ait idem esse ac si dicas, Beltis thesauraria, vel Beltidis thesaurarius. *Erat* (inquit) *Belt & Bel Deus Babyloniorum: Belus Dei, Beltis Deæ nomen fuit.* Ad annum 3441. idem.

CLV.

מְנֵא מְנֵא תְּקֵל וּפַרְסִין Mene-mene, tekel, upharsin. Mane, Thecel, Phares. Μανὴ, θεκὲλ, φαρές. Mene-mene-thecel-upharsin. Mene/mene/Tekel/Vpharsin.

Dan. 5. 25. al. v. 27.

PRodigiosa illa manus, quæ Belschatzarem Regem vasis sacris in convivio profano abutentem externaverat, hæc verba in pariete exarata reliquit: quorum interpretatio à Daniele spiritu Dei pleno cùm sit reddita, atque in textu ipso exposita, ad nostrum certè institutum vel apprimè conducit. Sic autem habent. *Hæc Scriptura illa, quæ exarata est, Mene, mene, tekel, upharsin, id est, numeravit, numeravit, appendit, dividuntq;. Hæc interpretatio verborum.* מְנֵא NVMERAVIT. NVMERAVIT *Deus regnum tuum, & perfectissimè numeravit illud.* תְּקֵל APPENDIT. תְּקִילְתָּא *appensus fuisti lancibus, & inventus es minore pondere.* פְּרֵס DIVISIT. פְּרִיסַת *divisum est regnum tuum, traditumque Medis ac Persis*: in Hebr. Madai & Paras. Verba

Verba sunt Chaldaica, quę nullo negotio ad Hebraica revocantur. מְנָא *numeravit. numeravit* est מָנָה, de quo in *Meni* idolo egimus ex Esa. 65. v. 11. num. CXLVIII. Geminatur, & in præterito effertur; ut rei certitudo ostendatur: quam etiam eventus eadem ipsâ nocte comprobavit. Sic enim habet vers. huius capitis ultimus: *Eadem nocte interfectus est Belschatzar Rex Chaldæorum.*

תְּקֵל Tekel est *appendit* seu *ponderavit*: cuius synonymum apud Hebræos est שָׁקַל, id est, pendit, appendit, expendit, ex quo est שֶׁקֶל siclus: de quo suo loco pluribus. n. CCCCXXVII. Et quia additur: *inventus es minore pondere*: man hat dich zu leicht funden: revocari huc potest verbum קָלַל *vilescere, alleviari*: unde קָלוֹן *levitas, vilitas, ignominia.* קוֹל Chaldaicè קָל *vox, sonus*, propter levitatem.

Vltima vox est וּפְרְסִין *& dividentes.* Est enallage participij pro verbo præsenti. וְ est copula. פָּרַס *divisit*, Hebræis פָּרַס *divisit, in frusta concidit, fregit, rupit.* Nomen פָּרָס propriè *accipitrem* vel *gryphum* notat: figuratè autem *militem, virum robustum & bellatorem ac vastatorem.* A פַּרְסָה voce usitatissima, i.e. *ungula*, est nostrum ferse. Numerosa est propago vocum ab hac origine manãtium. v.g. *pars, partiri*, part/berſten/preſſen/σφάλλω, i.e. discerpere, dilaniare. פָּרָס *Persiam* hoc loco notat. cui adjungitur מָדַי *Madai*, i.e. Medi, opportunè admodum: quia enim de *pondere, mensura, numero, divisione* loquitur prodigiosæ illius manus Scriptura, omnia hæc distinctis vocabulis indicantur. מְנָא *numeravit*: תְּקֵל *appendit*: פָּרַס *divisit*: מָדַי (à quo Madai) *mensuravit.* Ita sanè nihil casu aut frustra geri in regnis suo malo didicit Babylonius, discent hodieque universi: qui insatiabili do-

minandi cupidine incitati totum jam orbem spe devorarunt. Verè Virgil. 10. Æn. *Iuppiter ipse duas æquato examine lances Sustinet*, &c.

CXLVI.

לא רוחמה Lo-ruchama, Lo-ruhámah. Loxyhamo.

Hos. 1. 6.

HOschehhæ edicit Jehova: *Voca nomen eius* (filiæ) *Loruchamam*: nam לא *non pergam amplius* אֲרַחֵם *misereri* (non miserebor) *domus Israëlis: ut ullo pacto condonem istis.* רָחַם & רֶחֶם est quod Græci dicunt σπλαγχνίζεσθαι, *intimo cordis affectu quempiam prosequi, misereri, amare, diligere eo amore, quo matrix quæ Hebræis est* רֶחֶם *fœtum complectitur, tuendo scilicet & fovendo.* Huic opponitur verbum חָרַם *devovere, execrari, tollere, sine omni commiseratione*: de quo vid. Chorma num. LXXIX. רחום *misericors.* רַחֵם *misericordia*: cuius plurale רַחֲמִים fere in vsu est. Alludit nostrum barmen / erbarmen. Et ad matricis significationem appropinquat Lat. *ruma*, i.e. mamma, *rumare*, i.e. mammam in os inserere: ἰμείρω, amo, ἵμερος, *amor*. Est sanè *amor* ex רֶחֶם vel חָמַר. De hoc vide CCCLXXIII. Augustin. Ep. 178: Licet dicere non solum barbaris linguâ suâ, sed etiam Romanis, *Sihor aarmen*, quod interpretatur, Domine miserere. Hæc ille. Est vero utrumque corruptum; hoc ex רֶחֶם, illud ex שׁוּר. Vide Sara.

1. Sam. 1. 1. יְרֹחָם *Ierocham*, i.e. misericors.

Esr. 4. 8. רחום *Rechum*, misericors.

1. Sam. 27. 10. יְרַחְמְאֵל *Ierachmeel*, misericordia Dei.

1. Chron.

1. Chron.2.44. רַחַם *Racham*, vulva sive misericordia.

CLVII.

לֹא עַמִּי Lo-hhammi. Loammi. LoAmmi.

Hos. 1. 9.

CVmque à lacte depulisset Loruchamam, rursus concepit peperitque filium: & edixit Iehova, Voca nomen eius Lo-hhammin: quia vos לֹא עַמִּי *non populus meus estis, nec ego sum futurus vester.* לֹא est particula negativa. עַמִּי est ex עַם populus, cum affixo primæ pers. sing. num. Vide Benammi num. XVII. ex Gen. 19. 38. Et 1. Pet. 2, 10.

CLVIII.

אַכְזִיב Aczib, Achzib. Achsib.

Mich. 1, 14.

DAto munera cum Moreschetha Gathi: domus Aczibi erunt mendaces לְאַכְזִיב (in mendacium) *regibus Israëlis.* Rebus Israëlis & Iudæ jam in summam desperationem adductis, quærebantur à vicinis auxilia, jungebantur fœdera, emebantur amicitiæ, & sociorum opes ac vires, vt fit, solicitabantur. Propheta his omnibus nihil præsidij inesse clamitans concessione ironicâ utitur, ostenditque munera omnia quibus vel pax redimebatur, vel vicini ad ferendas suppetias conducebantur, fore prorsus infructuosa, invalida & mendacia. Antonomasia ex textu liquet. אַכְזִיב urbs eadem est cum ea, quæ Genes. 38. vers. 5. dicitur כְּזִיב: quamvis Vulgata ibi כְּזִיב per *cessavit* reddiderit: quem errorem jam olim

olim Hieronymus notavit in Aquilæ interpretatione. quod tamen Lutherus insuper habuit. כָּזָב est *mendacium*. à verbo כָּזַב *mentiri*. אַכְזָב *mendax* vel *mendacium*. Manavit hinc κοπίζω mentior: & ut quibusdam placet βασκαίνω, *fascinare, fascinum*:: in falsis enim laudibus vetularum fascinum ponit error vulgi: adeoque huc quadrat nostrum zaubern/bezaubern: quod Hebræis est כָּשַׁף: de quo nu. DXII.

Num. 25. 15. כָּזְבִּי *Cozbi*, mendax.

1. Chron. 4. 22. כֹּזֵבָה *Cozebah*, mendacium.

CLIX.

צֶמַח Tzemach. Zemah. Zemach.

Zach. 6. 12.

Alloquere Iehoschuhham dicendo, Sic ait Iehova exercituum dicendo, ecce virum, cuius nomen est Tzemach, qui è loco suo יִצְמַח *germinabit, & ædificabit templum Iehovæ.* Zemach dicitur Salvator mundi IESVS frequentissima appellatione in Prophetis, præsertim apud Esaiam c. 4. 1. & Ieremiam 23. 5. & 33. 14. & apud hunc Prophetam, cap. 3. 8. quia ex arido trunco antiqui stemmatis, prosapiæ videlicet Davidicæ erat pullulaturus. Quare *Tzemach* nomẽ, cuius ratio hîc redditur, rectè retinuit Lutherus. צָמַח est *germinare, pullulare, oriri, crescere, succrescere.* Alludunt samen & semen: & σάμαξ, *gramen, cyma, germen.* Cumque צֶמַח & נֵצֶר ferè sint synonyma, nihil opinor impedit, quin dicamus ad hunc Prophetæ locum respexisse Matthæum allegantem vaticinij veteris veritatem: quo Christum Nazaræum dictum iri à Zacharia prænuntiatum fuit.

Matth. 2. 23.

CLX.

CLX.

נֹעַם Nohham. Noham. Noám.

חֹבְלִים Chobelim. Hobelim.

Zach. 11. 7.

ACcepi mihi duos baculos: *quorum unum vocavi Nohham, & alterum vocavi Chobelim, & pavi oves illas. Baculum jucunditatis succidi, irritum faciendo fœdus meum, quod pepigeram cum omnibus populis istis. Posteà succidi baculum meum secundum, baculum Chobelim, irritam faciendo fraternitatem inter Iehudam & Iisraëlem.* Longæ sunt interpretum ambages: nos verba duntaxat contemplabimur. Constat ex textu, Prophetam hoc loco agere de rejectione Iudæorum: quibus tam religionis sanctitas, quam ordinis in politico regimine concinnitas propter summam obstinatæ pravitatis duritiem erat auferenda. Confringitur enim & abijcitur uterque baculus: ut, quicquid amœnum atque optabile, quicquid sociabile & ad fraternam inter Iudæos stabiliendam aut conservandam pacem idoneum sit, prorsus abruptum iri atque abolitum significetur: cuius prophetiæ veritatem eloquitur vel ipsa præsens miserrimorum hominum, quos præ oculis habemus, deplorata conditio. נֹעַם *amœnitatem, pulchritudinem, decorem* notat: ex R. נָעִים *pulchrum, jucundum, gratum, decorum, acceptabile esse*: de quâ in Nahhomi supra num. CL. ex Ruth. I. 19. *Chobelim* חֹבְלִים per *funiculos* reddit Vulgata: LXX. per σχοινίσματα: Iunius per *devincientes*. Sed sensus in tuto est ex vers. 14. *Confregi* (inquit Pastor) *baculum meum secundum, baculum Chobelim, irritam faciendo fraternitatem inter Iehudam & Iisraëlem.* i.e. vinculum disciplinæ

sciplinæ ac regiminis abstuli, & totum hunc populum dissipavi. חֶבֶל est *laqueus*, *funis*, *funiculus*: hæreditas: item *corruptio*: à חָבַל *pignerare, accipere in pignus, devincire*: & ex usu Chaldaico *corrumpere*: unde καπηλεύω, *adultero, vitio, corrumpo*: ex quo est & nostrum kauffen: est enim καπηλεύειν, vendentium & ementium proprium. Consule Fullerum super hunc locum, in lib. 6. c. 17. Miscell. Theolog. p. 162. Pertinent huc græca ὀφείλω, *debeo*, ὀφείλημα, *debitum*, ὀφειλέτης, *debitor*. Et nostra, loben/geloben/angeloben. Quatenus חָבַל *parere* significat, & חֶבֶל dolores partus, dedit nomen Cybelę: quæ propter liberorum multitudinem *mater Deorum hominumque* ab Orpheo celebratur. Partum *dolores* sequuntur: hi Hebræis sunt חֲבָלִים, Græcis βολαὶ, & βολωσία nomen *Lucinæ*, quæ à parturientibus invocatur. Denique חֶבֶל est *funis nauticus*: unde κάμιλος, quasi κάβιλος: & תַּחְבֻּלָה *consilium, cogitatio* propriè ea, quam animo versat is, qui gubernat navim: qui etiam חֹבֵל dicitur Ion. 1. 6. Hinc βουλὴ *consilium*: & βουλεύω, βολεύομαι.

CLXI.

רָקָא רַקָּא Ραχά. Raca. Raka. Racha.

Matth. 5. 22.

Quicunque irascitur fratri suo temerè, tenebitur judicio: quicunque verò dixerit fratri suo raca, tenebitur consessu: quisquis autem dixerit fatue, tenebitur gehennâ ignis. Nulla hîc divinatione opus est: si modò in iratum quempiam oculos animi convertas: ex cuius moribus propria vis verbi huius facilè eruitur. Commovetur primum & exæstuat: mox gestibus affectum prodit: denique in verba & facta prorumpit.

pit. Hoſce tres gradus notat Chriſtus in præſente loco. Iam inter geſtus iratorum vix alius frequentior eſt, quam *expuitio*. Ipſe Iehova ad Moſen de Maria, Num. 12. 14. *Si pater eius*, inquit, *ſputum inſpuiſſet in faciem eius, annon robore ſuffuſa eſſet ſeptem dies?* id eſt, Si pater terrenus aliquod gravius in eam iræ ſignum edidiſſet, puderet eam ſaltem ſeptem dies redire in conſpectum eius. ſic Iunius ad h.l. in annotationibus. Eſt igitur רָקָא ex R. רָקַק vel יָרַק *ſpuere, deſpuere*: in Hiphil, *attenuare, tenue reddere*: in qua ſignificatione convenit cum רוּק vel רִיק: unde הֵרִיק *evacuavit, exhauſit, deplevit, exſeruit*: item *evaginavit*. רֹק eſt *ſputum*: ex quo nos habemus racken: & Latini *ructare, ſcreare*: & Græci ἐρεύγειν: Galli *cracher*: quæ omnia videntur ὀνοματοποιημένα, & ſcreantium ſonitum imitantia. Similis harmonia eſt πλύω, & *ſpuo*, & ſpeien. πλύσμα, ſputum, ſpeichel. Druſius hoc nomen exponens in tractatu de vocibus Hebraicis N. T. Hiſtoriam recenſet ex libello, cui titulus, *Via terræ*, quæ talis eſt: *Ioſue filius Levi cum quendam hoſpitio excepiſſet, deduxit eum cubitum in tecto domus, & ſcalas abſtulit. Media nocte homo ille ſurripuit vaſa aliqua: cum autem deſcendere vellet, cecidit, eò quod ablatæ eſſent ſcalæ, & fregit cervicem. Manè invenit eum Rabbi Ioſua: dixit, Reca: ſic faciunt homines tui ſimiles.* Idem ibidem Raca & Rica vel κατάπτυσον, i.e. *conſpuendum* notare dicit, vel *vacuum*: probatque ex libris Thalmudicis, hanc vocem inter convicia apud Rabbinos uſurpari. רֵק eſt *vacuus*, רֵקִים *vacui, otioſi, leves*, Gallicè *vauneants*. Iudic. 11. 3. אֲנָשִׁים רֵקִים homines vacui, ut Arias Montanus reddidit. Luth. ſpöttiſche leute. ut & 2. Sam. 6. 20. Quod conſonat cum לְלָא Syriaco ex אֶלֶל factо: ut Tremellius docet ad hunc Matthæi locum in N. T. Syr. Vide Elul. num. cxxxv.

Ioſ.

Ios.19.35. רַקַּת *Rakkath*, vacuitas.

Ios.19.46. מֵי הַיַּרְקוֹן *Mehaijarkon*, aquæ æruginis vel sputi.

Ios.19.46. רַקּוֹן *Rakkon*, rubigo: alias יַרְקוֹן, id est, rubigo.

CLXII.

Ωσαννά. Hosanna. Hoschaanah. Syr. אוֹשַׁעְנָא. Heb. הוֹשַׁעְנָא. Hosianna. ὡσαννά.

Matth.21.9.

POrrò turba quæ præibat & quæ sequebatur clamabat dicens, *Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altißimis.* Vox acclamationis faustæ, petita ex Psal. 118. v.25, & adeo trita, ut ex ore infantium sibi præparatam eam fuisse testetur Salvator coram jurgiosis Sacerdotibus Matth. 21.16, quid aliud notare potest, quàm felices ac prosperos successus? quos precabatur Davidis filio populus in solenni occursu, & deductione eius in urbem regiam. Debebatur sanè Sospitatori Christo vox salutis & sospitatis nuntia: quippe qui tot beneficij *urbem* quamvis ingratissimam jam affecerat, & majoribus deinceps *orbem* etiam ipsum erat cumulaturus. Hosanna contractum est ex הוֹשַׁע נָא vel הוֹשִׁיעָה נָּא, i.e. *salvifica nunc*, vel *salva obsecro*, vel *salva nunc quæso*, scilicet ô Iehova: quæ vox bis repetitur in eod. vers. Psalmi 118. 25. נָא & אָנָּא autem quater ibi habetur, vocula obsecrantis. Radix est יָשַׁע. in Hiph. יוֹשִׁיעַ *salvum facere*. Vide Iosua, numer. LXXXVIII. Hæc cum Datiuo jungitur, τῷ υἱῷ δαυίδ. ut Iud.

ut Iud. 7.2.2.Sam.10.11.Pſ.86.16. Niſi mâlis ſubaudire *precamur* : ut ſit conciſa & abrupta ſermonis forma, qualis in acclamationibus frequentari ſolet. Cæterum metonymicè *Hoſanna* accipiebatur de frondibus arborum & termitibus palmarum atque olearum ac ſalicum, quos per dies ſeptem feſti tabernaculorum in manibus geſtare ſolebant: ut Caſaubonus Exercit.16.num.2.declarat: quam ſignificationem ſi huc accommodare libet, hic ſenſus erit clamantis populi: βάϊα κλάδομεν καὶ φέρομεν τῷ υἱῷ δαυὶδ, id eſt, *in honorem filij David vibramus & ferimus termites palmarum.* Denique ex Hoſanna etiam vocabulum technologicum factum eſt: quo Rabbini hymnos in feſto tabernaculorum per ſingulos dies cantari ſolitos notabant. Habebant enim Hoſannas primi, ſecundi, tertij diei, &c. Baron.ad an. 34.Tom.1.num.5. pag.140. Et Tremellius ad hunc locum in N.T. Syriaco.

CLXIII.

גלגלתא. גלגלתא. גלגלתא.

גולגלתא Golgotha. Gagultha.

Golgatha. γολγοθᾶ.

Matth.27.33:

ET *cum veniſſent in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt, Calvariæ locus, dederunt ei acetum bibendum cum felle miſtum.* Excidit litera ex Hebræo גֻּלְגֹּלֶת, i. e. caput vel cranium, à rotunditate ſic dictum, quæ Hebræis eſt גַּלְגַּל, item *circulus, orbis, ſphæra, pupilla oculi,* à verbo גָּלַל *volvere:* vide ſupra num. xxxix. ex Gen.31.48. Hinc eſt noſtrum galgen.

CLXIV.

Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανί. Eli, Eli, lama ſabachthani. אֵיל אֵיל

לְמָנָא שְׁבַקְתָּנִי. אֵלִי אֵלִי

Eli/Eli/ lama aſabathani. לְמָה שְׁבַקְתָּנִי.

Matth.27.46. Marci.15.34.

CIrciter vero horam nonam exclamavit Ieſus voce magnâ dicens, *Eli, Eli, lama ſabachtani? Hoc eſt, Deus mi, Deus mi: cur deſeruiſti me?* אֵל Deus fortis, cum affixo primæ perſonæ. Vide ſupra num. XLII. in nomine Iiſraël ex Geneſ. 32. 28. Marcus habet ἐλωΐ ex אֱלֹהִי Deus, cum eodem affixo. לָמָּה *vt quid*, ἵνα τί, *quare*, compoſitum eſt ex præfixo לְ & מָה pronomine interrogativo, i. e. quid. שְׁבַקְתָּנִי Chaldaicè pro עֲזַבְתָּנִי ut eſt in Pſalm. 22. v. 1. eſt ſecundâ perſona præteriti in Kal, cum affixo primæ perſonæ, ſingularis numeri: à עָזַב relinquere, deſerere: item deponere vel reponere. Vnde עִזְבוֹן mercatus vel nundinæ: quod in ijs merces relinquantur vel deponantur. Accedunt parumper ad Radicem Hebraicam λείπω, linquo, laſſen. שָׁבַק alludit ad noſtrum ſchabab.

1. Regum 22.42. עֲזוּבָה *Hhazubah*, deſerta, derelicta.

CLXV.

CLXV.

Βοανεργές. Boanerges. Syr. בְּנֵי־רְגֶשׁי

Benai regeschi. Bunhargem.

Marci 3.17.

CONstituit Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui. Qui sonora voce Euãgeliũ in omnes gẽtes erant divulgaturi, novo nomine insigniuntur Hebraicè בְּנֵי־בְרֶק (sic enim arbitror ex Ios. 19.45.) i.e. *filij fulguris*: nam Biblico nomine voluisse Christum uti vero consentaneum est. De hoc agemus num. DXXCV. Alijs בְּנֵי רַעַם sunt *filij tonitrui*, υἱοὶ βροντῆς. בְּנֵי *filij* est corruptum propter statum regiminis, pro בָּנִים ex singulari בֵּן filius, discipulus, parvulus: item ramus & sagitta, quæ dicitur filius arcus בֶּן־קֶשֶׁת Iob. 41.19. Radix est בָּנָה *ædificare*. Vide Ben-ammi num. XVII. רַעַם est *tonitru*, à רָעַם *tonare, fremere, irasci*. Vide Raemses, num. LVI. Quibus literam *S* in fine negligere religio est (quamvis exempla non desint, in quibus מ & נ Hebræorum in *S*. mutantur, ut קֶרֶן κέρας, כַּרְכֹּם *crocus*) ij ad Syrum respiciunt, qui habet בְּנֵי־רְגֶשׁי, quod ipse interpretatur בְּנֵי רַעְמָא filij fragoris aut tonitrui. רָגַשׁ est *congregare, tumultuari, strepere*, rauschen. רֶגֶשׁ *congregatio, societas, copia, cœtus*, gerausch: Hinc Rageschi in Mediâ. Tob. 1.16. Deniq; רָעַשׁ est *commovere, commoveri, tremere, concuti* cum impetu: unde nomẽ רַעַשׁ *commotio, tremor, vibratio, strepitus*. Nazianzenus hos Apostolos διὰ τὸ μεγαλόφωνον sic vocatos esse arbitratur, quasi *magnivocos* diceret. Ex dictis radicibus est nostrum rauschen/ & ῥοιζεῖν, *sonare, stridere*, ὁρμή, *impetus*, ἅρμα, *currus*; ῥέω, *moveor, tremo*: σείω, *moveo*:

κόρυς, *galea* : cui assonat furis : item gerûst : quæ videntur esse voces πεποιημένας, i. e. sonitum rerum, quas significant, imitantes.

Tob. 1. 16. *Rageschi*, tumultus.

Gen. 10. 6. גִּרְגָּשִׁי *Girgeschi*, peregrinus tumultuans.

CLXVI.

Beelzebul. Syr. בַּעַל־זְבוּב Baalzebub. Βεελζεβούλ.

Marci. 3. 22. Luc. 11. 15.

SCribæ vero, qui Hierosolymis descenderant, dicebant, Certè habet Beelzebul, & certè per principem dæmoniorum ejicit dæmonia. בַּעַל זְבוּב extat 2. Reg. 1. 2 : qui erat Deus Accaronitarum. Nomen significat idolum vel *Dominum muscæ*, à muscarum, quæ ibi erat, copia immolatitias carnes sectantium & propter sanguinem victimarum identidem effusum perpetuò circumstrepentium. Alij abigendarum muscarum virtutem isti idolo à gentilibus olim fuisse transscriptam arbitrantur : à quâ etiam nomen acceperit : sicut hodie in macello quodam Pragensi musca nulla conspicitur : quod occultis quorundam artibus effici dubium est nullum : quales Paracelsus tradidisse videri vult in libro de cælesti Medicina, pag. 143. Bodinus in Dæmonomania lib. 1. cap. 3. *In Venetiano*, inquit, *palatio musca nulla esse dicitur, & in Toletano vnica. Hoc nec novum, nec inauditum est. Nam & Magos certis carminibus omnes angues è regione vna abigere animadvertimus.* Apud Rabbinos, magni etiam Scaligeri judicio hîc non vanos, pro certo habetur, muscas veri Dei sacra nequaquam infestâsse, nec sangui-

sanguinem aut carnes victimarum ligurijsse: vnde factum esse opinatur Scaliger, ut Iisraëlitæ veri Dei cultores Baalem hunc, cuius fanum à muscis infestabatur propter nidorem victimarum, per ludibrium Bahalzebub, i.e. *Dominum seu Principem muscarum* appellarent: qui ab Accaronitis dicebatur haud dubiè בַּעַל זְבָחִים *Bahhal zebachim*, i.e. Deus victimarum seu sacrificiorum. Fuisse tamen à Græcis & alijs olim sacra instituta Iovi ἀπομυίῳ, & μυιαγάρῳ Herculi, ex Solino, Pausania, Æliano, Philastrio, Plinio constat. Sic iste lib. 18. c. 28. *Cyrenaici* (populi Africani) *Achorem* (ab Accaron seu Ecron urbis nomine dictum) *Deum invocant, muscarum multitudine pestilentiam afferente: quæ protinus intereunt postquam litatum est illi Deo.* De Bel & Baal suprà diximus in Ierubbahhal num. c. זְבוּב est *musca*. à R. זוּב *fluere, emanare, effluere*: quod propriè de impurâ αἱμορῥοΐα, vel γονορῥοΐα in viro aut muliere capitur, rectèque adeo ad muscas transfertur: quippe quæ omnia conspurcant, etiam unguenta πολύτιμα, ut Eccles. 9. v. 21. al. 10. 1. זֵב & דֵּב. 2. Reg. 6. 25. *defluxus*, seu id quod defluit è ventre columbarum. Vide Fullerum lib. 6. cap. xi. A זְבוּב, i.e. *musca*, est σοβὴ *muscarium* seu flabellum, quo abiguntur muscæ, & σοβέω *abigo*, μυιοσοβέω *muscas abigo*. Non multum etiam dissident *musca*, μυῖα, mücke/ mügge. à זְבוּב: literæ enim labiales facile inter se permutantur. Illud minimè prætereundum: quod pro Beelzebub in N. T. constanter legant magni autores Beelzebul, idque deductum velint à Chaldaico זְבַל *stercorare*: ex quo זֶבֶל stercus. Ergo Beel-zebul erit Deus stercorosus, κόπρι☉, κοπρικὸς, κοπριώδης.

Jer. 39. 13. נְבוּשַׁזְבָן *Mebuschazban*, loquela seu prophetia fluens.

Neh.3.3. מְשֶׁזַבְאֵל *Meschezabel*, auferens fluxum DEVS.

Esr.10.43. זְבִינָא *Zebinah*, fluxus, vel fluens nunc.

CLXVII.

טְלִיתָא קוּמִי Ταλιθὰ κοῦμι. Talitha Kumi. Talithakumi.

Marci 5. 41.

PRehensaque manu puellæ dicit ei, *Talitha cumi: quod est, si interpreteris, Puella (tibi dico) surgo.* τὸ κοράσιον ἔγειρε. *Prior vox* טְלִיתָא planè Syriaca est, respondens Hebrææ נַעֲרָה puella: masculina sunt טֶלֶ & נַעַר puer. Hodie à Syris scribi טַלִיתָא Drusius docet in Præteritis. Trahe huc Græcum θάλλω, *vireo, floreo, vigeo, pullulo*: & θῆλυ, *fœmella*: θηλαμινὸς, *lactens*: θηλὴ, *mamma*. Erasmus incertum esse arbitratur, an hoc loco Tabitha legendum sit: ut sit nomen proprium puellæ, quam Christus vitæ restituit: quo nomine puella quoque Ioppensis nuncupata legitur, Act. 9. 36. Sed vanam esse hanc dubitationem docet locus præsens. Verbum קוּמִי utriusque linguæ Syriacæ & Hebraicæ est commune, imperat. fæm. gen. num. sing. à קוּם *surrexit, stetit, erexit, confirmavit, statuit.* מָקוֹם est locus, in quo res quęque stat. Cognatum est apud Græcos κώμη, *vicus, pagus*: & Germ. kommen / quod fit antequam stes. Isaacus Casaubonus verbum comessari ab hac radice deflectit: cuius hæc sunt verba in satyricâ Poesi, pag. 151. *Nomen hoc κῶμος procul dubio cum nascente Græcia natum: est enim purum putum Hebraicum, non ut placet Grammaticis græcum. Prima origine* קוּם *est surgere: inde κῶμος: ut à* מוּם (macula) *μῶμος. Et est κῶμος, propriè, ἀνάστασις*

ἀπὸ δείπνου, *eruptio à mensâ in publicum. Tertullianus eleganter vertit eruptiones laſciviarum*, Adverſus Gentes: *Æquè oratio convivium dirimit. Inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, neque in eruptiones laſciviarum. Sic maluit, cum poſſet uno verbo (neque comeſſatum)* περὶ τὸ κωμάζειν. Hæcille: quem cum rideret Heribertus Rosvveidius, ſurrexit pro Patre Mericus Caſaubonus in ſuâ Pietate p. 145. parte 4. cuius uno duntaxat teſtimonio erimus contenti, quod citat ex Andreâ Baccio, lib. de Vinis & Convivijs antiquorum: *Sicut jentaculum* (inquit Baccius) *ante prandium, & merenda ante cænam, ſic nocturna erat poſt cœnam comeſſatio. Comeſſatio per ſimplicem conſonantem ſcribitur: quod poſt cænam & intempeſtâ nocte vadentes vel etiam ſtantes, nequaquam accumbentes comeſſarentur.* Κῶμος apud Veteres comeſſationum nocturnarumque ſaltationum præſes habitus eſt: quem à פְּעוֹר idolo Moabitarum, Deo temulentiæ olim in convivijs culto dictum vult Pagninus in Theſauro. Hinc pro voluptuaria vitâ accipitur Rom. 13. 13. & qualibet petulantiâ, quæ noctu potiſſimum & à cænâ exercetur. *Vt interdiu*, inquit Apoſtolus, *compoſitè incedamus, non in comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac proterviis, non lite & invidia.* Cui parallelus eſt locus 1. Cor. 10. 7. *Sedit populus ad edendum & bibendum, & ſurrexerunt ad ludendum.* Hîc παίζειν, ibi κωμάζειν habetur. Cæterum קוּמִי eſt ſurge (tu fœmina:) non ſurge mihi, ut putavit Chryſoſtomus Homil. 7. in Marcum. Eius verba ſunt: *Ait Dominus Talitha kumi: quod interpretatur, Puella ſurge mihi. Si diceret Talitha kum, interpretaretur, Puella ſurge. Nunc verò, quia dixit Talitha kumi, interpretatur de Hebræâ & Syrâ linguâ, Puella ſurge mihi.*

Kumi, i.e, surge mihi. Videte ergo mysterium, in ipsâ linguâ Hebræâ & Syrâ. Et paullò pòst: *Puella surge mihi non tuo merito, sed meâ gratiâ: mihi ergo surge quod sanaris, non tuo merito.* Hæc ille: quæ ut ne fallant, moneri ex Drusio placuit.

Ios.19.33. לַקּוּם *Lakkum*, ad resurgendum.

Iud.10.4. קָמוֹן *Kamon*, resurrectio.

1.Reg.4.11. יָקְמְעָם *Iokmehham*, resurrectio populi.

2.Reg.18.18. אֶלְיָקִים *Eljakim*, Dei resurrectio.

2.Reg.22.12. אֲחִיקָם *Achikam*, frater resurgens.

2.Reg.23.36. יְהוֹיָקִים *Iehojakim*, resurrectio Domini.

1.Chron.2.41. יְקַמְיָה *Iekamias*, resurrectio Dei.

Possunt quædam horumce nominum etiam ex R. נקם decerpi, i.e. *ulcisci*: præsertim cum sit ex ordine deficientium primâ radicali. Nec abludit significationis affinitas. Surgit enim, qui se ulcisci cogitat. Hinc נְקָמָה *ultio*. Referri huc potest *neco*, & νέκυς *mortuus, occisus*.

CLXVIII.

קָרְבָּן Korban. Corban. קוּרְבָּנִי

Syr. Κορβάν. Corban.

Marci 7. 11.

VOs autem dicitis, si dixerit quispiam patri vel matri, Corban, id est, donum est quocunque à me juvari possis, insons erit: nec permittitis amplius eum quicquam præstare patri suo aut matri suæ, abrogantes sermonem Dei traditione vestra. Evidens certè expositio vocis קָרְבָּן, ut mirum sit, in tam diversa abire interpretes. ὅ ἐστι δῶρον, inquit Marcus, *quod est donum.* Sic usurpatum legitur

tur Lev.1.2.Num.31.5. Ezech. 40.43. Deinde mens Christi aperta est. Flagitantibus auxilium parentibus, *Corban*, id est, donum Deo consecratum opponebant liberi ingrati, falsò persuasi à Pharisæis, potiorem sacrificiorum & sacrificantium, quam parentum habendam esse rationem. Excusationem enim liberorum continent hæc verba dicentium: *Vtcunque juvari à me poßes imò deberes: melius tamen fuerit isthæc talia divinis, quibus jam consecrata sunt, quàm humanis usibus impendi.* Credebant etiam, desertionem parentum, muneribus in templo affatim oblatis expiari posse, atque ita magis serviebant ostentationi publicæ in co piosâ victimarum dedicatione, quam privatæ ac domesticæ egenorum parentum sustentationi. Aliàs ex Iosepho plures huius nominis significationes proferri possunt. *Est*, inquit lib.2.c.8.de belloIudaico, &lib.18.Antiq. c.4. *apud Iudæos sacer thesaurus, quem Corban* (Matth. 27.6.Corbana קׇרְבָּנָא) *dicunt. Hunc Pilatus ad inductionem aquarum jußit expendere: erat autem inducenda aqua ab stadijs trecentis. Ob hoc igitur vulgi oboriebantur querelæ: ita ut etiam Pilati, qui Hierosolymam venerat, cum clamore circumdarent tribunal. Ille autem præviderat tumultum eorum: siquidem populo permiscuit armatos milites: qui tunc essent privatorum vestibus induti, præcepitque ut gladijs quidem tunc non uterentur, fustibus autem acclamantes ferirent. Sicque compositis rebus dat ex tribunali signum: confestimque cædebantur Iudæi: quorum multi quidem plagis, multi verò se invicem conculcantes in fuga miserâ protritione perierunt. Tunc ad calamitatem interfectorum stupens multitudo conticuit.* Idem lib.1.contra Appionem probaturus Pythagoram & Theophrastum leges & mores Iudæorum cognitas habuisse, sic scri-

bit: *Quod Theophraſtus manifeſtat in his, quæ ſcripſit de legibus. Ait enim, quia prohibent Tyriorum leges & peregrino ſacramento jurare. Inter quæ ſacramenta cum quibuſdam aliis etiam jusjurandum, quod corban appellatur, enumerat. Apud nullos autem invenitur hoc juramentum, niſi apud Iudæos ſolos, quod interpretatur ex Hebraica lingua donum Dei.* Hinc Rainoldi viri ſummi interpretatio extitit exiſtimantis hæc verba: κορβᾶν ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, juramenti formulam continere: ut ſit ſenſus: *Per corban: ſi quacunque re à me, ſive quod me attinet, juvaberis.* Subintelligendum autem eſt, *ſim vanus aut diſpeream, aut habear mendax:* quod genus ellipſeos uſitatum eſt in jurejurando. Idem obſervavit, ſcitum eſſe Rabbinorum, *Hominem debere honorare parentes, niſi contrarium voverit.* Sed hæc expoſitio non placet Druſio in lib. 2. cap. 17. de tribus ſectis Iudæorum. Rurſum Ioſephus lib. 4. antiq. c. 4. refert, Nazaræos voto obligatos ſeipſos Corban, i. e. Dei donum appellare conſueviſſe, quod ſe Deo dicâſſent. Docet denique Druſius, tam Arabibus, quàm Turcis etiamnum hodie *Corban* dici victimas votivas: quarum cutis, caput, pedes & quarta pars carnis *Sacerdoti* præbeatur, altera detur *pauperibus*, tertia *vicinis*, reliquum victimatores ſibi & comitibus parent ad veſcendum. Ex his omnibus quinque vel ſex ſignificata vocis Corban elicueris: eſt enim 1. *donum* ſeu oblatio propriè ſacra. 2. *Locus* pecuniæ ſacræ, qui & בֵּית־קָרְבָּן dicitur. 3. *Theſaurus* ex his collectionibus. 4. *Iuramentum* ſeu votum. 5. *Lex* ſeu ſtatutum, quod ſic vocabatur. 6. *Perſonæ* Deo devotæ. R. eſt קָרַב acceſſit: vnde krupen/aliàs kriechen/i. e. *repere*. In Hiph. הִקְרִיב *fecit appropinquare, obtulit.* קֶרֶב eſt *medium* cuiuſque rei: & quicquid intimum eſt ac propinquiſſimum

simum homini, ut *cogitatio*, item *intestina*. Non planè abeunt *prope*, *propinquo*: item, *coram*: χεῖρων, *appropinquo*, *tango*.

CLXIX.

Ἐφφαθά. Ephphatha. Syr. אִתְּפַּתַּח Hephethah.

Marci 7.35.

AC *suspiciens in cœlum, ingemuit, dixitque ei, Ephphatha, quod est, Adaperitor.* Hebræum est הִפָּתַח imperativus in Niphal. Syrum אִתְּפַּתַּח. Quamvis sint, qui verba perfecta, quæ passionem suam recipiunt de manu alterius, imperativum in Niphal non habere tradunt: ijs tamen repugnat hoc exemplum. הִפָּתַח *adaperitor*: ut & הִטָּהֵר *mundator*, Matth. 8.3. à טָהֵר mundare. Rad. פָּתַח est *aperire, solvere, cælare, sculpere, pingere, fodere*: à qua etiam nomen contigit vocali *Patach*, id est, apertio: quia hæc vocalis *a* clarum sonat, ac proinde ore aperto est pronuntianda. מַפְתֵּחַ est *clavis*. פִּתְחוֹן *apertura*. Hîc linguæ amicè inter se conspirant: *Pateo, patulus*, πετάννυμι, πέτω, πέτομαι, *i.e. aperio, pando, explico*: *weit/ pfat/* &c.

Gen. 10.13. נַפְתֻּחִים *Naphtuchim*, aperti.

Ios. 15.9. נֶפְתּוֹחַ *Nephthoach*, apertio.

Ios. 15.42. יִפְתָּח *Iiphthach*, Iephte, aperiens.

Ios. 19. vers. 14. יִפְתַּחְאֵל *Iiphtachel*, aperiens DEVS.

1. Paralip. 24. vers. 16. פְּתַחְיָה *Petachjah*, aperuit DEVS.

CLXX.

CLXX.

Βαρτίμαιος, Bartimæus. Syr. בַּרְטִימַי.

Bartimeus.

Marci 10. 46.

TVnc veniunt Hiericho: eoque egrediente ab Hiericho ac discipulis eius ac turba multa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat apud viam. בַּר טִימַי Timai filius Timai. Parens & filius cognomines. בַּר est *filius*: item *frumentum, fructus, pabulum*: vox est magis Chaldaica quam Hebræa. Pſ. 2. 12. Prov. 31. 2. Dan. 3. 25. & 31. Sæpe occurrit in nominibus proprijs. *Bartholomæus* filius ſuſpenſus, vel hauriens aquas. *Barrabas* filius patris, vaterſöhnlin. *Barjeſus* Act. 13. 6. filius ſalutis. *Barnabas* filius animæ vel prophetæ. *Barſaba* filius quietis. De quibus ſingulis ſuo loco. Poſſunt hinc deduci Latina, *partus, pario*. Et noſtra hier & frucht: item *frumentum, farrago*. Timæus Hebraicè & Syriacè poteſt exponi. Syris טְמָיָא vel סוּמָא cæcum ſignificat: ut Bartimæus, ſit *filius cæci*: quod Euangeliſta inſinuare videtur in verbis præſentibus. Sic ט in ד tranſibit. Hebraice Bartimæus reddi poteſt per *filium immundum*. טָמֵא *immundum* notat, à R. eiuſdem formæ, quæ ſignificat immundum eſſe. Hinc *tamino, attamino, contamino*. Vide *Dimona* nomen, quod ſignificat ſterquilinium, num. DXXIX.

CLXXI.

Ἀββᾶ. Abba. אַבָּא. Abba.

Marci 14. 36.

DIxitque, Abba, Pater, omnia poſſibilia ſunt tibi. Rom. 8. 15. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis, per quem clamamus*

mus ἀββᾶ ὁ πατὴρ, *Abba Pater*. Hîc manifestum est ex verbis Christi, ὁ πατὴρ (pro ὦ πάτερ, enallage nominativi pro vocativo) additum fuisse Syro אַבָּא explicationis caussa. Qui mysterium conjunctionis gentium cum Iudæis quærunt ex geminatione Pauli ἀββᾶ ὁ πατὴρ, ut societas Hebraicæ & Græcæ Ecclesiæ insinuetur, non attendunt, Christum nunquam Græcè esse locutum. Quare sufficit, explicationis gratia hæc coniúgi. Syrus habet אַבָּא אַבּוּן *Abba pater noster*. Abba & Aba est ex verbo Syro אַבָּא dilexit: cui respondet Hebræum אָבַר *voluit, concupivit*: de quo nos suprà egimus in nomine Abraham n. x. ex Gen. 11. 26.

CLXXII.

Σίκερα. Sicera. שֵׁכָר Syr. Luc. 1. 15.

Erit enim magnus in conspectu Domini, & vinum siceramque non bibet: & spiritu sancto implebitur etiam à ventre matris suæ. Vino apponitur Sicera, Syr. שֵׁכְרָא, Hebraicè שֵׁכָר, sicut in libro Iudicum c. 13. 4. ubi de voto perpetui Nazaræatus Simsonis agitur יַיִן & שֵׁכָר *vinum & sicera* conjunguntur. Edicitur enim uxori Manoachi: ut ab omni vino & potu inebriante abstineat. Idem præceptum datur Sacerdotibus Lev. 10. 9. *Sicera*, ut Hieron. ad Nepotianum scribit, *omnis potio est, quæ inebriare potest, sive illa, quæ fermento conficitur. Sic pomorum succo aut favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur.* Babylonijs olim ex palmis vina factitia erant, quæ Plinius lib. 14. c. 16. describit. Potest vox שֵׁכָר per *temetum* exponi: nam & hoc nomen generale

rale est apud Latinos. Tertullian⁹ Schechar per *ebriamen* reddit novo vocabulo. R. שָׁכַר est *inebriare, ebrium esse.* שִׁכּוֹר *ebrius.* Hinc proculdubio dictum est zucker/*saccharum.* Ausim dicere *Cerevisiæ* nomen ex *Sicera* accersitum esse: nec dissentire videntur Gallicæ translationis autores, qui hoc in loco siceram per *cervoise* transtulerunt. Basilius σικερα dicit esse πᾶν τὸ δυνάμενον μέθυ ἐμποιῆσαι.

CLXXIII.

Σαμαρείτης. Samaritanus. שֹׁמְרוֹנִי

Syr. שֹׁמְרָיָא Samariter.

Luc. 10.33.

CVm neque Sacerdos, neque Levita vulnerato à latronibus & semineci opem ferant, & *Samaritanus* superveniat: qui viatorem lotum, unctum, obligatumque imponit jumento, commendat hospiti, juvat alimentis, instruit sumtibus, donec sanitati plenè restituatur: facilè cuivis patet, Christum in hac parabola, vel historiâ ad vocem propriamq; notationem nominis *Samaritani* respexisse. שָׁמַר est *servare, conservare, custodire, respicere.* Hinc evidenter planè atque exactè defluxit nostrum schirmen / beschirmen/schirm. שֹׁמֵר est custos schirmer: quod 2. Reg. 12. v. 21. est nomen proprium.

Ios. 15.48. שָׁמִיר *Schamir,* custodiens: vel adamas.
1. Reg. 16.24. שֹׁמֶר *Schemer,* custos.
2. Par. 11.20. שְׁמַרְיָה *Schemarias,* custodia Domini.
Gen. 46.13. שִׁמְרוֹן *Schimron,* custodia.
Samaria, i.e. custodia.
1. Par. 8.17. יִשְׁמְרַי *Iischmari,* custos.

CLXXIV.

CLXXIV.

Λάζαρος. Lazarus. לְעָזָר Syr. Lazarus.

Luc. 16. 25.

HOminem prorsus egenum, omnique auxilio destitutum non aliud decet nomen, quam ut ab auxilio (uti omnes consentiunt, qui hoc nomen exposuerunt) nuncupetur. עֵזֶר est auxilium: de quo egimus in nomine *Eliesер* num. LXIX. ex Exod. 18.3. Iacobus Fullerus cap.10.l.1. Miscell. præfigit לא voculam negationis: ut Lazarus eum notet, cui *non sit auxilium*, ἀβοήθητον. Facilè autem א obliteratur & in ר absconditur: sicut in בְּנֵר pro בְּאֵר Gen. 30.v.10. *venit turma*. Alijs Lazarus est quasi dicas לְעָזוֹר *ad juvandum*. ל est præfixum, & עָזוֹר est infinitiuus, à עָזַר auxiliari. Sic Lazarus intelligitur is: ad quem certatim accurrere quisque debeat: ut opem ferat, cibum alius, alius potum, vestes, medicamenta, emplastra, & consimilia alia suppeditando: nam his omnibus destituitur homo egentissimus & miserrimus. Potest etiam prorsus negligi Lamed: nam videbimus haud pauca nomina, quæ hanc literam à fronte sibi assumunt absque aliqua significationis peculiaris energiâ, ut in Lamech, Lascha, &c. Tertullianus & Prudentius Lazarum eundem esse volunt, qui alias *Eleazar* dicitur: ut suprà notavimus. Hieronymus simpliciter Lazarum per *adjutum* reddit, quasi sit נֶעֱזָר. Iunius autem in Lucæ cap. 16. per eum, *cui ferri oporteat adjumentum*. Græcis Λάζαρος est *homo recens mortuus*: & λαζάρωμα *vestis emortualis*: ut ex Meursio annotavit Matth. Marti-

Martinius in Lexico. Impressit sanè vox *Lazarus* alta sui vestigia universis penè linguis: quo fit, ut etiã nos nosocomia vocemus saſareten/ & saſereyen. Galli *ladrerie* lepram & scabiem atque elephantiasin vocant. Idem Belgæ, Itali, Angli æmulantur.

CLXXV.

Rabbi. Paββί. Syr. רַבִּן. Rabbi.

Ioh.1.38. & Ioh.20.16.

Conversus verò Iesus & conspicatus eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, si interpreteris, Præceptor) ubi moraris. Ioh.20.16. *Dicit ei Iesus, Maria. Illa se convertens dicit ei, Rabboni, quod dicitur, Præceptor.* רַב, רַבִּי, רַבּוֹן, רַבּוֹנִי honorifica erant nomina: quæ inter Iudæos paullò ante Christi tempora inoleverant: nam prophetarum ætas, & quæ eam antecedit, nullos titulos usurpavit. Christus, uti sese moribus eorum, quibus cum vivebat, attemperavit, accumbendo, lavando, ungengo: ita se titulus vulgò receptis insigniri passus est, imò vero etiam discipulos idcirco laudavit, sicuti ait Ioh.13.13. *Vos me vocatis Præceptor ac Domine: & rectè dicitis: sum enim.* רַב *magistrum* sive *doctorem* notat, item *multum, magnum, amplum, præsidem, præfectum.* à רָבַב & רָבָה *multiplicari, augescere, crescere, copiosum esse.* רַבִּים *multi, magni, magnates.* רֹב *multitudo, amplitudo,* & in genere qualiscunque præeminentia doctrinæ quæ in magistris, potestatis quæ in præsidibus, autoritatis quæ in Dominis requiritur his vocibus notatur. Potest huc trahi græcum ἐράω, i.e. *congrego, consarcino, consuo:* unde & nostrum est raffen.

Lev.11.22. אַרְבֶּה *Arbeh*, locusta. v.n. cccclxxxii.

Deut.3.11. רַבָּה *Rabbath*, grandis, multa.

Ios.

Ios.19.v.20. רִבִּית *Rabbith*, multitudo, fœnus, usura.

CLXXVI.

Messias. מָשִׁיחַ. Syr. מְשִׁיחָא.

Μεσσίας Messias.

Ioh.1.41.

ERat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant illa ex Iohanne, & secuti fuerant eum: invenit hic prior fratrem suum Simonem, & dixit ei, Invenimus Messiam, quod est si interpreteris CHRISTVS. id est unctus. Ioan.4.25 *Scio Messiam venturum, qui dicitur Christus.* Syriacè מְשִׁיחָא. Augustinus Tract.16. in Ioh. *Messias unctus est: unctus græcè Christus est, Hebraicè Messias est: unde & Punicè Messe dicitur unge. Cognatæ quippe sunt linguæ istæ ac vicinæ Hebraica, Punica, & Syra.* Hæc ille. R. מָשַׁח est ungere: מִשְׁחָה unctio. Toar מָשׁוּחַ *pictum* significat: quare non fuerit alienum si nostrum schmincken/ schminck/ huc transferamus, & schmuck. Item *mastiche* μαστίχη, unde *oleum mastichinum*, præstantissimum scilicet & odoratissimum.

CLXXVII.

כֵּיפָא. Κηφᾶς. Cephas.

Kephas. Cephas.

Iohan.1.42.

INtuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod declaratur Petrà. Πέτρος Græcis appellativum quoq; est, Latinis autem Petrus duntaxat proprium: quare non rectè Vulgata: *Quod interpretatur Petrus.* Syris כֵּיפָא & כְּאֶפָּא, Chaldæis

כִּיף & כֵּף, tam proprium quam appellativum est. Ludunt in re seria, qui Christum his verbis ad Gęrcũ κεφαλὴ respexisse volunt, Petrumq; caput Ecclesiæ declarâsse. Aliter & rectè quidem Isidorus l. 7. col. 171. *Dixerat*, inquit, *Petrus, Tu es filius Dei vivi. Deinde ei Dominus, super hanc petram quam confessus es, ædificabo, inquit, Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus.* Et Augustinus de verbis Domini secundum Euangelium Matthæi 16. Serm. 13. *Quia Christus est petra, Petrus erit populus Christianus. Petra enim principale nomen est, ideo Petrus à petra, non petra à Petro: quando non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu ergo, inquit, es Petrus: & super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognovisti, dicens, Tu es Christus filius Dei vivi, ædificabo Ecclesiam meam: super me ædificabo te, non me super te. Aliter ergo Christus petra, & aliter Petrus petra.* Hæc August. Porro Hebræis quoque כֵּף est petra, in pl. כֵּפִים petræ Jerem. 4. 29. Iob. 30. 6. Prov. 3. 16. Reduci solet ad R. כָּפַף vel כִּיף *cavavit, curvavit*: ut significare propriè videatur petram concavam. אָכַף quoque est *curvavit*. כַּף est *vola manus, planta pedis*. Consonat hîc lingua Latina, in verbo *cavare, excavare*: & Græca in κάμπτω, *flecto*, κάμπυλος, *curvus*, κυφὸς, *incurvus*: & *cophinus*, κόφινος. Goropius Becanus hinc deducit *Cappa* Hispanorum & nostrum *kappe*: & *coiffe, coiffer* Gallica. Ipsa litera כ à cavitate dicta videtur: cui respondet κάππα Græcorum. *Caballus* à cavanda terra: quia *terram ungulo fodit*, ut ait Scriptura Iob 39. 21. Et Virgil. Georg. 3.

cavatque Tellurem & solido graviter sonat
ungula cornu.

CLXXVIII.

גַּבִּפַתָּא Γαββαθᾶ. Gabbatha. Gabbatha.

Ioh. 19.13.

Pilatus ergo cum audisset hunc sermonem, eduxit foras Iesum, consedítque in tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè Gabbatha. Hebraica dicitur hæc vox: quæ tamen Syriaca potius est: unde intelligimus, Syriacam etiam dialectum nonnunquam Hebraicæ linguæ nomine gaudere. Aramicè tamen seu Syriacè loqui & Iudaicè opponuntur 2. Reg. 18.26. גַּבַּתָּא per λιθόστρωτον, i. e. *lapidibus stratum* exponit Euangelista. Tremellius pauimento elevatum dicit esse locum, quem Paraphrastes vocet גַּפִּיפַתָּא quod septus esset & clausus loricâ seu peribolo, Gallicè *Parquet*. R. Syriaca est גְּפַף *claudere, complecti*. Sed si insistere velimus literis vocis γαββαθᾶ, ut par est, ad גַּב vel גְּבַע vel גְּבַר revocandum est גַּבַּתָּא. Quamvis elevationis in voce λιθόστρωτον nullum sit indicium: tamen quia de tribunali sermo est, res ipsa clamat, editiorem fuisse hunc locum, ex quo sententiæ, ut mos est omnium gentium, ad circumfusam in humiliore loco plebem promulgari possent. Huncce talem locum *lapidibus stratum* fuisse ex Euangelista constat: *elevatum* autem res ipsa docet: *septum peribolo* conjectura Paraphrastæ innuit: cui assentiatur, qui velit. גַּב est altum, eminens, excelsum, sublime, dorsum, altitudo, statura, gibbus. גִּבֵּן *gibbosus*: unde *gibber, gibbus*: & nostrum gebogen. גָּבַר est *elevare, extollere, superbire, excellere*. גַּבְרִית superbia, sublimitas, altitudo. Hinc giebel ob eminentiam, & gipffel, i. e. *summitas arborum*. גְּבַע est

sublime esse: unde גִּבְעָה *collis*: de quibus singulis suis in locis dicendum erit plenius.

Num. 32. 35. יָגְבְּהָה *Iogbehah*, exaltatio sive altitudo. יָגְבְּאֵל *Iogbeel*, altitudo Dei.

CLXXIX.

Θωμᾶς. Thomas. Syr. תְּמָא.

Thomas.

Ioh. 21. 2. & 20. 24. & 11. 16.

ERant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathaneel, qui erat ex Cana Galilaeae. In tribus istis assignatis locis Thomas per δίδυμον seu gemellum exponitur. תּוֹם vel תְּאוֹם est *geminus*, pl. תּוֹמִים & תְּאוֹמִים *gemelli* Gen. 25. 24. R. est תָּאַם *geminare* vel *geminari* Exod. 26. 24. Consentiunt hîc linguae in vocibus δίδυμος, δύω, *duo*, zween / zwillig. Oecumenius in cap. 1. Actor. per *abyssum* reddit, à תְּהוֹם *abyssus, vorago, locus aquarum multarum*. Sed perperam, & contra toties iteratam Spiritus Sancti declarationem.

CXXC.

חֲקַל דְּמָא Ακελδαμά. Haceldama. Aceldama. Hakeldama.

Actor. 1. 19. Matth. 27. 5.

IS igitur (Judas) *acquisivit agrum ex mercede injustitiae, & praecipitatus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius: innotuitque omnibus habitantibus Hierosolymae: adeo ut vocetur ager ille propria ipsorum lingua Aceldama, hoc est ager sanguinis.* Vulgata versio habet hoc nomen in cap. 27. v. 5. Matthaei, quamvis ibi in fonte Graeco non

non extet. Eius verba sunt: *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt; Non licet eos mittere in Corbanan, quoniam pretium sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est ager sanguinis usque in hodiernum diem.* Verba sunt Syriaca חֶקֶל דְּמָא *Chakel dema*, & חֶקְלָא est *campus, ager*, cui respondet Hebricum חֶלְקָה *ager ab alijs divisus, seu pars agri*, ein stück landes: ubi obvia est metathesis literarum in חֶקֶל & חֶלְקָה. Vide supra nu. cx nomen *Selahh-hammachlekoth*, i.e. petra divisionum, ex 1. Sam. 23. 28.

דְּמָא idem est atque Hebræorum דָּם *cædes*. Damascum fratricidio Caini qui nobilitatum credūt, nomen combinant ex דָּם & שַׂק, i.e. saccus: ut sit *saccus sanguinis*. Qui Nicodemi nomen Hebræum esse credunt, illud combinant ex נָקִי & דָּם, i. e. *innocens sanguis*: quæ voces juxta se positæ extant in Psal. 94. 21. & 106. 38.

CXXCI.

בַּר־נַבָּא Βαρνάβας. Barnabas. Barnabas.

Actor. 4. 36.

JOseph ergo, qui cognominatus est *Barnabas* ab Apostolis, quod est, *si interpreteris, filius consolationis, Levites, Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pecuniam deposuitque ad pedes Apostolorum.* Βαρνάβας, id est, υἱὸς παρακλήσεως. נַבָּא est *consolatio*, inquit Iunius, à בָּיָא *consolari*, vel potius ab Hebræo נָבָא *prophetare*. Nam & Hieronymus per filium Prophetæ exponit, qui Hebræis est נְבִיָּא: cuius muneris pars quædam,

dam, eaque præcipua consistit in doctrinæ applicatione ad auditores sive consolando, sive exhortando. Vocatur ergo haud dubie Barnabas ab eximia in conscientijs erigendis, qua pollebat, facultate. Verùm magis probatur Drusij coniectura, qui *Barnama* legendum arbitratur pro Barnaba, *mem* charactere in *beta* mutato propter affinitatem. נחמה est *consolatio* tam Syris quàm Hebræis: nisi quod isti ה in fine scribant, illi א. De בר, i. e. *filius*, egimus num. CLXX. in nomine Bartimæus ex Marci 10. 46. De verbo נחם consolari vide in Noach num. v. ex Gen. 5. 29.

CXXCII.

Ταβιθά. Ταβιτά. Tabitha. טביתא Syr. Tabna.

Actor. 9. 36.

IOppæ verò fuit quædam discipula nomine Tabitha: quæ, si interpreteris dicitur Caprea. Hæc erat dives bonorum operum & eleemosynarum quas præstabat. Tabitha Syrum est, ex טַבְיָא, vel טַבְיתָא *dama* vel *caprea*; quam Hebræi dicunt צבי & צביה à צבה *tumescere*: de quo in nomine Tzeboim, num. CCLXII.

CXXCIII.

Ἐλύμας. Elymas. Syr. אלומס Elimas.

Actor. 13. 8.

PRoprætor Sergius Paulus vir prudens advocatis Barnaba & Saulo efflagitavit audire sermonem Dei: Obsistebat autem

autem eis Elymas, id est, magus, (ita enim explicatur nomen eius) quærens avertere Proprætorem à fide. Per *magum* interpretatur Lucas nomen *Elymas*: quod Arabicum esse docet Drusius in Præteritis, quibus עַלִּים est sapiens à עָלַם *nosse, scire*: ex quo est etiam Sapientiæ nomen receptum inter Arabes. *Quid si dicamus* (inquit idem Comment. prior ad voces N.T.) *Sapientiam ita dictam* καὶ τὸ עָלַם, id est, *abscondit, occultavit, ut Græci quidam* σοφίαν *appellatam putant, quasi* ζοφίαν, *quod esset res occulta & abscondita? Quò fortasse respexit Iesus Syr. c. 6. 23. Sapientia, inquit, secundum nomen suum non multis est manifesta.* Nos supra nu. LIII. Σοφίαν ad צָפַן, i.e. *absconsio* reduximus, ex nomine Tzophnath-pahhneach, quod Iosepho à Pharaone fuit inditum, quem *occultorum repertorem* indigitavit, Gen. 41. 45. צָפַן enim est *abscondere, occultare.* Quę igitur ibi est ratio nomenclationis, eadem hîc quoque esse potest. Fullerus lib. 5. Miscell. c. 11. commendat eruditam Bezæ conjecturam, qui à עֵלִּימָא nomen Elymas factum putat. *Quod verò* (inquit) *objicit Iunius* Ελύμας *in utraque paraphrasi Syra & Arabica per* א *non per* ע *scribi, nihil impedit. Siquidem Paraphrastæ nomen idiomatis Cyprij proprium Græcorum more ab Euangelista prolatum eodem fideliter reponendum existimarunt. Elymas ad verbum notat* τὸν κρύφιον vel τὸν κρυφιαστὴν, id est, *occultum vel occultarum rerum studiosum: qualis est Magorum quilibet.* His tamen non acquiescit Casaubonus in Notis. *Qui existimant*, inquit, *sensum horum verborum esse, ut dicatur iste, qui proprio nomine Barjesus vocatur, per antonomasiam fuisse Elymas sive Magus appellatus, non videntur animadvertisse, fuisse id nomen apud illas gentes vsitatum: ut sunt alia nomina virorum propria.*

Apparet id ex historiis Græcorum, in quibus aliquos legere memini, qui ita appellabantur. Diodorus Siculus lib. xx. Regis Libyæ cuiusdam meminit, quem Elimam vocat: quem sanè verisimile non est, ob singularem quandam Magiæ peritiam ita fuisse nuncupatum: multò etiam minus, quod quidam de isto Elymæ suspicantur, nomen inveniſſe ab Elymaide Persidis regione, est consentaneum. Itaque de hoc loco ἐσχέχω, præsertim cum Syrus dissentiat interpres. Sed quod ad Syrum attinet, jam responsum est à Fullero. Quod autem commune fuerit alijs etiam nomen Elymas, nihil obstat, quin idem nomen uni ex causſa & certo judicio, alijs verò temere fuerit impositum: ut hodieque contingit. Stat igitur sententia à עֶלְמָא vel עֵלִּם esse Elymas, & radicem esse עָלַם, i. e. *latuit, abscondit, celavit, occultavit.* Vnde frequentissimum illud nomen עוֹלָם, i.e. *seculum* seu *tempus, cuius finis ignotus est;* עֶלֶם adoleſcens. עַלְמָה puella seu virgo, quæ virum nondum est experta. Exactè respondet Latinum *clam.* Nec abit Græcum καλύπτω, i.e. *velo, tego.* κάλυμμα velamen. ut nec Germanica klam/heimlich/heimligkeit.

Num. 33. 46. עַלְמֹן דִּבְלָתָיְמָה *Hhalmon diblatajema*, id est, occultatio massarum ex ficubus compactarum.

Esr. 4. 9. עֲלָמֵיא *Elamitæ* Act. 2. 9. & *Elymais* regio Tobiæ 2. v. 10. ab occultatione nomen habent.

Genes. 10. 22. עֵילָם *Hhelam*, adoleſcens, vel occultus.

Gen. 36. 5. יְעֻלָם *Iahhlam*, adoleſcens.

Cæterum Syriaca Paraphrasis ita habet: *Resistebat eis Bar-schuma: cuius nomen exponitur Elimaus.* Ibi Tremellius: Bar-schuma Latinè sonat filium nominis: ac Hebraismus est pro homine celebri. Elimaus

maus Hebraicè scriberetur אֵלִימַעַן, quod sonat divinum consilium. Salutem enim ei adscribebant, qui eius arte dementati erant, eò quod putarent, eum divinorum consiliorum esse participem. Sic solet Satan suas artes amplis titulis ornare & tegere. Hæc ille.

CXXCIV.

Μαρὰν ἀθά. Maran-atha. Syr. מָרָן אֲתָא. Maharamotha.

1. Cor. 16. 22.

SI quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema, maran-atha. Μαρὰν ἀθὰ hîc exponitur per *anathema*: ut res ipsa intelligatur: licet vocabula non reddantur, ut in hactenus explicatis locis. Syriacè מָרָן אֲתָה est *Dominus noster venit.* & מָר est מָרָא Dominus. נָ est affixum pl. num. 1. pers. sicut נוּ apud Hebræos. אֲתָה vel Hebraice אָתָה est *venit.* Abruptum est loquendi genus: quo executio Ecclesiastici judicij Deo judici commendatur. *Ecce venit Dominus*, inquit Iudas v. 14, *cum sanctis millibus suis: ut ferat judicium adversus omnes, & redarguat, quicunque ex ipsis sunt impij.* Cæterum tria erant genera anathematis apud Iudæos, seu tres potius illius gradus: quorum primus dicebatur נִדּוּי *separatio, expulsio, remotio*, à נָדָה, in Piel נִדָּה *removere, fugare, elongare*: seu ut Ioh. 9. 22. & 12. 42. & 16. 2. habetur, ἀποσυνάγωγον ποιεῖν, è synagoga excludere. Cognata sunt נָרַח & דּוֹחַ, i. e. *cum impetu expellere, eijcere, profligare.* Qui hac specie anathematis feriebantur, ceu immundi à cætu Ecclesiastico ad tempus removebantur. Altera species erat חֵרֶם, quâ quis se non emendans ex populo suo ex-

scindebatur. V. supra num. LXXIX. Horma. Extrema & omnium gravissima imprecationis formula dicebatur שְׁמַתָּא vel שְׁמַתָּא vel שְׁמַתָּא, qua quis pro *maledicto* habebatur. Hæc convenit cum מָרָן אֲתָא: nam שֵׁם inter nomina Dei propria refertur. Alij tamen hoc nomen componunt ex שָׁם *ibi*, & מִיתָה *mors*: ut exitio devotos, & Domino sine ulla spe veniæ deditos intelligas, qui huic excommunicationi subderentur. Alijs Maran-atha est מָרָן אֲתָה, id est, *maledictus tu*. Alijs denique מְשַׁרֵם מוֹתָה, q.d. *ante mortem*: ut significetur anathema morti destinatum. Nos primam nostram expositionem solidam & genuinam judicamus. Certum autem est hanc formulam ex Synagogâ esse petitam & usurpatam fuisse à Paullo, quod Ecclesiis etiam Græcis esset familiaris, ut *Amē, Halleluja, Sabaoth*, & id genus complura. V. Ioh. Coccejum in duobus tit. Thalmud. p. 146.

CXXCV.

שָׂטָן Satan, Satanas. Σατανᾶς. Satanas Syr. סָטָנָא.

1. *Thess.* 2. 18.

Voluimus venire ad vos ego quidem Paulus semel atque iterum, sed impedivit nos Satanas. Qui *impedit* & *adversatur* Satanas dicitur: quem etiam Petrus 1. Pet. 5. v. 8. ἀντίδικον seu *adversarium* exponit, à R. שָׂטַן *odio habere*: unde שָׂטָן *osor, inimicus, adversarius*. Vide supra num. XXIV. in nomine SITNA.

CXXCVI.

CXXCVI.

Μελχισεδέχ. Melchisedech. Syr.

מַלְכִּי־צֶדֶק Melchisedech.

Hebr. 7.1.

NAm hic Melchisedech Rex erat Salem, Pontifex Dei altissimi, qui occurrit Abrahæ revertenti à cæde Regum, & benedixit ei: cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham: qui primum quidem ex interpretatione dicitur Rex justitiæ, deinde verò etiam Rex Salem, quod est Rex pacis. מַלְכִּי est Rex meus: quanquam hîc compositionis potius quam affixi habeatur ratio. מֶלֶךְ Rex: ex quo nomina idolorum in sacris frequentata, *Melech, Molech, Milcom.* Hinc Germanicum Mild: Regum enim est εὐεργετεῖν. Luc. 22.25. Fullerus lib. 3. Miscell. cap. 17. Melech, inquit, si vocis origo spectetur, *Consul* propriè exponetur. Etenim R. seu thema, unde formatur, *consulere* significat, seu *consilium dare*: נִמְלַךְ *cogitare, deliberare.* Melicerta Hercules dictus à מֶלֶךְ rex & קַרְתָּא urbs. Euseb. lib. 1. præparat. Evang.

Gen. 11.29. מִלְכָּה *Milca*, regina.

Gen. 20.2. אֲבִימֶלֶךְ *Abimelech*, Pater Rex, vel Pater Regis: vel Regum summus.

Genes. 46.16. מַלְכִּיאֵל *Malciel*, Rex meus Deus.

Lev. 20.2. מֹלֶךְ *Molech*, Rex.

Ierem. 38.7. עֶבֶד מֶלֶךְ *Hhebed-melech*, servus Regis.

Ier. 7.18. מַלְכַּת *Melechet*, Regina: quam Μύλιτταν Assyrios nominare, non multum abeunte nomine, Herodotus autor est in Clione.

Neh. 12.14. מַלִּיכוּ *Melicho*, regnum eius.

Esr. 10.29. מַלּוּךְ *Malluch*, regnans.

Ios.

Ios.19.26. אַלַּמֶּלֶךְ *Alammelech*, Dei regnum.

Luc.3.24. מַלְכִּי *Melci*, Rex meus.

צֶדֶק est *justitia*, à צָדַק *justificari, justum esse, justã causam habere*. In Hiphil הִצְדִּיק est *justum pronuntiare, justitiam imputare, reum absolvere, justum declarare*. Sunt qui vocem δικαιοσύνη hinc decerptam volunt: quã Paulus gravissimo de justificatione negotio identidem applicat. Nec certè longè abeunt δίκη, *jus*, δίκαιος *justus*: & Lat. *dica*. Aliquo modo etiam alludit Germ. tugend / virtus, quæ nihil est aliud quam justitia universalis, juxta illud tritum:

ἡ δὲ δικαιοσύνη, ξυλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι.

Iustitia in sese virtutes continet omnes.

Ios.10.1. אֲדֹנִי צֶדֶק *Adonitzedek*, Domini justitia, vel Dominus justitiæ.

2.Sam.8.17. צָדוֹק *Tzadok*, justus.

1.Reg.21.11. צִדְקִיָּה *Tzidkïah*, justus Domini.

2.Reg.24.19. צִדְקִיָּהוּ *Tzidkïas*, justitia Dei.

Matth.16.12. *Sadducæi*, צַדּוּקִים justi.

CXXCVII.

Salem. שָׁלֵם. Σαλήμ. שָׁלִים.

Salem.

Ebr. 7. 2.

IDem, qui Melchisedech appellatur, Rex Salem quoque dicitur: ut patet ex præcedente pericope: *Deinde verò etiam Rex Salem, hoc est Rex pacis*. Hæc ex 14.Gen. v.18. desumta sunt. Salem est vox omnis prosperitatis & salutis nuntia: uti vidimus suprà, num. xcviii. in nomine Iehova schalom.

CXXCVIII.

CXXCVIII.

Αβαδδών. Abaddon. אֲבַדּוֹן.

Abaddon.

Apoc. 9. 11.

HAbebant autem sibi impositum Regem, Angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè vero Apollyon: id est perdens. Rex infernalium locustarum, quarum diritatem describit Iohannes in hoc capite, dicitur אֲבַדּוֹן Hebraicè, Græcè Ἀπολλύων, i.e. perdens. Vulgata reddidit, *Exterminans*: quod Drusio minus placet: qui rectius Asmodæo, à שָׁמַד dicto eam expositionem convenire scribit. Idem quatuor significari dicit voce אֲבַדּוֹן. 1, *perditionem*. 2. *sepulchrum*. 3. *infernum*. 4. *angelum abyssi regem*. Est substantivum, positum pro adjectivo: cuius synonyma sunt אֹבֵד & אֲבַדָּה ex R. אָבַד *perire, amitti, auferri, amoveri*. In Piel אִבֵּד est perdere. Hinc φνδάω, φθέω, φθίω, id est, *perdo*, & πύθω, *putrefacio, corrumpo*. Et Lat. *fæteo, puteo*. Nobis fetyder/ est juratus patriæ hostis. Cui convenit *fædo*, quatenus significat vasto, diripio. Livio *fædati agri* sunt vastati, direpti. Virgil.

Impulerat ferro Argolicas fædare latebras.

CXXCIX.

Amen. Αμήν. אָמֵן. Syr. אָמִין.

Amen.

HÆc ultima vocula est sancti Codicis quæ cum lacte materno ab omnibus imbibitur non Christianis tantum sed & Turcis ac Iudæis: & cuius significationem propriam Catechetici libelli nostri

noſtri diligenter inculcant. Digna igitur: quæ huius primę ſectionis ſanctę ὀνομαλοσκεψίας agmẽ claudat. Exponitur per adverbium *verè*, aut nomen *veritas*: quia etiam ſubſtantivum eſt Eſa. 65.16. ubi bis ponitur בֵּאלֹהֵי אָמֵן, i.e. per Deum veritatis, phraſi Hebraica, pro *per Deum verum*. Hoc Græcorum alij reddunt per πεπισωμένως: alij per γένοιτο, i.e. *fiat* vel *ratum ſit, quod dictum eſt*. Synonymum eius eſt אֱמֶנָה וֶאֱמֶת *verè*. A radice אָמַן *nutrivit*. In Hiphil הֶאֱמִין *credidit, fiſus eſt, dictis vel promiſsis acquievit, certò ſibi perſuaſit*. אָמַן eſt *nutritus*, cuius fidei puer eſt commiſſus. נֶאֱמָן *fidelis*. אֱמוּנָה אֱמוּן & אֱמֶת *fides, veritas*: unde μένω, *maneo*: μέν, *robur*: μάν & μὰν, *certè, revera*. Cæterum Amen ſolet interdum duplicari ad oſtendendam tum πληροφορίαν animi & certam perſuaſionem de eius quod dictum eſt veritate, tum certam etiam intelligentiam obſignatam illius, qui Amen pronuntiat, animo. Id quod toto capite 14. prioris Ep. ad Cor. inculcat Paulus. *Si benedixeris*, inquit, *ſpiritu, quomodo is, qui implet locum idiotæ dicturus eſt Amen ad tuam gratiarum actionem? nam quid dicas neſcit.* v. 16. Hoc intellexerunt quoque Rabbini: qui triplex Amen ceu illegitimum reprehendunt: primum videlicet cum qui Amen reſpondens non intellexerit quod dictum ſit: quod *Amen pupillum* appellant: ſecundum cum antequam abſolvatur oratio vox illa pronunciatur, quod Amen *ſurreptitium* vocant, quia ex oratione nondum abſoluta velut aliquid ſurripit: tertium verò cum ſic reſpondens aliquid aliud agit, quod *ſectile Amen* dicunt, quaſi diſſectum in duas partes, dum audiens aliud agit. Vide Baron. ad An. 57. num. 163.

2. Samuel. 2.24. אַמָּה *Amma*, cubitus: at אַמָּה eſt *an-*

est *ancilla* : unde *Amenophis*, id est, famulus Memphis.

2. Samuel. 3. 2. אַמְנוֹן *Amnon*, fidelis, verax, nutritius.

2. Reg. 14. 25. אֲמִתַּי *Amittai*, verax.

2. Reg. 21. 1. אָמוֹן *Amon*, fidelis, verax.

ETymologiam Cassiodorus definit *veram aut verisimilem demonstrationem, declarantem ex quâ origine verba descendant.* Nos igitur hactenus ea ex ipsius Spiritus Sancti magisterio percepimus nomina : quorum æquè firma est originationis veritas, atque certa est ipsius Sacræ Scripturæ autoritas. Fortunam igitur, quam experiuntur, qui in nominum origines inquirunt, ut ob nimiam in divinando, & effusam in dissentiendo licentiam, à multis, quibus tota hæc occupatio, si non otiosa, certè minus fructuosa videtur, contemnantur, hîc metuere non possumus. Quare solido nixi fundamento, quod convelli neutiquam poterit, ad reliqua superstruenda animosè accingimur. Et cum veras hactenus originationes habuerimus, nunc, ubi veris locus non est, utemur verisimilibus.

CXC.

מִקְרָא Mikrah.

PRimum, quod in frontiſpicio Hebræi Codicis occurrit vocabulum eſt מִקְרָא ac proinde à nobis non prætermittendum. Significat *concionem, convocationem, lectionem, doctrinam*, & antonomasticè *Scripturam S.* Nehem. 8. 8. Eiuſdem originationis eſt *Alcoran*: ex Al articulo Arabico, ut *Almana, Alcair, Almageſte, Almanſor, Alchymia*, &c. & קָרָא, i.e. *vocare, legere, clamare.* Quod ergo nos מִקְרָא vocamus, i.e. *lecturam*, id novæ legis repertor ſacrilegus Mahumetes Alcoranum, quem S. Scripturæ ſubſtituit, appellavit, quòd *legi* debeat. Hinc eſt κηρύττω, i.e. prædico. Pſal. 105. 1. קִרְאוּ κηρύξατε, *prædicate, vocate.* Faciunt huc quoque κεκραγάζω, *clamo*, κράζω, *crocito*, κόραξ, *corvus*, & *cornix* atque *cornicari.* Perſius:

Neſcio quid tecum grave cornicaris ineptè.

Carolum quoque dictum volunt à קָרָא & אֵל, i.e. *cultu & invocatione Dei.*

1. Par. 10. al. 9. v. 19. קוֹרֵא *Koreh*, vocans, legens. Extat etiam 1. Par. 26. al. 27. v. 1. & 2. Par. 31. 14.

Judic. 15. 19. הַקֹּרֵא בְּלֶחִי *Hakkoreh ballechi*, invocans in loco qui dicitur Lechi.

CXCI.

עֵדֶן Hheden. Eden. Ἐδέμ. Ἔδεν.

Gen. 2. 8.

NOmen hoc eſt paradiſi deliciarũ, in quo collocatus fuit Adam recens conditus. R. eſt עָדַן *deliciatus* vel *delectatus eſt*: à qua Græcum ἡδονή, *voluptas*, deſcen-

descendit, planè conveniens cum Hebræo עֲדָנָה vel עֲדִינָה *voluptas*: cum qua voce latina ferè coincidit nostra wollust. Erat Hheden pars terræ Chaldæorum sive Babyloniorum: ut apparet ex cap. 2. Gen. v. 10. Es. 37. 12. & Ezech. 27. 23. Alludit nostrum heide: schöne grüne heide. Heemanticum מַעֲדָנִים *vincula* notat; ex quo habent aliæ linguæ *catenas*, ketten, &c.

Esr. 2. 15. עָדִין *Hhadin*, delicioſus.
2. Par. 17. 14. עַדְנָא *Hhedna*, voluptas. Tob. 7. v. 2.
1. Par. 11. 42. עֲדִינָא *Hhadina*, delicioſus.
2. Sam. 23. 8. עֲדִינוֹ *Hhadino*, delectatio eius.
2. Reg. 14. v. 2. יְהוֹעַדָן *Iehohhadan*, Domini delicię.

CXCII.

חֲוִילָה Chavilah. Chavila. Haviláh. Hevila. Hevilah. Hevilath. Ευιλαθ.

Geneſ. 2. 11.

CHavila: *ubi eſt aurum & quidem aurum illius regionis præſtans.* Terra à fodiendo ſeu perforando dicta, quod ibi aurum idque præſtantiſſimum effoderetur. R. חָלַל generali ſignificatione eſt *perforare*, item *vulnerare*, *perfodere*, *occidere*. Piſcator grabland reddit, eadem de cauſſa. Alij à חוּל deducunt: quod eſt *arena*: hi montanam hanc & areñoſam regionem auri & lapidum pretioſiſſimorum feraciſſimam eſſe ajunt: ex qua etiam Salomon ſuas gazas petierit. Huius metropolis erat Suſan. Eſth. 1. 2. Dan. 8. 2. à qua tota regio Suſiana dicta eſt. Cognatæ radices ſunt חוּל *dolere*, & חָלַל *perforare*, *occidere*: quare eas

hîc conjungimus. Arena dicitur חוֹל à חוּל *dolere*: quod dolorem & moleſtiam ambulantibus in eâ afferat. Chavilam à חוּל deflecti nemo repugnaverit: niſi qui neſciat; in hiſce talibus mobile fieri ſolere. נְחִילוֹת ſunt inſtrumenta pneumatica à חָלַל *perforando* vel *cavando* dicta: quorum in titulis Pſalmorum creberrima occurrit mentio. Pſal. 5. 1. Vide infra num. DCCCXIX. & DCCCXX. מְחוֹלָה & מָחוֹל chorum ſaltantium notant, ad tibias nempe perforatas. חָלִיל *tibia*. unde *chelys* & חָלַל *tibia canere*. item *polluere, profanare*. Certè quam latiſſimè patent ſignificationes iſtæ: quarum ambitum complectitur noſtrum hohl/unde höhlen/hölern/außhöhlern: & quatenus dolorem inſinuant, heulen. חוֹל etiam ſignificat *phœnicem avem*: unde *olor*.

Exod. 6. 18. מַחְלִי *Machli*, chorus.

Num. 1. 9. חֵלִי *Cheli*, dolens.

Geneſ. 28. 9. מַחֲלַת *Machalath*, chorus ſaltantium.

Num. 26. 33. מַחְלָה *Machla*, chorus.

Ruth. 1. 2. מַחְלוֹן *Machlon*, chorus.

1. Reg. 4. 31. מָחוֹל *Machol*, chorus.

Ierem. 48. 21. חֹלֹן, חוֹלוֹן *Cholon*, feneſtra, dolor.

חֵלֶן idem.

Ioſ. 15. 58. חַלְחוּל *Chalchul*, dolor.

Iudic. 7. 22. אָבֵל מְחֹלָה *Abel-mechola*, luctus chori.

Iudith. 4. 3. *Mecholam*, chorus eorum.

2. Reg. 17. 6. חֲלַח *Chalach*, dolor maxillæ.

CXCIII.

בְּדֹלַח Bdellium. Bedellion. Bdellion. βδέλλιον.

Gen.2.12.

HIc perspicua est linguarum harmonia, sed res & significatio non æquè explorata. Assentimur ijs, qui arboris genus esse dictitant, gummi pellucidum simile ceræ sudantis. Albi coloris fuisse monstrat locus ex Num.11.v.7. ubi Manna dicitur colorem bdellij retulisse. Vide Plin. lib.12.cap.9. Dioscor.lib.1.c.69.Cardan.lib.8.de Subt.Danæum in Phys.Christ. c.35.part.2. Idem vero nomen habet lacryma huius arboris dicta à בָּדַל *separavit* & לַח *viror*: à viroris scilicet seu fluoris recentis separatione: quæ magnâ cum curâ fiebat ob lacrymæ huius pretiosæ æstimium. Hinc est βλίτειν, ἀποβλίτειν, & λιβδύειν, *separare*. לָחַח autem est *humidum, succidum esse*: ûnde לַח viror, humiditas: & לַח *humidus, viridis, succosus*. Hinc *lattge/lache/lake/ lixivium, liquor, lixa*, quæ antiquis erat aqua, teste Nonio. Vide plura in nomine Ramath-lechi supra, numer.CIII. Verbo בָּדַל cognatum est בָּטַל, id est, *cessare, desinere*. Eccles. 12.3. ubi solùm extat: Cæterum בְּדִיל est *stannum*, ideo à separatione dictum, quia *mixta & adulterata inter se per ignem metalla dissociat, & ab auro & argento æs plumbumque secernit*. Isidor. de Originib. lib. 16. cap.22.

CXCIV.

גיחון Gichon. Gnichon. Geon. Gihon. Gehon. Gihon. γεὼν.

Gen.2.13.

QVi *Gangem & Nilum*, hunc Ægypti, illum Indiæ fluvium Paradisi fluminibus miscent, quod antiqui penè omnes fecerunt, haud dubiè non leviter errant: quamvis autoritate Patrum se tueri possint. Sed est aliquid, *quod non vidit cornicis oculus*, ut loquitur Iobus c.28.7. & Pygmæi humeris Gigantum impositi plus nonnunquam vident, quam Gigantes ipsi. Habeat suam laudem antiquitas: sed nec gratia negetur meritis illis, qui inter alia, solidius multò, quàm pridem factum est, exposita, evidenter demonstrarunt, nihil Pischoni cum Gange, nihil Gichoni cum Nilo commune esse: sed utrumque hunc fluvium esse brachia quædam seu eruptiones aquarum Tigridis & Euphratis. Hi duo coeunt & commiscentur, spaciumque benè magnum simul emetiuntur: posteà in duo rursum fluenta dirimuntur, ac per duo ostia sese in sinum Persicum exonerant, satis longè invicem distantia. *Fluentum igitur orientale Moses vocat* פישון *hoc est* πλημμύρων *propter paludes ingentes quas efficit: alterum quod occidentem spectat, vocat* גיחון, *id est, emissarium: est enim porrectius altero, & propterea dictum emissarium, quod illud magnus ille alveus ex se emittat.* Nihil est apertius hac expositione: ut ait Scaliger lib.5. de emendat. temporum. De Pischon primo Paradisi flumine diximus supra in Paschchur, num. CLV. ex Ierem.20.3. Nomen גיחון est à גוח vel גיח, i.e. *exire, educere de ventre, ingemiscere, suspirare.* In quibusdam Scripturæ locis, ubi hoc

hoc verbum usurpatur, alluditur ad proluviem illam, quæ ex mulieris utero in partu simul cum fœtu, vel paullo ante eius egressum erumpit. Vide inprimis Iob.38.8. בֶּטֶן est *venter* Lev.11.42. ubi Masorethæ notant, literam Vau esse mediam totius Legis: ut monet Buxtorff. cap. 1. Clavis Masoræ p.52. A בָּטַח quando significat *ingemiscere* est γοάω *ploro*, *gemo*.

Gen.22.24. גַּחַם *Gacham*, exitus eorum.
1.Reg.1.34. גִּחוֹן *Gichon*, venter.
2.Sam.2.24. גַּיְחָ *Giach*, exiens vel erumpens.
Est.2.47. גַּחַר *Gachar*, exitus furoris.

CXCV.

חִדֶּקֶל Chiddekel. Hiddecel. Hidekel.

Gen. 2. 14.

TErtius fluvius Paradisi, quem nomine depravato accolæ *Diglito* vocant, teste Plinio lib. 6. cap. 27. Tigris alias nominatur. Sonat *acutam vocem* vel *acutam levitatem*, componiturque ex חָדַד *acuit* vel *acutum fuit*, unde θήγω, *acuo*, & קוֹל *vox*: Radix קָלַל est *leve esse*: de qua in Tekel num. CLV. *Vocatur*, inquit Hieron. *Tigris propter velocitatem instar bestiæ nimiâ velocitate currentis*, nempe quia eius aquæ sunt חִדִּים וְקַלִּים *acutæ & celeres*. Strabo lib. 11. *Tigris juxta Niphatem* (qui mons dividit Armeniam ab Assyria: ex quo Tigris oritur) *ruens propter celeritatem undam impermixtam servat: unde & nomen habet.* קוֹל *vox* cognationem habet cum verbo *calare* & καλεῖν, i.e. *vocare*. *Calator* Latinis est qui *convocat*, & *procalare* est provocare. *Clarus* quasi calarus, is qui per præconem calabatur, id est, victor pronuntiabatur. Celeusma à

κελεύειν. *Cluo*: κλύω: *inclytus*. De Juliano Apostata memorat Theodoretus: quod oracula consuluerit, cum expeditionem faceret postremam in Orientem, lib. 3. cap. 18. Hist. Eccl. Responsum accepit;

Ibimus in Therem Superi: victoria certa est:
Mars ego ductor ero Divûm invictissimus armis.

Iste Deus, ait Theodoretus, *Tigrim Therem fluvium nominat propterea quod sit θηρίον, id est, bestia eo nomine appellata. Hic fluvius è montibus Armeniæ erumpens labitur in Assyriam, & tandem in sinum Persicum influit.* Hactenus ille. Quid si Terem sit Hebraicum טֵרֶם? ut sensus Oraculi sit: Eundum esse in Anteriorem partem seu in Orientem: quæ Mundi pars est anterior, secundum Scripturam. Sed ἐπέχω. Nam טֵרֶם fere temporis nota, non loci est, קֶדֶם certè modò temporis, modò loci nota est, infra CCCXLVI.

1. Chron. 8. 7. אֲחִיחוּד *Achichud*, frater acutus.
Esr. 4. 2. אֵסַרְחַדּוֹן *Esarchaddon*, acuta colligatio.
Ios. 15. 25. חַדַּתָּה *Chadatta*, acuta.
Ex קוֹל *vox* est קוֹלָיָה Neh. 11. 7. *Kolajah*, vox Domini.
Esr. 10. 23. קְלָיָה *Kelajah*, vox Domini. (mini.
De פַּרְתְּ quarto Paradisi flumine, vide Ephraim, num. LV. ex Gen. 41. 52.

CXCVI.

פַּרְדֵּס Paradisus. Παράδεισος.

QVamvis hoc vocabulum in isto cap. 2. Hebraici textus non extet, reperitur tamen Eccl. 2. 5. Nehem. 2. 8. Cant. 4. 12. Et quia hic locus propria sedes est Paradisi, id est, horti illius, in quo flos generis humani à Deo primitus fuit collocatus, meritò eius explicatio non est prætermittenda: præsertim cum in ple-

in plerisque versionibus expressum habeatur Paradisi vocabulum. Quanquam autem Græci suum esse velint, & à δένω, quod est βρέχω, i. e. rigo derivent: ut παράδεισος sit quasi παράδευσος, hortus irriguus, ἐνδενδρος παράδεισος, ut Nonnus vocat: tamen Iulius Pollux lib. 11. τῶν ὀνομάτων, Paradisum propriè Græcam vocem esse negat: Persicam ipse dicit, alij Chaldaicam. Deducitur à פָּרָה *fructificavit*: de qua R. nos egimus in nomine Ephraim nu. LV. ex Gen. 41.52. Et הֲדַס *myrtus* (ex quo est nomen alterum Estheræ הֲדַסָּה Hadasah, *myrtea*, Est. 2. v. 7.) vel à דֶּשֶׁא *herba* δεῖσα: unde verbum הִדְשִׁיא *germinare*. Gen. 1. 11. Buxtorff. in Lexico Chald. פַּרְדֵּס refert ad R. פָּרַד *separare, disiungere*: ut Paradisus propriè pomarium notet, ab olitorijs, coronarijs, aliisque hortis disparatum, amænioris adspectus & plenioris voluptatis ergò. Vide DCCXXXV. In textu Hebraico habetur generale vocabulum גַּן significans *hortum*: cui Heden adjungitur, differentię caussa: de quo num. CXC I.

1. Maccab. 7. v. 40. *Hadasis*, i. e. myrtus.

CXCVII.

כְּרוּבִים כְּרֻבִים. Cerubim, Cerubini. Cherubím. **Cherubim.**

χερουβείμ Gen. 3. 24.

REgnantium majestatem thronus elatus & auro gemmisq; resplendens illustrat. 2. Chron. 9. 17. Thronum suum quoque habet Rex Regum ac Dominus Dominorum, sed non ex inanimatis rebus, verùm intelligentibus creaturis constantem, nempe *Cherubinis*, custodibus scientiæ: qua delectatur

Jehova, *insidẽs Cherubinis*. 2. Reg. 19. 15. Pſ. 8. 2. Pſ. 99. 1. Quare plerorumque eſt ſententia à ſcientia denominatos eſſe dictoſque Cherubim, velut כְּרוּבִים, i.e. *quaſi magiſtros* ſeu doctores, à כ nota ſimilitudinis, & רב *doctor*: ex quo eſt *Rabbi*, *Rabbuni*. Vide ſupra num. CLXXV. ex Ioh. 1. 39. In *arborem ſcientiæ* prævaricati Parentes primi à Cherubinis prohibentur ceu vindicibus veræ *ſcientiæ*: ne ad hortum voluptatis revertantur. Gen. 3. 24. Opera verò in templo & ſanctuario quod attinet, quæ hoc etiam nomine nuncupãtur, de ijs clarum extat pronuntiatum Ioſephi lib. 3. Antiq. c. 6. *Operculo impoſitæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubim appellant: ea ſunt animantia volucria nova ſpecie, nec unquam cuiquam hominum viſa: quæ Moſes in Dei ſolio viderat figurata.* Et 8. Antiq. cap. 2. *Hæ Cherubicæ effigies quanam ſpecie fuerint, nemo vel conijcere poteſt, vel eloqui.* Proinde dubias quoque eſſe oportet originationes: quas ex forma & ſpecie Cherubinorum deſumtas afferre varias ſolent Philologi Volunt, qui humanam eamque alatam effigiem concipiunt, Cherubinum dictum à רְבִיא, רְבִי, רַבִּי cum כ nota ſimilitudinis, ut ſit *quaſi puer*, vel *puerulus*, vel *adoleſcens*. Verùm ſi Ezechielis Prophetæ viſionibus inhæſeris, & cap. 1. v. 10. unà cum 10. cap. v. 14. contuleris, planè conſpicuum fiet, Cherubino vitulinam formam appropriari. Nam pro eo quod in priore loco *facies bovis* exprimitur, in altero loco *facies Cherubi* nominatur. Licet igitur incertiſſimũ ſit, quâ propriè forma Cherubini fuerint: illud tamen exploratiſſimum habetur, præcipuam Cherubini effigiem (quæ ex figuris diverſorum animalium aliàs mixta erat) in vitulina ſpecie conſtitiſſe. Cui ſententiæ adſtipulatur factum Iſraëlitarum vitulos

ſibi

sibi fundentium in deserto: Exod.32.& Ieroboami itidem, hoc ceu præcipuum quoddam veri Dei monumentum erigentis & ad cultum prostituentis in Bethel & Dan. 1.Reg.13. quod ex prava imitatione Cherubinorum Arcæ Mosaicæ impositorum arcessitum fuisse, neminem opinor dubitare sinit. Liceat igitur nobis פָּרוּבָא (sic Syri efferunt) trahere à כָּרוּב, quod *aratorem* notat, ex R. כָּרַב *arare*: cum quâ convenit nostrum graben: id quod in *vitulos* & *boves* terram exarantes exactissimè quadrat.

CXCVIII.

הֶבֶל הֶבֶל Hebel, Abel. Habel/ Abel. ἄβελ.

Genes. 4. 2.

VANitatem notat הֶבֶל à R. הָבַל, *evanuit*. Cognata sunt apud Latinos *vileo, vilesco, vilis*: item *bulla*: unde etiam dicimus: *Homo bulla*. Et φαυλίζω, *vilipendo*, φαῦλος, *vilis*, φαυλίζομαι *vilesco*: *fabula*: *hablar* Hispanis est loqui. Et nostrum ûbel. His omnibus maximè affine est verbum אָבַל *luxit, doluit, lamentatus est, perijt*: à quo Philo deducit Hebel, sive Abel, sed perperam; quod rem ipsam tamen spectat, convenientissimè. Nascitur quippe *homo sine doctrinâ, non fari potest, non ingredi, non vesci, breviter non aliud sponte naturæ, quam flere*. Plinius lib.7.cap.1. Vide Abel Mizraim supra numer.LVII. ex Gen.50.11. Ab הֶבֶל non longè abest בֶּהָל, id est, *subito terrore percelli*: item *festinare*: unde βάλος, id est, *velox*.

CXCIX.

נוֹד Nod. Nod. Naïδ.

Gen.4.16.15.

EGressus itaque Kajin à facie Iehovæ habitauit in regione Nodi ad Orientem Hhedenis. Terra in quam secessit Kajin post perpetratum fratricidium è regione Paradisi sita dicitur versus Orientem: quæ Nomadum sedes fuit: ut censent eruditi,& complectitur totum illum tractum tum in Arabia deserta, tum in extremâ Babyloniâ ad sinum Persicum,tum in Susianæ conterminâ: ubi sunt gentes feræ in tugurijs & mapalibus habitantes: quæ à Caino & eius posteris descenderunt. Plinius Nodumbas populos collocat in India Orientali: quos Caini posteros esse conijcere licet.His respondent *Nordmanni* nostri,inserto *r* à vagatione dicti. Terra Nodi (inquit Fr.Iun.) est *regio vagationis sive erroris* sic dicta à supplicio Caini.Synonyma sunt נוד, נָדַד & נָדַח, i.e. *movere,migrare,vagari,fugere de loco in locum.* Hinc *nutare*, & Græcum δινεῖν,*fugere præ metu,vertere, volvere:*δονεύειν, *movere, agitare.*

1.Maccab.2.1. *Moddin*,perfugium:alijs judicium, à דין judicare.

Niddui, i.e. remotio, expulsio: primus gradus anathematis: num.CXXCIV.suprà.

CC.

חֲנוֹךְ Chanoc. Hanoch. Enoch. Hanóch.Henoch.Ἐνώχ.

Genes.4.17.16.

PRimus Cainí filius de quo Scriptura: *Et cognovit Kajin uxorem suam,quæ concepit & peperit Chanochum: erat*

erat autem ædificator civitatis: vocavitque nomen civitatis illius de nomine filij sui Chanochum. חֲנוֹךְ est μεμυημένος, *initiatus, dedicatus, consecratus.* Enochia prima est in mundo constructa civitas: quam nomine filij insignivit Chanoch, quasi & filium & urbem Deo dedicaret. Hoc Platonem non latuit. Etenim in Protagora, & lib. 3. de legibus ait infinitum esse temporis spatium, quo urbes inter homines esse cæperunt, usumque habuisse etiam ante φθορὰν τῶν τῷ κατακλυσμῷ ποτε γενομένων, i.e. *ante eam generis humani cladem, quæ per celebre illud diluvium quondam contigit.* V. Plin. lib. 6. c. 16. ubi Henochiorum meminit, quorum prope Bactros in Oriente sedes fuerit. Ioseph l. 1. c. 4. Antiq. August. lib. 55. de C. D. cap. 8. Sed fuit alius verè Deo consecratus eique singulariter charus Chanoch, sive Enoch: ex numero primorum Patriarcharum: *qui ambulavit continenter cum Deo, & propterea ab eo assumtus est.* Gen. 5. 24. Hic à Cainitis secessionem fecit, ne eorum improbitati implicaretur: cuius pietatis æternum retulit præmium. R. est חָנַךְ *dedicavit, consecravit, imbuit, prima elementa dedit, catechisavit.* חִנּוּךְ *catechesis.* חֲנֻכָּה *dedicatio.* Hinc Græca καινίζω, ἐγκαινίζω, *initio, innovo*, & ἐγκαίνια *festum consecrationis templi*, Ioh. 10. 22. חֲנוֹךְ הַנַּעַר *imbue* (erudi, doce) *puerum secundum modum eius, seu secundum viam eius*, nempe paullatim, ut ferre possit, Proverb. 22. 6. Stephanus Guichardus ex hac R. decerpit nostrum knecht: milites enim hæc vox proprie notat bellis & pugnæ initiatos & adsuetos. Vide Genes. 14. 14.

CCI.

עִירָד Hhirad. Ιrad. Irad. γαϊδάδ.

Geneſ. 4. 18.

NEpos Kajini dicitur Hhirad vel à עָרוֹד quod onagrum ὄναγρον, ſive aſinum ſylveſtrem ſignificat. Vnde *rudo* vox aſinorum. Vel ſecundum Hieronymum, à עִיר *civitas*, num. CCCXXCVIII. & דִּין *lis, rixa, jurgium*, num. XXXI. in *Dan*: ut ſit *diſſenſio civitatis*. Vel magis honorificè à עִיר *civitas*, & רוּד *dominatus eſt*, num. CCLVII. ut idem ſit, ac ſi dicas, *Vrbis dominator*.

Num. 21. 1. עֲרָד *Hharad*, onager.

CCII.

מְחוּיָאֵל Mechujael, Mehujael. Mehauiaél. Maviael. Mahujael. Μαλελεήλ. Μαήλ. Μαϊήλ.

Geneſ. 4. 18. 17.

HOc nomen, quaſi per ה in medio ſcriptum extaret, idem ſonat Hieronymo, ac ſi dicas: *Quis ille Deus fortis?* Componitur ergo ex מִי *quis*, nu. CXVI. in Michal. & הוּא *ille*. יְהֹוִה Deus, num. LX. in Iehovah. & אֵל *fortis Deus*, num. XLII. in Elohim. & num. XLVI. in Allon-bachur. Sed hæc expoſitio & textui non congruit: & יְהֹוִה nomen Dei proprium includit: quod Moſi demum revelatum fuit, Exod. 6. 2. atque idcirco ferri non poteſt. Componatur igi- ex מִן, i. e. *à, de, ex.* num. XV. in Moab. & חַי, i. e. *vivus*, num. II. in Eva ſeu Chava: & אֵל *Deus fortis*. nu. XLII. ita ut ſit: *Ex vivo Deo forti*: vel, *Vivificatus, aut vivificandus à Deo*. Iſte eſt Pronepos Kajini.

CCIII.

CCIII.

מְתוּשָׁאֵל Methuſchaël. Methuſaël. Matuſael. **Methuſael.**

μαθυσάλα.

Geneſ. 4.18.17.

METhuſchaël *hominem poſtulatũ* ſeu *mutuò commodatum* ſignificat. Apparet ex Chanochi ſeu Enochi, Mechujaëlis & præſente nomine, Kajinitas quoque præcipuam quandam pietatis ſpeciem præ ſe tuliſſe: ut qui ſe Deo conſecratos faterentur, eiuſque nomen religioſa celebratione uſurpare ſolerent, illudque ſuis ipſorum nominibus affibulare. *Adeo vetus eſt hic hominum mos: ut cum nihil minus quàm pietatem ſatagant, ſpecioſa tamen pietatis nomina obtendant*: ut ait Capellus in Hiſt. Sacr. pag. 15. De **שָׁאַל**, *rogare, poſcere*, egimus num. CVI. in nomine Samuel. **מְתִים** *mortales, viri, homines*, ab inuſitata R. **מָתַר** vel verius à **מוּת** *mori*, ſingulari caret: unde **מָוֶת** *mors*: inde Gr. μοῖρα fatum, & noſtrum matt/item mors, inſerto r: ſicut à **מְתִים** *mortales*.

Eſr. 6.2. **אַחְמְתָא** *Achmetha*, frater mortalium.

Eſr. 10.36. **מְרֵמוֹת** *Meremoth*, amarit udo mortis.

Ioſ. 10.3. **יַרְמוּת** *Iarmuth*, projectio mortis.

Ioſ. 16.6. **מִכְמְתָת** *Machmetha*, percuſſoris, vel humilis, vel pauperis mors.

2. Sam. 23.31. **עַזְמָוֶת** *Hhazmaveth*, fortis mors.

CCIV.

CCIV.

לֶמֶךְ Lamech, Lemech. Lemec. **Lamech**. Λάμεχ.

Geneſ.4.18.17.

LAmech *humiliatum, dejectum, depreſſum, depauperatum, attenuatum* notat, à R. מָכַךְ vel מוּךְ *depauperari, attenuari, deprimi.* Cognata ſunt, *macies, macidus, emaciare, marcidus, macer*, mager: item μικκὸς, *exiguus, exilis, tenuis*, & μικρὸς, *parvus, modicus.* Nota Lamech pro Lemech dici, propter pauſam, ſic Phaleg pro Pheleg, &c.

2.Sam.9.12. מִיכָה *Micha*, pauper, humilis.

1.Sam.13.1. מִכְמָשׂ *Michmaſch*, pauperem educens vel palpans.

Num.12.15. מָכִי *Machi*, pauper.

Eſth.1.14. מְמוּכָן *Memuchan*, depauperatus.

Eſr.10.40. מַכְנַדְבַּי *Machnadbai*, pauper vovens.

Ioſ.16.6. מִכְמְתָא *Machmetha*, pauperis vel percuſſoris mors.

1.Par.2.49. מַכְבֵּנַי *Machbenai*, percuſſio filij eius.

CCV.

עָדָה Hhada. Adah. Ada. Ἀδά. Ἄδδα.

Gen.4.19.18.

NOmen primę uxoris primi bigami, nempe Lamechi: à עָדָה *ornavit, decoravit, induit*: item *tranſivit.* Hinc Gr. ἔνδυμα, *veſtimentum*, δύω, ἐνδύω, *induo, ſubeo*, it. ἱμάτιον. Et Hemde, i.e. *induſium*: item *decus.* Huc trahunt Grammatici עַד particulam, i.e. *usque, donec, dum, uſquequò*, à עָדָה *tranſire*: quod tranſitum ad alias

lias voces necessarium faciat. Inde Latinum *ad*. Ad transitus significationem pertinent *vado*, βαδίζω, & *vadum*.

Iosuæ 15.v.22. עַרְעָרָה *Hhadhhadah*, testimonio ornata.

1.Reg.4.14. עֹפְרָה *Hhiddo*, ornatus.

Luc.3.28. *Addi*, עֲדִי vel עֹדִי, ornamentum.

Tob.1.1. *Hhidduj*, ornatus.

1.Par.4.21. לְעָדָה *Lahhdah*, ad ornatum.

CCVI.

צִלָּה Tzilla. Sillah. Sella. Zilla. σελλά.

*Gen.*4.19.18.

SIc vocatur uxor Lamechi altera, ex R. צָלַל *obumbrari, obtegi, occludi* defensionis caussa. צֵל & צֵלָל umbra: quæ ut in fontibus, sic in aliis omnibus linguis pro *defensione* sumitur & munitione ac protectione. Non longè abeunt Germanica zelt / keller: & Græca καλύπτω, i.e. abscondo: it. latina, *occulo*, *occulto*, *cella*. Exponitur aliquando צָלַל per *tinnire*: unde צֶלְצָלִים *cymbala*: ex quo nostrum schellen: & Latinum *squilla*.

Exod.31.2. בְּצַלְאֵל *Betzaleel*, in umbra Dei.

Num.26.33. צְלָפְחָד *Tzelophchad*, umbra formidinis.

1.Sam.10.2. צֶלְצַח *Zeltzach*, umbra munda.

2.Sam.23.25. צֶלֶק *Tzelek*, umbra lambentis.

Potest etiam exponi nomen præsens per *assatricem* seu *coquam* à צָלָה *assare*: unde צֶלִי assatura & צָלוּל *assum* vel *tostum*. Hinc *calo*, nis, & κᾶλον, i.e. *lignum*, & *caleo*, &c.

CCVII.

CCVII.

אֱנוֹשׁ Enoſch. Enós. Enos. ἐνώς.

Geneſ. 4. 25. 26.

NOmen ſpeciei & individui, filij nempe Sethi, *infirmum* & *fragilem* notans. Quamvis Euſebius de præparatione Evangelica à נָשָׁה *oblivione* deducat, ex Pſ. 8. 5. ut *Enos* ſit quaſi ἐπιλήσμων *obliviosus*: & tamen alluſio potius eſt, quam verum etymon. Radix אָנַשׁ eſt *lethaliter ægrotavit, morbo deſperato laboravit*, cuius ſynonymum eſt נוּשׁ: unde νόσος, *morbus*, νοσερὸς, *morboſus*, νοσέω, *ægroto*. Ab אֱנוֹשׁ eſt noſtrũ menſch/pro nenſch: quam vocem Goropius Becanus comparat cum latina *mens*: ex eoque hominis ſpecificam, ut loquuntur, formam, ſummamque dignitatem elicit. Torniello Enoſch eſt q.d. *non vir*: ab אִי֫ן non, & אִישׁ vir. Plurale ab אֱנוֹשׁ eſt אֲנָשִׁים viri. at ablato א fit נָשִׁים mulieres, ἄρσενες πεπηρωμένοι: ut placet Ariſtoteli: i.e. *imperfecti mares*.

CCVIII.

קֵינָן Kenan. Cenan. Cainan. Kenan. καϊνᾶν.

Geneſ. 5. 9.

HIeronymo eſt *lamentatio*: à קִי֫ן vel קִינָה, id eſt, *lamentum, querela, ploratus, ſingultus*. R. eſt קוּן *lamentari*. unde κινυρὸς, *querulus, flebilis, funeſtus*: κινύρομαι, *querulor, lamentor*: & noſtrum jammern. Poteſt etiam eſſe à קָנָה *poſſidere*: ut ſit poſſeſſio eorum. Vide Kajin. num. vi. *Enos*, inquit Iacobus Capellus, *nonageſimo ætatis anno filium gignit: qui Kainan dictus eſt adjectâ diſtinctionis cauſſa ad Kainis nomen literâ. Quod nobis documento eſſe debet, ne fatale neſcio quod omen nominibus propriis*

priis affingamus. Ita nec Iudæ Iscariotæ impietas fecit, ut alter Iudas & ipse Apostolus suum nomen abominaretur. Sic quamvis Kajin pietatem mentiens speciosо nomine filium suum Enochum, i.e. μεμυημένον *nuncupaverit: non dubitavit tamen Iared idem nomen filio suo imponere. Sic Matusalæ filius idem nomen cum Kajini abnepote accepit.*

CCIX.

יֶרֶד Jared. Jered. ἰάρεδ.

Gen. 5. 15.

JEred יֶרֶד est à R. יָרַד, i. e. *descendit*, & *descendentem* vel *descensionem* notat. Potest etiam exponi per dominatorem, à רוּד *dominari*. Cappellus rationem reddit, quasi nempe dicat Mahalaleel εὐσεβέστης: *Cum mundi dominium à Deo acceperit homo, non debet esse peccati mancipium, sed excusso Satanæ jugo Deo servire. Nam is demum verè dominator est, qui sibi imperat; ut Deo pareat.*

1. Chron. 2. 14. יַרְדַּי *Raddai*, descendens vel dominans.

Genes. 50. 9. יַרְדֵּן *Iarden*, Iordan, descensus: vel à יאֹר *rivus* & דָּן *Dan*, urbe: juxta quam Iordanem oriri docet Geographia. Christophorus Furerus αὐλόπλης in Itinerario suo de Iordane: *Illud*, inquit, *memorabile est, quod ut est apud Tacitum lib. 5. Historiarum, pelago ut alij fluvij non accipitur, sed unum atque alterum lacum integrum perfluit, tertio vero (mari mortuo seu lacu Asphaltite) retinetur. Contrarium narrant Plin. l. 3. 26. & Pausanias: quos tamen minus rectè sentire viri docti censent.* Hæc ille pag. 80.

1. Maccab. 15. 23. *Aradus*, i.e. descensus.

CCX.

מהללאל Mahalaleel. Malaleel. Mahalaleel. Μαλελεήλ.

Gen. 5. 13.

MAhalaleel, id est, *laudator*. Ad faustum hoc primumque nomen indendum vel hinc invitari potuit Kainan : quod currente anno sabbathico natus post decem annorum hebdomadas ineunte anno sabbathico eoque jubilæo. Is erat octavus jubilæus ab orbe condito. Omnino enim ut sacrificiorum usus, ut animalium mundorum ab immundis distinctio, sic annorum per hebdomadas & hebdomadum hebdomadas distributio aliqua esse potuit à primis Adami tẽporibus. Hæc Cappellus. De הלל laudavit, vide in Hallelujah, num. CXLIII. De אל Deus, num. XLII. in Elohim.

CCXI.

מתושלח Methuschalach. Methuschelach. Methusélah. Mathusalam. Methusalah. Μαθθσάλα.

Genes. 5. 21.

MIssio vel gladius mortis, à שלח *mittere*: de quo in nomine Schiloach, num. CXLVII. שלח est gladius, ex eadem Radice. Metuschelach, inquit Cappellus, est *homo missus*, quasi Apostolum dicas. Sanè non abs re hæc verba in textu habentur: *Ambulavit autem Chanoch continenter cum Deo, postquam genuit Methuschelachum, trecentis annis, quibus genuit filios & filias.* De מתים, i.e. *mortales*, ex מות *mori*, vide nu. CCIII. in nomine Methuschael.

CCXII.

CCXII.

יָבָל Jabal. Jabel. Jabal. ἰωβήλ. יוּבָל Jubal. Jubal. ἰωβάλ.

Gen. 4. 20. & 21.

IVbalem à buccina rectè dici, quæ est יובל, textus declarat. *Iubal fuit autor omnis tractantis citharam & organon.* De hac voce satis diximus in nomine Jobel, num. LXXIV. ex Levit. 25. 10.

CCXIII.

תּוּבַל־קַיִן Tubal-kajin. Thubalcain. Tubal-cain. Thubalkain. θώβελ.

Gen. 4. 22.

INest huic nomini clarissimum veritatis Hebraicæ & primæ religionis indicium. *Tubal-kaïnus erudivit omnem fabrum ærarium & ferrarium.* Sic Scriptura. Ecquis non videat ex Hebræo Tubalkajin *Vulcani* vocem extitisse? Huius rei evidentiam Latinorum ineptæ roborant nomenclationes. Servius enim Vulcanum quasi Volicanum dictum esse argutatur: quod præ se ferat in volando canitiem: id quod igni nostro applicare conatur, parum profectò feliciter. Multò impertinentius alij Vulcanum quasi βουλήκαπνον dici ajunt, i. e. hominem fumi ac fuliginis avidissimum; id quod nec voci nec veritati consonat. Detrahe igitur servilem literam ת ex תּוּבַל־קַיִן & habebis nomen *Vulcani*. Tres Lamechi filij Iabal, Iubal, Tubalkajin clarissimi rerum novarum inventores non multum discrepantibus nominibus, ab eadem nempe Radice descendentibus, mundo inclaruerunt, à יָבַל, quod

in Hiphil est, *ducere, producere, deducere.* sanè convenientissimè: nam ad *tentoria*, quorum Iabel, & *buccinas*, quarum Iubal, & *ferramenta*, quorum Tubalkajin autor est, talis productio accommodari potest. Dilatantur tentoria: est productior tubæ sonitus, qui clangor dicitur: ducuntur metalla. Vide Iobel numer. LXXIV. De Kajin num. III.

CCXIV.

נַעֲמָה Nahhama. Naamah. Noema. **Naema.** Νοεμά.

Genes. 4. 22.

NAhhama Tubalkajini soror à *pulchritudine* dicta est. Vide Nahhomi, num. CV. Hæc *Venus* dicta & *Vulcani* uxor fuisse credita est à Gentilibus.

CCXV.

שֵׁם Schem. Sem. **Sem.** σήμ.

Genes. 5. 33.

VOx vulgatissima apud Hebræos: cuius R. est inusitata. Significat *nomen, famam, gloriam*, & κατ' ἐξοχὴν nomen ipsum venerandum Dei, seu Tetragrammatum. Inde est apud Græcos Σημεῖον signum: nec enim nomen quicquam est aliud, quam signũ. Potest *Schem* reddi per ὀνομαστὸν *celebrem*, *clarum illustrem.*

1. Chron. 2. שִׁמְעִי *Schumathi*, nominatus.

1. Par. 15. 18. שְׁמִירָמוֹת *Schemiramoth*, (unde est etiam Semiramis) nominis sublimitas.

Ios. 19. 46. לֶשֶׁם *Leschem*, nomen, vel ipsi nominato.

Iudic. 3. 30. שַׁמְגַּר *Schamgar*, nominatus advena.

Actor. 13. 6. בַּר שׁוּמָא *Bar-schuma*, filius famæ, seu vir famosus.

CCXVI.

CCXVI.

חָם Cham. Ham. Ham. χάμ.

Gen.5.32.

CHam significat *socerum*. à חָמַם vel חָמַר *incaluit, amore arsit, calidus fuit*. Vsurpatur sæpe de prurigine fæda despumantium in libidinem, pravoque ardore effervescentium; cui obnoxium fuisse Chamum, ex eius Parentis verenda speculantis moribus colligere promtum est. Cognatum est יָחַם caluit, calefecit, Nomen חוֹמָר murum notat ex lapide factum ardore ignis cocto; unde χῶμα, *choma*, i.e. agger. De aggeribus Nili non rumpendis, qui chomata dicuntur, titulum habent Iureconsulti. Respondent hîc Gr. κυμαίνω, *æstuo*, κάμινος, *caminus*. Et ἵεμαι, *cupio, amo*: γαμέομαι, *nubo*, γάμος, *nuptiæ*. Ger. famin/warm. *Magnus Cham*, qui Chamitis in Tartaria imperat, & Iuppiter *Hammon* Chami vestigia demonstrant.

Num.13.22. חֲמַת *Chamath*, indignatio.
Ios.19.28. חַמּוֹן *Chammon*, calor sive ira.
Is.21.32. חַמּוֹת דֹּאר *Chammothdor*, calor generationis.
2.Sam.23.31. בַּרְחֻמִי *Barchumi*, filius caloris.
2.Reg.23.31. חֲמוּטַל *Chamutal*, calor roris.
1.Chron.4.34. חַמּוּאֵל *Chammuel*, ira vel calor Dei.
Esr.6.2. אַחְמְתָא *Achmeta*, lagena: à חֶמֶת vas, fictile, igni coctum.
Luc.24.13. *Emmaus*, i.e. calor aquarũ.
1.Par.7.1. יַחְמַי *Iachmai*, calefaciens.

CCXVII.

גֹּפֶר Gopher. Gopher.

Gen.6.14.

PLanè cum Germanico kyfern/ & kyfernholtz ista convenit dictio: id quod Lexicographi diligenter an-

ter annotant. Rabbini ipsi asserunt, esse arborem: cuius ligna ob levitatem ad faciendas naves apta sint. Hieronymus bituminata ligna interpretatur seu bitumine illita vel picata: גֹּפֶרִית enim *sulphur* est (uti vocis etiam similitudo ingerit) vel bituminis ac gummi genus, facile ignem concipiens. De lignis Gopher eruditè disserit Fullerus lib. 4. Miscell. cap. 5. Quidam ligna Gopher reddunt per ligna bituminata, propter vicinitatem verbi כָּפַר, i.e. *bituminare*, quam habet cum פֶּר. Tres paraphrases Chaldaicæ interpretantur Cedrina ligna. Fullero magis placent Cupressina: כּוֹפֶר enim est *cupressus*. Ac sanè erat hæc arbor olim Diti sacra: in ritibus funerum ad domos poni solita, ex eaque arcæ sepulchrales fiebant, eò quod putredini non sit obnoxia. Fuit certè *Arca* hæc Noachi *Cupressina* in immensis illis diluvij fluctibus velut luctuosum & diuturnum sepulchrum universi generis humani omniumque animalium in sicco degentium.

CCXVIII.

אֲרָרָט Ararat. Ararat. Ἀραράτ.

Genes. 8. 4.

NOmen montium super quibus requievit Arca post diluviũ: quos in Armenia esse majore, eâ parte, quâ imminet Assyriæ, intetpretes passim confirmant. Vox ipsa *maledictionem terroris* notat: nempe quia terrorem omnem malè valere jusserunt Arcæ salutaris alumni, quando ea substitit: R. אָרַר *maledicere* est: unde ἀρὰ & κατάρα, i. e. *execratio*, *maledictio*, Gal. 3. 13. & ἄρουρα, *terra maledicta* propter hominem: ubi tota hæc vox Hebraicis literis scripta extat hoc

modo

modo אֲרוּרָה *maledicta* sc. terra. Huic affine est Lat. *horror*. Radix altera est רָטַט *tremere*: unde רָטָט *horror, tremor, concussio, concursatio* sanguinis vel frigoris per totum corpus. Hinc τρέσσω, *territo*: τρεῖζω, *cum tremore quodam obrigeo*: *tartarus*. Affinia sunt רָהַט & רָטָה & רָרַט: in quibus R. & T. literæ, asperitatem cum duritie vel ingrato animi corporisque statu habituque conjunctam indicant: ut in versiculo:

Monstrum avidum atro Erebo ortum harpa, omnique acrius hydro.

De regione *Ararat* vide Fuller. l. 1. c. 4.

1. Par. 7. 37. אֲרָא *Ara*, maledicens.

CC XIX.

גֹּמֶר Gomer. Gomer. γαμέρ. γομέρ.

Gen. 10. 2.

GOmer est *consummator*. à גָּמַר *perfecit, implevit, consumsit, defecit, cessavit, finijt*. Hebræi pro *&c.* dicunt גְּמוֹר. quâ formula utimur: quando sententiam aliquam non integrè citamus, sed lectori auditorive aliquid addẽdum supplendumve relinquimus. Ab hoc Gomero dicuntur & descendunt Cimbri seu Cimmerij, qui Septentrionem quasi quendam orbis terrarum marginem tenebricosum insederunt. *Margines imperij* dicit Plinius. A גָּמַר est *margo* per metathesin: item *terminus*, march/feldmarg/morgen/ gr. μοργή, *jugerum*.

Ierem. 36. 10. גְּמַרְיָה *Gemarias*, consummatio Domini.

CCXX.

מָגוֹג Magog. Magog. Μαγώγ.

*Geneſ.*10. 2.

MAgog ſignificat eum, qui habitat ſub tecto vel tentorio: huius inde poſteri ἀμαξόβιοι dicti: quod in curribus ut plurimùm degentes qualicunque tecto vel operimento contenti eſſent. גַּג eſt *tectum, pars ſuperior domus*: quam loricâ ſeu peribolo muniebant Orientales, ne quis inde poſſet delabi, Deut. 22. 8. Hinc noſtra tach/gang. Incertum eſt an מ litera initialis ad compenſationem tantum faciat, an vero ſit ex מִן *de, abſque*: ut Magog is ſit, qui careat tecto: id quod Hieronymus de nominibus Hebraicis docere videtur. Sed rationem appellationum hîc reddere difficile eſt: eò quod inveſtigationis diligentiam antiquitatis vincat obſcuritas. Erudita Clariſs. Matth. Martinij conjectura eſt, *Gomerum* dictum ex eo, quod tunc deſierit diluvium: *Magogum* quod eius nati tempore ſub tectis cæperint habitare: *Madajum*, quod poſteà metiri dominia ſint aggreſſi. Annius Viterbienſis lib. 17. Magog exponit per *palatium, tectum*.

Num. 24. 7. אֲגַג *Agag*, i.e. tectum.

CCXXI.

מָדַי Madai. Madai. Madoí. Μαδαί.

Geneſ. 10. 2.

MEnſorem vel metatorem notat hoc nomen, ex R. מָדַד *metiri, menſurare*: unde מִדָּה *menſura, menſio*, Hiſpanicè *medida*. Latina *metiri* & *metari* conveniunt, ut patet, & noſtra meſſen/maß/ Saxonicè metten:

metten: ut & Græca μέτρον, μετρέω & *modius*. Quidam faciunt מָדַן radicem inusitatam, & ex eâ decerpunt מְדִינָה, id est, *provincia* in multas urbes distributa: & מָדַן via. Visitatur hodie Sepulchrum Mahometis non in Mechâ, sed in Medinâ Talnabi: quæ voces originem Hebræam resipiunt: q.d. *provinciam tumuli Prophetæ*. נָבִיא enim *Propheta* est: תֵּל *tumulum* notat. Nomen מָדוֹ vestem seu indumentum notat: unde μανδύη & *mantellum*, mantel/ Gall. *manteau*; μανδυᾶς vestis militaris pedissequi, Gallis *mandrille*.

Ios.15.31. מַדְמַנָּה *Madmanna*, mensura numeri.

Luc.3.28. *Elmodam*, Deus mensor eorum, vel, non metiens, ab אַל *non*.

Actor.2.9. *Medus*, à *Madai*, i. e. mensor.

Genes.10.26. אַלְמוֹדָד *Almodad*, non metiens, vel non mensurus.

CCXXII.

יָוָן Javan. Javan. ἰωύαν. *Gen.*10,2.

VOx יַיִן fæces, cænum, lutum designat, & quicquid turbidum ac liquidum est. Græcia seu *Ionia* hinc nomẽ accepit: ut liquet ex Dan.8.v.21.&10.20.& 11.2. huius enim gentis Iavan est conditor. & ex Syro Paraph. qui יָוָנָיֵא *Græcos* appellat. Cognatum est יַיִן *vinum*; cum quo οἶνος, *vinum*, wein conspirant. A יַיִן, i. e. *fæces* nostrum heven nihil differt. Athenæus lib.2. οἶνον dictum esse vult ab Oeneo Colophonio ridiculè.

1.Chron.7.19. אֲחְיָן *Achjan*, frater vini.

1.Maccab.5.13. *Tubin*, bonum vinum.

CCXXIII.

מֶשֶׁךְ Meschec. Mosoch. Mesech. Mesech. μοσόχ.

*Genes.*10.2.

MEschec à מָשַׁךְ, i.e. *trahere, protrahere, prolongare, protractionem* sonat. Moschi, qui & hodie Moschovitæ secundum nomen antiquum vocantur, à trahendo dicuntur, quasi *tractores arcuum*: siquidem Meschecho originem sui debent, arcubusque etiamnum utuntur. Aliàs מֶשֶׁךְ *pretium* quoque significat: quippe quod omnes ad se perfacilè trahat atque alliciat. Cogn. est μόσχος, *surculus, novella stirps*, quæ per incrementa à caudice, cui inseritur, accepta crescit & educatur.

Dan.1.7. מְשַׁךְ *Meschac*, trahens, prolongans.

CCXXIV.

תִּירָס Tiras. Thiras. Tiras. θυίεγες.

*Genes.*10.2.

VOx hæc destructorem notat: quod Thracibus, quorum autor est Tiras, de consensu omnium optimè convenit. R. est תָּרַס *diruit, destruxit.* Vnde Germ. heeren/verheeren. תֶּרֶס *destructio.* Item reissen/einreissen. Græc. ῥήσσω, *rumpo*, ἀγείρω, *collido, frango.* Mars hinc quoque dictus, destructorem significat, seu destruentem, à מְתָרֵס, quod est participium in Piel ab תָּרַס. Sic ἄρης, *mars*, ex eodem fonte.

CCXXV.

CCXXV.

אַשְׁכְּנַז Aſchcenaz. Aſchenaz. Aſcenez. Aſcenas, ἀσχανάζ.

Geneſ.10.3.

SAcerdotem ignis notat hoc nomen. ab אֵשׁ ignis: & כֹּהֵן Sacerdos. Nempe quia Deus in igne apparere ſolitus eſt, ideo adſpectabile hoc divinitatis ſymbolum elegit antiquitas, eo inprimis ducta conſilio, ut idolomaniam ſculptorum, pictorum, fuſorumque cohiberet, moneretque, longius à Dei eſſentia quàm à flamma ignis ſpeciem arti ulli imitabilem abeſſe. Obſtat enim mobilitas, quò minus flamma à ſculptoribus & pictoribus repræſentari poſſit. Ab אֵשׁ manant *æſtus, æſtas*, ἰσχάεσ, & ἑστία, i. e. focus: & noſtrum eſſe/aſche.

Geneſ.36.26. אֶשְׁבָּן *Eſchban*, ignis filius.

Geneſ.46.21. אַשְׁבֵּל *Aſchbel*, ignis vetuſtatis.

Ioſ.15.50. אֶשְׁתְּמֹו *Eſchtemo*, ignis admirationis.

1.Reg.13.2. יֹאשִׁיָּהוּ *Ioſchias*, ignis Domini, vel vrens Dominus.

2.Reg.12.1. יְהוֹאָשׁ *Iehoaſch*, Domini ignis.

2.Reg.21.24. יֹאשִׁיָּה *Ioſchias*, ignis Domini.

Act.8.v.10. אַשְׁדּוֹד *Aſchdod*, ignis amabilis.

1.Par.4.11. אֶשְׁתּוֹן *Eſchton*, ignis donum.

Altera vox כֹּהֵן *Saccerdos* eſt à כָּהַן *ſacerdotio fungi*, item *officium facere*: nam כֹּהֲנִים in genere quoslibet notare ſolet officiarios. Hinc κονεῖν, διακονεῖν, i. e. *ſervire, miniſtrare*.

Quidam ne extremam literã in Aſchcenaz perdant, vel præterire videantur, trahunt huc R. כָּנַס, id eſt, *colligere, congregare, coacervare*: & per *collectorem*

rem ignis reddunt. A כָּנַס est *cuneus*: quem Augustinus lib. 2. de Ordine cap. 18. quasi *couneum* à coitione in unum dictum arbitratur.

CCXXVI.

רִיפַת Riphat. Riphath. Riphat. ριφάθ. ῥειφάθ.

Gen. 10. 3.

רָפָא & רָפָה *gigantem* notat, vel eum qui potens est ad sanandum atque opitulandum. R. רָפָא *curare, sanare*, & per translationem *instaurare*. רָפָה *remittere, leniter morbum tollere*, & in genere *cessare, desinere*. Hinc θεραπεύω, *sano, curo*, θεραπεία, *medicina*: Paeon Medicus ille decantatissimus; φάρμακον & φαρμακεύω, *i. e. medicamenta confici*o. Et Lat. *robustus* à רְפָאִים, *i. e. gigantes*, Gen. 14. 5. *Rephaim* seu *Raphai*: ubi nomen est gentis. quandoquidem isti sunt robusti.

Gen. 10. 21. אַרְפַּכְשַׁד *Arphachschad*, sanans quasi dæmon, vel sanans Chaldæus.

1. Chr. 4. 12. בֵּית רָפָא *Beth-rapha*, domus sanitatis.

1. Chron. 3. 21. רְפָיָה *Rephajah*, sanatio Domini.

2. Sam. 21. 16. הָרָפָה *Harapha*, medicina.

Ios. 18. 27. יִרְפְּאֵל *Iirpeel*, medicina Dei.

Num. 13. 10. רָפוּא *Raphu*, medicus.

Tob. 3. 25. רְפָאֵל *Rephaël*, medicus Dei.

3. Maccab. 1. 3. *Raphias*, Gigas, vel Medicus.

CCXXVII.

תֹּגַרְמָה Togarma. Thogarmah. Thogórma. Thogarma. θογαμά. θογαρμά. *Gen.* 10. 3.

גֶּרֶם est *os ossis*: & quia ossa roboris ac duritiei symbo-

ſymbola ſunt, metaphoricè fortem ſignificat. Hinc Germanorum ob fortitudinem celebratorum nomen fluxiſſe probatur ex Paraphraſte Chaldaico. Vbi enim Hebræum in Ezech. 38. 6. habet domus Thogarma, ibi ille vertit *provinciam Germaniæ*. Ad rẽ facit, quod Germanũ vulgò dictũ putant, quaſi gar ein mann / ſicut Alleman, quaſi all ein mann / i.e. *totus vir*. Radix eſt גָּרַם *comminuit, contudit*, in *grumos* ſeu fruſta redegit, contrivit: id quod non niſi robuſti facere poſſunt. Hinc noſtra grũmeln / grume / ſive krume: κάρμάτιον, i.e. *fruſtillum, grumus*. Cum גָּרַם conventt גָּרַם: quam convenientiam ſimilitudo literarum ם & ם inſinuare videtur. Hinc גֶּרֶשׁ *triticum contuſum*: ſicut שֶׁבֶר *frumentum* à שָׁבַר *frangere*. Ab illo eſt *Ceres* haud dubiè, Ciceroni quaſi *geres*: quæ etymologia ad Hebræos fontes nos manuducit. lib. 4. de Nat. Deorum.

1. Chron. 4. 19. גַּרְמִי *Garmi*, oſſeus: ex quo eſt ritter Garmi ex fabulis.

CCXXIIX.

אֱלִישָׁה Eliſch. Eliſah. Eliſa. Eliſa.

ἐλισά.

Geneſ. 10. 4.

AB Eliſcha Ἕλληνες, i. e. *Græcos* dictos eſſe ſunt qui exiſtimant. Certè Elienſis lingua Græca vocata fuit à poſteritate: quod ex benedictione Noachi, quam Iephetus conſecutus eſt, eveniſſe credimus: ut linguam hanc Elienſem ſive Græcam dignaretur Deus, in qua myſteria fidei generi humano proderentur. Nomen אֱלִישָׁה idem ſonat, ac ſi dicas, *Deus meus eſt*: ab אֵלִי *Deus meus*: de quo vide in nomine Elohim, num. XLII. יָ eſt nota exiſtentiæ & eſſentiæ:

quæ

quæ solius Dei est secundum eminentiam & perfectionem: exponiturque יֵשׁ per *est, existit*: vnde Lat. *est*, nostrum ist. Radix יָשָׁה, ex qua est תִּישִׁיָּה *existentia, essentia, subsistentia*, οὐσία, item *sapientia, ratio, soliditas* ac *firmitas* cuiusque rei. Si Iamin in Schmol transferri pateris, poterit Elisah exponi per *ovem Dei*, à שֶׂה *ovis*: à quo ὄις parum recedit.

1. Sam. 21. v. 11. אָכִישׁ *Achisch*, i.e. utique est.

1. Par. 7. 3. יִשְׁיָה *Iischschijah*, est Dominus.

CCXXIX.

תַּרְשִׁישׁ Tarschisch. Tarsis. Tharsis. Tharsis. θάρσεις.

Gen. 10. 4.

THarsis & nepotis Iapheti filij Iavanis proprium est, & lapidem pretiosum coloris hyacinthini notat, urbem præterea in Cilicia, Apostoli Pauli ortu nobilem: in qua celeberrimus erat totius Orientis portus: à quo in Africam, & alias procul dissitas regiones navigabatur: unde & ipsum mare magnum hoc nomine non rarò nuncupatum legitur. Radix eius est רָשַׁשׁ, cuius synonymum est רוּשׁ, *depauperavit*. Forte κατ' ἀντίφρασιν sic dicta est illa urbs & regio: quia propter mercimonia admodum opulenta fuit: cui adstipulatur Pagninus & Schindlerus. Alij ab *explorando marmore* nomen deflectunt: תּוּר enim est *explorare*: de quo vide Caphthorim num. CCXLVIII & שֵׁשׁ à יָשַׁשׁ, i.e. marmor: de quo in Schefschai CCCCLV. A רָשׁ *depauperavit* est Irus: unde Proverbium: *Iro pauperior*: item σπάω, *privo*, σπάρτις, *privatio*: ἔσπαρται, *lacera vestis*, &c. Τάρσοι apud Æneam in Tacticis sunt πλέγματα ἐκ ῥάβδων, textura quædã virgarum, crates. Casaub. in Notis. Esth.

Esth.5.14. זֶרֶשׁ *zeresch*, extranea paupertas.

CCXXX.

כִּתִּים Cittim. Citthim. Cethim. Kithim. κήτιοι. χενοθηείμ.

*Gen.*10.4.

CIttim, i.e. *percussores*: à verbo כָּתַת *contudit, cecidit, contrivit*: unde *cudo, quatio*. Cognatum est נָכָה *percussit*: quod cum *neco* Lat. ferè convenit & *icio*: κυαίω, *ferio*, καίνω *percutio*: κόπτω, *cædo*: κλείνω, *occido*, κοττέω, *verbero*. Pervagata est sententia, voce Cittim Macedones notari: quæ ex libris Apocryphis inolevit. Sed ostendit Iunius in Notis ad 1.ca. Maccab. Macedones communi Græcorum appellatione apud Hebræos nomen à Iavane habere, idque permultis ex locis in Daniele.

Num.34.25. פַּרְנָךְ *Parnach*, taurus percutiens.

Est.4.5. הַתָךְ *Hatach*, percutiens.

CCXXXI.

דֹּדָנִים Dodonim. Dodanim. δόδιοι.

*Genes.*10.4.

IOvis Dodonæi templum, oraculum, cui sunt ignota? Istum autem idolomania gentilium Deũ fecit, autorem gentis sic venerata. Dodanim componitur ex nomine דּוֹד *amicus, dilectus, cognatus*, & in specie *patruus*: דּוֹדִים *dilecti, amores, ubera*: דּוֹדָה *amica*: unde *Dido* Virgilij: Pœni enim in multis Hebraicæ linguæ vestigia diu admodum retinuerunt: uti ex Plauti versibus Punicis nuper ostendit Seldenius in libro de Dijs Syris. Germanicæ quædam provinciæ, quos in delicijs habent, dõd vocant, in-

primis

primis eos, quos his in locis patrem dicimus, id est, *sponsores natalitios*, & talium sponsorum liberos, ut ajunt, spirituales. דַּד est *uber, mamma*, Græcè τίτθη: pl. דַּדִּים *mammæ*, Ezech. 25.3. Prov. 5.19. Græcis τηθηνὸς est *amabilis*, à τηθὴ, *avia, amita*, matertera. θεῖος avunculus. Cæterum pro Dodanim legi Rodanim in Esra & Ezechiele propter similitudinem literæ ר & ד notavit & observavit Brougthonus in Concentu S. Scripturæ. Finis dictionis Dodanim ex דְּנִים decerpi potest: ut notet *amabiles judices*: à דִּין judicavit. Vide *Dan*, num. xxxi.

Ruth. 4.17. דָּוִד *David*, dilectus.

2. Sam. 12.25. יְדִידְיָה *Iedidja*. Sic Salomon vocatus est, Nathanis discipulus, i.e. dilectus Dei: ut notatur ex vers. præcedente.

Iob. 2.11. בִּלְדָּד *Bildad*, vetusta dilectio.

Ezech. 25.13. דְּדָן *Dedan*, mammilla, vel dilectio earum.

2. Reg. 22.12. יְדִידָה *Iedidah*, amabilis.

Iud. 10.1. דּוֹדוֹ *Dodo*, patruus.

Num. 34.21. אֶלִידָד *Elidad*, Deo dilectus.

Esr. 3.10. חֲנָדָד *Chenadad*, gratia dilecti.

1. Par. 27.4. דּוֹדַי *Dodai*, dilectus.

Act. 8.40. אַשְׁדּוֹד *Aschdod*, ignis amabilis.

Num. 11.26. אֶלְדָּד *Eldat*, Deo charus, Gotlieb.

Gen. 30.14. דּוּדָאִים *Dudaim*, amores, amabiles flores.

CCXXXII.

פּוּט Put. Put. Phut. Put. φύδ. φύθ.

Gen. 10.6.

NOmen tertij filij Chami, & eius partis Africæ, quæ Libya dicitur, *crassum* & *pingue* sonat: unde Ger-

de Germanicum fett. Syriacum ܦܛܡ est *saginare, pingue facere.*

CCXXXIII.

סְבָא Seba. Saba. Seba. σαβά. σεβά.

*Gen.*10.7.

סָבָא est *inebriare, potare.* סֹבֵא, *ebrius, temulentus, bibax*: item *caupo*, qui vinum vendit. Hinc *Sabæi* populi Æthiopici, qui patri Cusch originem suam transscribunt. Alij autem sunt *Sabæi* Arabes: ex quibus Regina *Sabæa* prodijt, Matth. 12.42. 1. Reg. 10. Regio שְׁבָא per שׁ scribitur Ezech. 27.22. Psl. 72.10. A סָבָא est nostrum sauffen/ & Gr. Σαβάζειν, *helluari, bacchari*: unde Bacchus Σαβάζιος dictus & Σαβοῖ vox bacchātium. Vide supra num. LXX. in voce Sabbathum. *Sapa* est species quædam vini, vinum novum. Tertull. cont. Marc. lib. 3. c. 5. *Nam & montes legimus destillaturos dulcorem: non tamen ut sapam de petris, aut defrutum de rupibus speres.*

CCXXXIV.

נִמְרֹד Nimrod. Nemrod. Nimrod. νεβρώδ. νεμβρώδ.

*Gen.*10.8.

HIc est ille conditor Monarchiarum primus: qui patriam, quæ hactenus viguerat potestatem ad autoritatis publicæ exercitium vigoremque severitatis ἀναγκαστικῆς traduxit: ut audaciam rebellantium reprimeret, & disciplinæ jugum excutere molientes vi & armis ad obsequium cogeret.

Meritò ergo nomen sortitus est à מָרַד *defecit, rebellavit, attenuavit, humiliavit:* unde מֶרֶד *rebellio, deflexio, apostasia.* Vide מָרָה num. DCCCCXLVII. Cognatum est ἁμαρτάνω, *deficio peccando,* & ἁμαρτία, *peccatum.* Item nostra mord/mörder. Quibusdam per allusionem Nimrod dicitur quasi Nimbrod. Hoc enim jus Regis est. 1. Sam. 8. v. 11.

1. Chron. 4. 17. מֶרֶד *Mered,* rebellis.

2. Reg. 25. 27. אֱוִיל-מְרֹדַךְ *Evil-merodach,* stulti rebellionem conterens.

CCXXXV.

אֶרֶךְ Erech. Arach. Erec. Erech.

ὀρέχ.

Genes. 10. 10.

VRbis Nimrodi nomen: quod longitudinem significat, à R. אָרַךְ *prolongare, in longum ducere* vel trahere, *extendere*: id quod vrbibus ampliandis, & studio Nimrodi suam potentiam longè lateque propagantis perappositum est. Non longè deflectit nostrum recken/außrecken/reichen/darreichen/& Gr. ὀρέγω, i.e. *porrigo* extensis vlnis; & ἔρκέω, *propulso, arceo.*

Ios. 16. 2. אַרְכִּי עֲטָרוֹת *Arci-bhataroth,* longitudo coronarum.

2. Sam. 15. 32. אַרְכִּי *Arci,* longus, vel procerus.

Esr. 4. v. 9. אַרְכְּוָי *Arcevai,* longi.

CCXXXVI.

אַכַּד Accad. Achad. Akad. Acad.

ἀρχάδ.

Genes. 10. 10.

VRbs hæc vel à nepotibus dicta est: quibus operam

ram dabant eius incolæ: nam נֶכֶד est nepos. Hinc νηγάτεος, quasi νέως γενόμενος, noviter genitus: & nostrum enckel/i.e. nepos. Vel à לָכַד, quod est capere, apprehendere, comprehendere, occupare: quod fimbrias sui dominij dilatarent, ac latius latiusque proferrent. Alias כַּד est vas à capiendo dictum, כּוּרוֹן lagena, hydria, item scintilla. Hinc cadus, κάδος. כָּרַר verbum, quod quidam hîc ingerunt, inusitatum est. χάδω & χαδέω, i.e. capio, contineo, sum capax.

CCXXXVII.

כַּלְנֵה Calne. Chalneh. Chalanne. Chalne. χαλάνη. χαλάννη.

Gen. 10.10.

QVarta urbs Nimrodi: cuius nomen sonat, *Quasi hospitium seu commoratio*, à כ similitudinis nota & R. לוּן pernoctare, hospitari, commorari: item conqueri, murmurare. Hinc κλίνω, ἐγκλίνω, clino. Lucret. *Paullùm clinare necesse est. Reclinis*, i.e. reclinatus. Clinicus, lecto, τὴν κλίνην affixus: *triclinium*, &c. מָלוֹן est hospitium. Al לוּן quatenus significat murmurare est nostrum lamen. Quidam per *urbem consummatam* exponunt, à כָּלָה consummavit, perfecit: de quo vide Mical, num. cxvi. Ex hac R. est כַּלָּה sponsa: quam si huc accire velis, licebit *Calne* per *sponsam lamentantem vel murmurantem* reddere.

1. Chron. 4.17. יָלוֹן *Ialon*, manens.

1. Chron. 4.19. תִּילוֹן *Tilon*, murmuratio.

CCXXXXIIX.

שִׁנְעָר Schinhhar. Sinar. Sinear. Senaar. Sennaar. Sinear. σενααρ.

Genes. 10.10.

CAmpus Senaar ab eventu ita appellatus fuit:

excussio enim *dentium* notat excussionem verborum, quæ sine dentibus non fiunt. Hi extructoribus turris Babylonicæ excussi sunt : quando solitam loquendi facultatem dentati, i e. superbi illi perdiderunt. Nam hic ille locus est, in quo Babylon extrui cæpit. שָׁן, *acuit, exacuit, acuminavit.* Inde est ש litera, dentes quodammodo repræsentans, & nostrum zahn/zähne/schien/zange. Græcum *ἰσχνόω* & *σχενόω* est attenuo: *ξαίνω, carmino.*

Num.21. בְּשָׁן *Baschan*, in dente. Sic potius quam in mutatione à שָׁנָה *mutavit*: vel in somno à יָשַׁן *dormivit*: quia mons dentatis rupibus asperabatur, Psalmista teste: *Mons Baschan, mons frequens gibbis, mons Baschan*, Psal.68.16. Triplex repetitio emphasin habet, & huius montis colles ac rupes easque denticulatas indicat.

Ps.119. שִׁין litera, i.e. dens.

Ios. 7.11. בֵּית שְׁאָן *Beth-schean*, domus dentis.

1.Sam.31.10. בֵּית שָׁן *Bethschan*, domus dentis.

Altera radix ex עָרָה *evacuavit, nudavit, discooperuit, fudit, effudit*: עֶרְוָה *nuditas, turpitudo, fœditas*: unde etiam cum Hieronymo exponi potest per dentis seu oris fœditatem : verè enim fœtidi facti sunt hi ingentis moliminis architecti : dum ab opere cæpto cum ignominia recedere coacti sunt, & æternam rebellionis ac superbiæ imò & infidelitatis infamiam suis posteris inusserunt. Etenim cum ad tempus substitissent in monte Ararat, & circa ea loca, in quibus Arca Noe consederat, habitâssent iste novus hominum grex, tandem pertæsi incultæ regionis & asperæ vix in terram planam se demittere ausi sunt. Adeo nimirum horror ex tot hominum per universum terra-

rum

rum orbem deletorum memoria conceptus animum occupauerat, ut se credere campis irriguis, & spacioſis conuallibus dubitarent. Tamen cum tempore audaciores facti non alia ratione imminenti periculo prævertere posse, & à suffocatione si qua rursum ab aquarum eluvionibus & augmentis orbi inhorresceret, tueri se posse rebantur, quam immensæ alicuius molis erectione cuius muri ad ipsas usque nubes porrigerentur. Ita diffidebant divinæ promissioni, Noacho & eius filijs datæ, Gen. 8. 21. & sue contrà prudentiæ innitebantur. Sed malè cecidit consilium: ut meritò locus iste *Schinhhar* appellatus sit. A עָרָה potest esse *haurire, hauriendo evacuare.* Ios. 13. 4. extat vox מְעָרָה, quam Iunius ex Plin. lib. 5. cap. 20. *Magoram* vertit. Vsitatum est enim, inquit, literam Hebraicam ע in *g* mutari. Est hic fluvius in orâ Libano subjecta inter Tzidonem & Berytum. מְעָרָה significat *spelunca*: à עָרָה, quia est locus evacuatus & nudatus. Μεγαίρω est *odio habeo*: *Megæra* furia infernalis.

Ios. 15. 59. מַעֲרָת *Mahharath*, spelunca.
Ios. 13. 4. מְעָרָה *Mehharah*, spelunca.

CCXXXIX.

נִינְוֵה Nineveh. Nineve. Ninive. Ninive. νινευί.

Gen. 10. 11.

DIvinę ultionis adversus deploratam hominum impietatem post diluvium, eversionem Sodomæ & παρανομεθρίαν Hierosolymorum nullum est spectaculum horribilius: quam Nineve עִיר גְּדוֹלָה אֱלֹהִים *magna Deo*, ut dicitur Ion. 3. 3. i. e. summè seu divinitus

tus magna, trium dierum iter continens in circuitu. Hæc jam olim ad pulviſculum ita abraſa eſt: ut ſint, qui nunc diſputent, Euphratine an Tigridi fuerit impoſita: id quod omnem admirationem ſuperat. Lucianus in Charonte: ἀποθνήσκουσιν αἱ πόλεις ὥσπερ καὶ ἄνθρωποι. Νίνος ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲν ἴχνος αὐτῆς. Moriuntur urbes perinde ut & homines. Ninus vel Nineve periit: nec vel veſtigium eius eſt reliquum. Hoc prædixerat Sophonias his verbis: *Diſponet Niniven deſolationi ſiccam ut deſertum: & accubabunt in ea greges, omnes beſtiæ gentium, tum platea, tum anataria in malogranatis eius pernoctabunt: vox cantabit in feneſtrâ, deſolatio in poſte, cum cedrum eius nudaverit. Huiuſmodi erit civitas illa exultabunda, quæ reſidet ſecurè: quæ dicit cum animo ſuo, Ego ſum & præter me nulla eſt amplius. Quomodo eſt deſolationi? cubile beſtiis? Dicet quiſquis tranſibit per eam, ſibilabit, agitabit manum ſuam.* Nomen Nineve ſignificat *habitationem nepotum.* נִנְוֵה eſt *habitaculum, domicilium.* à נָוָה, i.e. *habitavit, reſedit, manſit:* (unde ναίω, ναιετάω, *habito:* ναὸς, *templum:*) item *decorus & pulcher* fuit, habitavit in locis amænis. Plur. נָוֹת & נְאוֹת *caſas paſtorales & paſcua amæna* ſignificat: quare & per *ſpecioſa* reddidit Pagninus, alij per *campeſtria.* Nomen נָיוֹת eſt proprium 1. Samuel. 19. 19. ubi Saul cum Prophetis prophetavit: ab amœnitate paſcuorum, quæ illic erant. Gymnaſium ſeu Synagoga erat Prophetarum & aſylum: quo confugerat David, Saulis ſævitiæ cedens: ut ibi inter Prophetas, quorum Samuel *Præſes* erat & ſupremus *Rector*, tutus eſſe poſſet. Ideo *collis Dei* vocatur ille locus 1. Sam. 10. 5. & cap. 19. v. 20. Legati Saulis ad capiendum Davidem miſſi Rectoris Samuelis & Collegarum

legarum eius reverentiâ absterriti re infectâ discedere coguntur. Chaldæus vertit בֵּית אַלְפְנָא *domum doctrinæ vel oraculi.* Toar fœmininum נָוָה est mulieris manentis jugiter in domo, inquit Rabbi David in libro Radicum: οἰκουρός. Ier. 6. 2. הַנָּוָה *Mulieri jugiter habitanti domi & delicatæ assimilavi filiam Sion.* Hieron. speciosæ. נְוֵה בַיִת Psal. 78. 13. *pulchritudo domus.* die haußehre/ut Lutherus reddidit. Nos ex נָנָה habemus wohnen/ה in ו verso. Altera vocula, cum qua componitur Nineve, est נִין *filius, nepos:* sed non nisi collectivè usurpatur: unde & plurali caret. מָנוֹן filius familiâs, seu paternorum bonorum hæres: nam & pro domino sumitur. Hinc νέος, νεανίσκος, νεανίας, i.e. juvenis: νάνος, pumilio. Ninne. Nos dicimus, sause liebe ninne. Satis benè omnia hîc conspirant, νέος, juvenis, junge/junior. &c. Nænia, νύνιον, &c. Nonne quoque, i.e. monialis huc pertinet, Græcè νόννη. Xiphilinus: ἔστιν ὅτε καὶ νόννας ζωέβαλε. *interdum & nonnas committebat.* Loquitur de Domitiani agonibus nocturnis. Ægyptij hodieque Monachos vocant *Nonnos.* Arnobius id facit sæpiusculè.

Numer. 11. vers. 28. נוּן *Nun,* id est, nepos, filius, stirps.

1. Sam. 19. 18. נָיוֹת *Najoth,* habitacula.

Psalm. 119. 105. נוּן *Nun* (litera alphabeti) infans.

2. Maccab. 1. 13. *Nanæa,* i. e. Diana.

De Nineve vide Ramiresium cap. 45. in Pentecontarcho, & Fullerum lib. 3. cap. 6. p. 305. Misc. Sacr.

CCXL.

כֶּלַח. כֶּלַח Celach. Calach. Chalah. Chale Cala. χαλά χ.

Gen. 10. *v.* 11. 12.

כֶּלַח est *senium, senectus*, q. d. gelida seu frigida senectus. Non multum abest Germ kalt/kühle/kühlen: & Lat. *gelidus*: frigida enim & sicca est senectus. Si conjecturis locus foret, dici posset Assur tempore senectutis suæ hanc vrbem condidisse, & hinc ei nomen indidisse.

CCXLI.

רֶסֶן Resen. Ressen. Resen. δασή. δασέμ.

Gen. 10. 12.

REsen est *frænum*: quod à מֶתֶג differt formâ: nam hoc est propriè *lupatum* quod ori equi inseritur: רֶסֶן autem est lorum ipsum seu habena, qua lupatum alligatum est ad aures usque & maxillas equi. Frænum igitur vel capistrum erat hæc urbs: quo velut propugnaculo seu arce munitâ recens domitæ gentes in officio continebantur, eine spanische brille. Cognata sunt rüstung/reisiger/reisen, *restis*. Galli, *resne* dicunt eadem penè significatione. Græcis ῥυτὴρ & Æolicè βρυτὴρ est *habena*. Nec longè abit *frænum*.

CCXLII.

לוּדִים Ludim. Ludæi. Ludim. λουδιείμ.

Gen. 10. 13.

STirps Lydorum in minore Asia; vel, ut Iunius censet,

censet, incolarum Maræoticæ præfecturæ in Ægypto: sub qua Ludæi vixerunt. Est nomen hoc gentile, ut & cætera, quæ sequuntur, & significat *natos* seu in lucem editos, à R. יָלַד *parere, parturire, nasci, generare.* Hinc יֶלֶד, *infans, puer*: unde non nemini *filij* vox Latina extitisse videtur, pereunte ד: לֵדָה *partus.* Adsonant θῆλυς, *fœmina*, θηλάζω, *lacto*, θηλὴ, *mamma, papilla.* Saxonibus est teſen parere: & ICtis ziesen/ kinder erzieſen/ generare liberos. Facit huc etiam *thalamus*: & *Ilithya*, Dea partus. Ovid.

Præpositam timidis parientibus Ilithyam.

Ioſuæ 15.26. מוֹלָדָה *Moladah*, nativitas vel generatio.

Gen.10.22. לוּד *Lud*, recens natus.

Eſr.2.33. לוֹדִדִים *Lodehadim*, naſcens gaudens.

1.Par.8.13. לוֹד *Lod*, nativitas.

Ioſ.15.30. אֶלְתּוֹלַד *Eltolad*, Dei nativitas.

2.Sam.8.16. אֲחִילוּד *Achilud*, frater natus.

1.Chron.2.29. מוֹלִיד *Molid*, generatio vel nativitas.

Actor.9.32. *Lydda*, quæ est Dioſpolis, nata.

Iudith.1.6. *Gelodæus*, partus vallis, à גֵּיא.

CCXLIII.

עֲנָמִים Hhanamim. Hanamæi.

Anamim **Anamim**. ἐνεμεὶειμ. ἀγειαμιείμ.

*Gen.*10.13.

A fonte aquarum dicti sunt: עַיִן *fontem* notat & *oculum*: in regimine עֵי. Ajin litera sic dicta est, quod figuram oculi ductus eius quodammodo

imitetur. Hinc *nuo*, νέυω, *annuo*: νεῦμα, *nutus*. Est עוֹנֵן *præstigiis uti*, vel ut alij volunt, *tempora observare*: מְעוֹנְנִים: *Magi*: quæ vox Hebrææ satis aflonat. מַיִם in regimine מֵי *aquas* notat: unde *meo, as, are*: ἰμάω, *haurio*. ἰμάσι, *abundans*: item meer/*mare*: himmel/à מַיִם & אֵל, ut sit, *aqua Dei*. Maiuma, festum in mense Majo celebrari solitum, in quo aquis marinis inter se certabant, atque eas invicem in oculos jaculabantur. I. Clementiæ nostræ. Cod. de Majuma.

2. Reg. 3. 3. מֵי יֶשַׁע *Meschabh*, aqua salutis.

1. Reg. 15. 20. עִיּוֹן *Hhijon*, fons, vel oculus.

Num. 1. 15. עֵינָן *Hhenan*, fons vel oculus earum.

Ezech. 47. 17. עֵינוֹן *Hhenon*, fonticulus.

Numer. 34. 9. חֲצַר עֵינָן *Chatzar hhenan*, atrium fontis.

Ios. 15. 62. עֵין גֶּדִי *Hhen-gedi*, fons felicitatis.

Iud. 15. 17. עֵין הַקּוֹרֵא אֲשֶׁר בַּלֶּחִי *Hhen-hakkoreh, ascher ballechi*, i. e. fons invocantis, qui est in lechi.

1. Chron. 3. 23. אֶלְיוֹעֵינַי *Eljohhenai*, ad ipsum oculi mei.

Iudith 4. 3. *Baal-majim*, Dominus aquarum.

Plura cum עֵין composita require ex indice.

CCXLIV.

לְהָבִים Lehabim. Lahabim. Laabim. Lahabæi. Leabim.

λαβιείμ.

Gen. 10. 13.

AB his populis Libya dicta est: cuius vocis origo est à nomine לַהַב *flamma*: quia hæc regio perpetuis ignibus torretur: seu quia Libycorum populorum facies flammata vel adusta erat.

Facies

Facies לַהֲבִים *flammarum facies eorum*, inquit Esa. c. 13.8. Cogn. sunt λάμπω, *splendeo*, λαμπρὸς, *splendidus*, φλέγω, *inflammo*, lampe/ *lampas*, leuchten / licht / lohe/ lohdern. Affine est לָהַט *ardere, inflammare, comburere*: inde לַהַט nomen: quod est sicut לֶהָב. Genes. 3.24. לַהַט הַחֶרֶב *flamma gladij*. Alij per *laminam politam & fulgentem*, per *ferrum gladij*, per *flammeum gladium* exponunt. Psal. 104. אֵשׁ לֹהֵט πυρὸς φλὸξ, fewerflamme. Act. 2.9. Libya, flammea.

CCXLV.

פַּתְרֻסִים Pathrusim. Phetrusim. Pathrosæi. Patrusim. Petrusim.

παθροσωγιείμ.

Gen. 10.14.

A Nomine פַּת, i.e. *frustum, buccella*: cuius R. פָּתַת *in frusta concidere, frangere*. פַּת-לֶחֶם *buccella panis*. Nomen proprium Vrbis in Ægypto פַּתּוֹם *Pithom*, i.e. *buccella eorum*, Exo. 1.11. Vide infra DCCCLXXXVII. ubi per *os abyssi* exponitur. רָסַס est *macerare, conterere, humectando dissolvere, stillare*: unde רְסִיס *stilla, gutta*. Patrusim ergo *buccellarum maceratores* audiunt, die da gerne meeren. A פָּתַת est *putare, amputare*, bete brots/ beetgen/ quod nos bislin/ *frustillum* dicimus. A רָסַס est *ros*, ῥοὰς, *irroratio*, riselen/ δρόσος, ἔρση, i.e. *ros*.

Es. 11.11. פַּתְרוֹס *Pathros, Patrosus*, i.e. buccella roris: est nomen regionis quæ hodie Arabia Petræa dicitur.

Num. 33.21. רִסָּה *Rissa*, stillicidium.

Luc. 3.27. *Resa*, adsperſio.

CCXLVI.

CCXLVI.

כַּסְלֻחִים Casluchim. Chasluhim. Casluchæi. Casluhim. χασμωνιείμ. χελωνιείμ. χασλωνιείμ.

Gen. 10. 14.

QVasi pacificatores, vel reconciliatores: à סָלַח remisit peccatum, condonavit, pepercit, ignovit, propitius fuit. כ ab initio vel ad compositionem facit: vel est nota similitudinis. Faciunt huc ἱλάω, ἱλάσκω, placo, ἵλεος, propitius, ἱλασμὸς, propitiatio: & Lat. salvo, salus: item, laxo. Et nostra lösen/ aufflösen: & sehlig: beatus enim, cui remissa sunt peccata. Ps. 32.

CCXLVII.

פְּלִשְׁתִּים Pelischtim. Philistæi. Palæstini.

Genes. 10. 14.

INter hos in litore terræ Canaan habitantes & Israëlitas quia perpetuum & ἄσπονδον bellum fuit, ideo creberrima eorum in libris præsertim historicis mentio. Regio ipsa, in qua quinque fuerunt satrapiæ seu metropoles, Geth, Ascalon, Azotus, Gaza & Accaron, dicitur פְּלֶשֶׁת Palæstina, ad occidentem Iudææ sita: à R. פָּלַשׁ involvere se cinere aut pulvere. Cõuenit Lat. pulvis & polluo. Gr. πηλὸς, lutum, παλάσσω, fædo, subigo, σπίλος, macula, βόλιτος, stercus. Chytræo Palæstini dicuntur à נָפַל & שׁוּר quasi ponentes ruinam.

Act. 12. 20. Βλαστὸς, i. e. pulvere conspersus.

CCXLVIII.

CCXLVIII.

כַּפְתֹּרִים Caphtorim, Caphthoræi· Caphthorim, Caphthorim· χαβθοριείμ. καθθοριείμ.

*Geneſ.*10.14.

EXploratores manuum: à כַּף *vola, manus, planta pedis.* De R. כָּפַף *cavavit, curvavit*, egimus ſupra num. CLXXVII. in nomine Cephas. R. תור *explorare, circumquaque ſcrutari, luſtrare circumeundo in gyrum.* Hinc תָּרִים *mercatores, negotiatores, inſtitores*, omnia perluſtrantes & lucri cauſſa perquirentes. תור ut טור in genere ſignificat *ordinem, ſtatum, gradum, ſeriem, formam, conditionem, diſpoſitionem*: quo fit, ut תּוֹרָה *Lex*, hinc ab aliquibus deducatur (quod alias è R. יָרָה *iacere & docere, deflectitur*) quia noſtrũ eſt legem ſemper ſcrutari & meditari. תור denique etiam *turturem* notat, ex radice duplicata. Alludunt *torno, as, are* & *tornus*, inſtrumentum quo ligna cavantur & vaſa formantur uſibus variis accommoda. Chaldæis תור eſt taurus ταῦρος, Gall. *taureau*, Ital. & Hiſp. *tauro*, nobis ſtier; Latinis antiquis, *teriones* boves dicebantur. Sic etiam linguæ concordant in βούβαλος bubalus bũfel.

Amos. 9.8. בַּפְתֹּר *Caphthor*, exploratio manus.

2. Reg. 18.17. תַּרְתָּן *Tartan*, explorans donum.

Eſter 1.10. זֵתַר *Zethar*, iſte explorans.

Eſr. 1.8. מִתְרְדָת *Mithredat*, explorans legem. Vide DCCLXXIV.

Ioſ. 18. 27. תַּרְאֲלָה *Taralah*, exploratio maledictionis.

Eſter,

Eſter.1.14. שֵׁתָר *Schetar*, qui explorat.

Eſt.2.63. תִּרְשָׁתָא *Tirſchatha, Artaſaſtha*, explorans fundamentum.

1.Par.6.21. יְאָתֵרַי *Ieaterai*, explorans. Vide num. DCCCCLIX.

CCXLIX.

צִידֹן Tzidon. Sidon. Ζιδών. σιδὼν. *Geneſ.*10.15.

SIdon primogenitus Cenahani patruelis Nimrodi, nomen dedit urbi Sidon antiquiſſimæ, & poſt Babylonem celeberrimæ ad mare magnum ſitæ. Vox ipſa *virum venationis* ſeu *venatorem* notat: צַיִד eſt *venator* & Syris Chaldæiſque etiam *piſcator*. צַיִד *venatio*. מְצָדָא & מְצָדְתָא Chaldæis eſt *rete*. Congruit ad rem potius quam ad verbum, quod Iuſtinus ſcribit ex Trogo, Sidonem ab *ubertate piſcium* dictam eſſe. Hieronymus Sidonios *venatores* reddit. A R. צוד, i.e. *venari* eſt noſtrum ſchüſſ / & ſchieſſen / it. ζητεῖν & θήζειν, *quærere, venari, indagare*. Alludit etiam latinum *rete*. *Scytha* Col. 3.2. à venatione ſic dictus creditur. A צַיִד, quatenus *cibum* notat, σῖτον eſſe poteſt. Errant, qui ab hac urbe *Sindonem* dictam putant, ignari fontium. Vide *Sedinim* n. DCVII.

Num.34.8. צְדָדָה *Tzedadah*, venatio eius: vel latus ſive inſidiæ eius. Vid. num. DCCCXLIX.

Ioſ.19.35. צִדִּים *Tziddim*, venationes.

Matth.11.21. בֵּית צַיְדָה *Bethſaida*, domus venationis.

צָדֵי *Tzade* litera Hebræorum à *venabulo*, cui eſt ſimilis.

CCL.

חֵת Cheth. Hethæus. Heth. Heth:

χεθαῖος.

Geneſ. 10. 15.

PAvorem ſeu *terrorem* ſignificat hoc nomen, ſicut & חִתָּה, à R. חָתַת, quod eſt *frangi animo, conſternari, terreri, pavere.* Vnde gr. ἥττάω, *vinco,* ἧττημαι, *inferior ſum:* ἥττα, *clades, conflictus, profligatio.* Et Lat. *cudo, tundo, quatio,* quetſchen: ὀττεία, *horror*; αἰδέω, *timeo, vereor.*

Iud. 1. 26. חִתִּים *Chittim*, confracti.

CCLI.

יְבוּסִי Jebuſi. Jebuſæus. Jebuſi.

ἰεβυσαῖος.

Geneſ. 10. 16.

ID eſt, conculcator, à R. בוּס *pedibus terere, calcare, ſpernere, polluere.* תְּבוּסָה *conculcatio.* Hinc πούς, *pes,* ſus. item ſtoſſen. Synonym. eſt בָּעַט *calcare*: ex quo eſt πατέω. Poteſt etiam per *impinguationem* vel *ſaginationem* exponi, ab אָבַס *ſaginare*: unde eſt *obeſare,* & *obeſus.* Nomen אֲבוּס eſt *præſepe, horreum.* A quo non planè diſſonant, *Præſepe* (addito *præ* ad *ſepe*) κάπη, krippe. Ab אֶבֶס porro eſt *Apis*, bos ille ſaginatus, quem Gentiles honorabant, ut ſuos vitulos Hebræi apoſtatæ. Athanaſ. Epiſc. Nicæn. Quæſtione 50. *Lex eſt Decalogus, quam antequam populus vitulum (hoc eſt Apim Ægyptium) faceret, Deus eis tulit voce, quæ audiretur.* Serapis à שׁוֹר & אֲבוּס, i. e. *bos ſaginatus*: ab אָבַס *ſaginare.*

Iud. 19. 10. יְבוּס *Iebus*, conculcatio.

Eſ. 30. 22. פִּיבֶסֶת *Bubaſtis*, os conculcatum.

CCLII.

CCLII.

אֱמֹרִי Emori. Amorrhæus. Emoræus. Emori. ἀμορ῾ραῖος.

Geneſ. 10. 16.

LOquax, dicax: ab אָמַר *dixit, edixit*: unde ἐρέω, ἔρω, & εἴρω, *dico*: ῥῆμα, *verbum*. Ger. mehr / vel mâer / newe mâer: & *rumor*: & ruhm: ῥῆμα, *verbum*: *Hermes* Deus facundiæ.

1. Par. 9. 12. אִמֵּר *Immer*, dicens.

1. Par. 6. 6. אֲמַרְיָהוּ *Amarias*, dicit Dominus.

Gen. 14. v. 1. אַמְרָפֶל *Amraphel*, dixit ut caderet, loquens ruinas.

CCLIII.

גִּרְגָּשִׁי Girgaſchi. Gergeſæus. Girgaſi. Girgaſchæus. Girgoſi.

γεργεσαῖος.

Gen. 10. 16.

SOcius peregrinationis, vel vicinus peregrini. גֵּר *peregrinum, advenam, incolam notat*: de quo in Agar ſuprà, num. XI v. R. גָּשַׁשׁ eſt *appropinquavit, acceſſit*: à quo nihil recedit noſtrum, nechſt / nechſter. Gr. ἐγγύς, id eſt, *prope*, ἐγγίζω, *appropinquo*.

Gen. 46. 23. גֹּשֶׁן *Goſchen, acceſſio, appropinquatio*.

Matth. 8. 28. גַּרְגְּשִׁיִּים *Girgeſchijim, Gergaſeni, Geraſini, Gadareni*, i. e. appropinquantes: de quibus vocibus, quod non eoſdem notent, & quod Gadara nihil cum Geneſaris commune habeat, videatur Caſaubon. in Notis ad N. T. cap. 8. Matth. v. 27.

CCLIV.

CCLIV.

חִוִּי Chivvi. Hevæus, Hivi. Chivvæus. Hivi. εὐαῖος.

Geneſ. 10. 17.

NVntium ſeu *indicem* declarat hæc vox, à חָוָה *indicavit, annuntiavit*: in Piel חִוָּה *patefecit, illuminavit, obſcura protulit vel aperuit.* Cogn. ſunt ôffnen/ eröffnen. Gr. αὔω, εὔω, *illumino, in lucem profero*, οἴγω, ἀνοίγω, *aperio*, αὐδάω, *loquor.*

1. Reg. 4. 13. חַוֹּת יָאִיר *Chavvoth-jair*, villæ illuminationis.

CCLV.

עַרְקִי Hharki. Aracæus. Arci. Harkæus. Arki. ἀεργικαῖος.

Gen. 10. 17.

ID eſt, *nervi mei*: ſic enim exponunt quidam עֲרָקַיִם Job. 30. 3. à R. עָרַק, i. e. *fugientem perſequi & propellere*: quod fit nervorum robore: unde *arceo* & ἀρκέω, ἐρύκω. Arx ab *arcendo*: ſic *arcus*. arg / der jderman vertreibet. *Perſecutorem* ergo notare quoque poteſt hoc nomen, vel *fugitivum*.

CCLVI.

סִינִי Sini. Sinæus. Sini. ἀσεννᾶιος.

Gen. 10. 17.

SInæi à Sina monte dicti ſunt. Hebræum סִינַי & mons סִינַי veniunt à nomine סְנֶה *rubus, dumetum*: unde eſt deſertum Sinai ſitum in Arabiâ petræâ, Galat. 4. verſ. 25. in qua ſacramentum petræ manalis fidelibus Iſraëlitis fuit propoſitum, 1. Corinth. 10. 4. Falſò igitur Etymologicum magnum Sinai ab

ἰς, ἰνὸς, deducit, i.e. *nervus, vis, fibra, violentia*: ὅθεν (inquit) ἐκεῖ ἐδόθη ἡ νόμος δυνάμις: quia inde legis vis in orbem universum emanavit. Arabibus tamen סְנָה est *mandatum, lex, doctrina* à סָנַן *acuere, legere, discere*. A סְנֵה quod etiam Chaldæi & Syri retinent est *spina*: & propius adhuc *sentis*, aliàs שְׂיִרָה.

Ios. 15. 49. קִרְיַת סַנָּה *Kirjath-sannah*, civitas rubi.

Ios. 15. v. 32. סַנְסַנָּה *Sansannah*, rubus rubi. Aliàs סַנְסִנִּים est ramus. Cant. 7. 8.

Num. 33. 11. סִין *Sin*, spina.

Ezech. 29. 10. סְיֵנֵה *Syene*, i.e. rubus.

Esth. 1. 14. מַרְסְנָה *Marsenah*, amaritudo rubi.

Neh. 11. 9. סְנוּאָה *Senuah*, rubus.

Neh. 3. 3. חַסְנָאָה *Hassenaah*, rubus.

Nehem. 2. 10. סַנְבַלַּט *Sanballath*, rubus in abscondito.

Esr. 2. 35. סְנָאָה *Senaah*, rubus.

1. Sam. 14. 4. סְנֶה *Seneh*, spina.

2. Reg. 18. 13. סַנְחֵרִיב *Sancherib*, rubus destructionis.

CCLVII.

אֲרוֹדִי Arvadi. Aradius. Arvadius. **Arvadi.** Arvadæus. ἀρβαδιός.

Gen. 10. 17.

RAdix est רוּד & רָדָה, synonymum מָשַׁל, id est, *dominari*. Germani hinc habent, rhaten / raht: consilio enim & ratione vis temperanda. *Vis consilij expers mole ruit suâ*. Horat. Hinc βελησφόροι dicuntur, qui præsunt, ab Homero in versu:

οὐ δεῖ παννύχιον εὕδειν βελησφόρον ἄνδρα.

Gen. 46. 14. סֶרֶד *Sered*, ablatio vel cessio dominij.

Gen. 46. 16. אֲרוֹדִי *Arodi*, imperantes.

Gen,

Gen.46.21. אָרֶד *Ared*, imperans.
Num.21.12. זֶרֶד *Zered*, dispersa potestas.
Jud.7.22. צְרֵרָתָה *Tzeredata*, angustia dominij.
Act.12.13. *Rode*, dominans.
1.Maccab.15.23. *Aradus*, dominium.

CCLVIII.

צְמָרִי Tzemari. Semari. Samaræus. Tzemaræus Zemari.

σαμαρεῖος.

Gen.10.18.

צֶמֶר est *lana*, *lanugo*: item *summitas arborum & gossypium seu lanugo arborum*. Hinc Lat. *carmino*, i.e. lanas pecto: *carminator*, grempeler. Et scheer/scheeren: forfice enim lana tondetur. Μηρύω-ομαι est *texere*, *intexere*.
Ios.18.23. צְמָרַיִם *Tzemarajim*, lanæ.

CCLIX.

גְּרָרָה Gerarah. Gerarus, Gerar. Gerar. γεράρ.

Gen.10.v.19.

VRbis hujus nomen *excisionem* sonat, vel *serrationem*. R. גָּרַר est *succidit*, *excidit*, *serravit*. מְגֵרָה & גֵּרָה est *serra*, *traha*. Multa hinc fluunt, quæ scissionem quandam, comminutionemve ac reciprocam sectionem, qualis fit serrâ, insinuant, vel circa eam occupantur. גָּרוֹן guttur: unde gurgel: & à גַּרְגֵּר γαργαρίζω, gargarizo, gurgeln. גַּרְגְּרִים grana Gallicè, *grains*, kårn/korn. גֵּרָה *ruimen* vel *ruminatio* per quam etiam Hieronymus præsens hoc nomen exponit. חִגְרָה *conflictum* significat & manuum reci-

procam consertionem, litem, contentionem: nam גָּרָה significat etiam *miscere litem, contendere*: inde est *guerra*, Gallicè *guerre*, & *guerroyer*, i.e. militare: quo cum κείρω consentit. Referri potest גָּרַר ut & גָּרָה inter ea, quæ Grammatici vocant ὀνόματα πεποιημένα, i.e. ad sonitum rei, quam significant, effictà conformataque. Nam stridorem & strepitum serræ quodammodo æmulantur, seu vt Lucretius loquitur, *serræ stridentis acerbum*. Hinc nobis est kirren / knarren / zerren. A גָּרַר *ruminare* est γείω, γεμίνω, *comedo, rumino*. κείρω, *scindo, abscindo*. *Gargara* à messis uberitate. Virgil. 2. Georg.

Ipsa suas mirantur Gargara messes.

CCLX.

סְדֹם Sedom. Sodom. Sodoma. σοδόμα.

Gen. 10. 19.

VTi terra Chanaan ob summam suam amœnitatem & fertilitatem signum erat Israëlitis & pignus illius retributionis, quam expectant pij post hãc vitam: ita Asphaltites lacus imago est & testimonium supplicij, quod passuri sunt improbi in tormentis interminabilibus. Extat igitur in illâ orbis parte & *Paradisus* & *Infernus* specie saltem & repræsentatione: utriusque veritatem explicabit decretorius ille extremi judicij dies: qui terrori malis, solatio bonis est futurus. *Civitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas subversione damnavit Deus, constituitque, ut essent exemplar impiè victuris.* Hæc sunt verba Petri 2. Ep. 2. 6. & Iudæ vers. 7. *Sodoma & Gomorrha & his finitimæ civitates simili modo atque illæ scortatæ*

tatæ & carnem sectatæ alteram, propositæ sunt exemplo ignis æterni pœnam sustinentes. Occulta Sodomorum peccata vox ipsa סדם prodere videtur: exponitur enim per *secretum eorum*. סוד est *secretum, arcanum, consilium, occultum*. ם est affixum pl. num. Si ד vellemus negligere, posset Sedom à סתם derivari: quod est *claudere, occultare, obstruere*. Eadem sanè ex utroque existit nominis ratio, ob muti, quod vocant, peccati enormem atque abominabilem fœditatem. Brochardus in itinerario part. 1. cap. 7. num. 38. *Mare mortuum semper est fumans & tenebrosum tanquam os inferni, sicut oculis meis vidi, ob tetrum vaporem inde fumantem. Vallis dicta quondam illustris, à termino huius maris secus desertum Pharan, usque supra Iericho per mediam diætam ferè sterilis atque inutilis reddita est, ita ut ne germen quidem producat in sui latitudine, quæ alicubi quinque leucarum est, alibi sex: præterquam juxta Iericho, ubi Canamellæ & horti & viridaria sunt, irrigante fonte Elisæi. Tanta verò calamitas ei regioni accidit in execrationem peccati Sodomorum, quod Deus tot seculis ulciscitur: ut etiam regio ipsa, pœnas luere perpetuò videatur. A dextris insuper & sinistris montes steriles sunt & aridi, vel barbaræ habitationes per multa & longa terrarum stadia: quatenus scilicet exitialis ille vapor impellente vento pertingere potest. Nec nisi visa hîc scribo.* Hæc ille.

Solinus: *Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum testatur humus nigra & in cinerem soluta. Duo ibi oppida, Sodomum nominatum alterum, alterum Gomorrum: apud quæ pomum gignitur, quod, habeat speciem licet maturitatis, mandi tamen non potest. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis exhibet, quæ vel levi tactu pressa fumum exhalat, & fatiscit in vagum pulverem.* lib. 4. c. 8.

Num.13.v.11. סוֹדַי *Sodai*, mysterium meum.
Nehem.3.6. בְּסוֹדְיָה *Besodejah*, In secreto Domini.
Baruch.13. *Sodi*, secretum meum.

Sunt, qui *Sedom* reddunt per *fundamentum eorum*, à R. יָסַד *fundavit*: unde יְסוֹד *fundamentum*: cuius etiam originationis facilè commoda aliqua ratio & accommodatio inveniri potest.

CCLXI.

עֲמֹרָה Hhamora. Gomorrha. Amorah Gomorrha.

γομορρα.

Gen. 10.19.

A pascuorum & frugum copia nomen urbis Gomorrhæ fluxisse nobis indicium est Lothi judicium sibi hanc terræ partem præ Abrahamo, à quo optionem acceperat, ad inhabitandum seligentis. *Erat*, inquit Scriptura Gen.13.10 *tota illa planities, quâ venis Tzohharem, irrigua, sicut hortus Iehovæ, sicut terra Ægypti, antequam perderet Iehova Sedomum & Hhamoram. Ideo elegit sibi Lotus totam planitiem Iardenis, & profectus est Lot Orientem versus tentoria movens Sedomum usque: quamvis Sedomitæ essent mali & peccatores coram Iehova valde.* Imprudens certè consilium: quod Loto pessimè cessit. R. עָמַר in Piel עִמֵּר significat *manipulos facere*: hinc עֹמֶר & עֹמֶר spicarum fasciculus seu manipulus qui Latinis *merges* dicitur. Est *Gomr* genus quoque mensuræ, continens decimam partem Ephæ. Vicinũ est μάρπη *manus*. In Hithpael significat *negotiari*, *quæstum facere*, vel *uti aliqua re ad quæstum*: rectè proinde huc trahuntur *mercari*, *marcken/krämer/kramen*.

1.Reg.16.16. עָמְרִי *Hhomri*, manipulus.

CCLXII.

CCLXII.

צְבִיִּים Tzebojim. Sebóim. Zeboim. σεβωίμ.

Geneſ. 10. 19.

NOmen צְבִי eſt caprea, capreolus. in pl. צְבִיִּים. it. *gloria, decor, jucunditas*. à R. צָבָה *tumeſcere, intumeſcere, inflare*. Hinc Babel Eſa. 13. 19. dicitur צְבִי *gloria, decor, ſplendor regnorum*: de cuius amicitia gloriari ſolebant, & magnos ex eâ ſibi ſpiritus ſumere reliqua mundi regna. Hieronymus Tzeboim interpretatur *gloriam maris*, fortaſſe propter multitudinem puteorum, quibus tota hæc regio amæniſſima irrigabatur: ſicut vallis *Siddim* quoque plena dicitur fuiſſe puteis Gen. 14. 10. Quod צְבִי eſt Hebræis, id Syris eſt Tabitha. Tabitha. Vide Act. 9. 36. יָם eſt *mare*, ut diximus num LXIV in *mara*. A צָבָה *intumeſcere* eſt φυσάω, φυσόω, *inflo*, φύση, *veſica*. Ad capreæ ſignificationem aſſonat *cervus*.

Eſr. 2. 57. הַצְּבָיִים *Hatzbajim*, damulæ vel pulchritudines.

2. Reg. 12. 1. צְבִיָּה *Tzibjah*, damula vel caprea. *Tabitha* Act. 9. 36. caprea: de quo ſupra n. CLXXXII.

CCLXIII.

לִשְׁעַ Laſchahh. Leſchahh. Leſa. Laſa. Laſa. δασά. λασά.

Geneſ. 10. 19.

IDeſt, *ſpectabilis*, q. d. ad adſpiciendum. Vrbis ſpecioſæ nomen: à שָׁעָה *adſpicere, reſpicere, adſpiciendo delectari*: unde ſchawen/ſehen/θεωρεῖν. *ſpeculari*. Nomen igitur Laſchahh locũ adſpectu delectabilẽ indicat.

1. Reg. 4. 9 שַׁעַלְבִּים *Schahhalbim*, reſpiciẽs corda. Eſt. 2. 14. שַׁעַשְׁגַז *Schahhaſchgaz*, qui reſpicit tonſionem.

CCLXIV.

אַרְפַּכְשַׁד Arpachſchad. Arpachſad. Arphaxad. Arpacſchad. Arphachſad. ἀρφαξάδ.

Geneſ. 10. 22.

COmponitur ex רָפָה *ſanavit*: de quo in Riphat & Raphaël, num. CCXXVI. & שֹׁד *vaſtitas, ſpoliatio, direptio*: à R. שָׁדַד *ſpoliare, populari, prædari, vaſtare, deſtruere, perdere.* Arpachſchad ergo eum notat qui *ſanat quaſi vaſtationem*: nam כ in medio eſt nota ſimilitudinis. שֵׁד *dæmonem* ſignificat. Ab hoc שָׁדַד veniunt ſchaden / ſchade / ſchädigen / beſchädigen. σχέτλιος, *pernicioſus, ſceleſtus, ſævus.*

כַּשְׂדִּים *Caſchdim* Chaldæi dicuntur à vaſtando, vel à כ & שֵׂדִים, i.e. *quaſi dæmones*, à שֵׁד, i.e. dæmon, à שָׁדַד *perdere.*

CCLXV.

עוּץ Hhutz. Hus. Vs. Βῆ. ὦς. ὠζ.

Gen. 10. 23.

IDeſt, *Conſilium*: à יָעַץ *conſuluit, decrevit, deliberavit, cogitavit.* Synonymum eius eſt עוּץ. Hinc *æſtimo* & ἀξιόω, à quo ἀξίωμα, axioma, ſententia cum judicio pronuntiata, & fundamento rationis ſubnixa.

Act. 13. 8. אֱלִימַעַץ *Elimaus*, Dei conſilium.

1. Sam. 14. 50. אֲחִימַעַץ *Achimahhatz*, fratris conſilium.

1. Chron. 2. 27. מַעַץ *Mahhaz*, Conſiliarius.

CCLXVI.

CCLXVI.

גֵּתֶר Gether. Gether. γαλέρ.

*Gen.*10.23.

AVtor Getarum; quos cum Gothis eosdem faciunt plerique: qui idcirco Deum suum Gut/ vel Gott vocarunt. Solenne enim fuit plerisque gentibus memoriam progenitorum suorum divinis cultibus prosequi, ut de *Iapeto* seu Iaphet, Tubalkajino seu *Vulcano*, *Dodonæo* & aliis vidimus. Nomen hoc sonat *exploratorem vallium*, à גָּדַר, quod & גָּדַל *vallis*: de quo supra, num. CXLIX, in Gebenhinnom ex Ier.7.31. De תּוּר, i.e. *explorare*, vidimus in nomine Caphtorim, num. CCXLVIII. Convenit Gothis & Getis hoc nomen: quippe qui longè latèque terrarum ac vallium exploratores facti omnibus penè gentibus magno cum earum damno innotuerunt, ac nisi fallor propediem hoc etiam seculo innotescent: ubi antiquum ex bellorum frequentatione & armorum usu animum resumserint. Prope enim est, ut abstergatur ærugo animis, quos crapulandi vetus consuetudo hebetavit.

CCLXVII.

מֵשׁ Masch, Mes. Mas. Mesch. Mas. μοσόχ.

Gen. 10.23.

COntrectans, *palpans*, à R. מָשַׁשׁ *palpavit*, *contrectavit*: cuius synonymum est מוּשׁ: quamvis hoc persæpe quoque significet *recedere*. Affine est μάζα & *massa*: fit enim subigendo manibus seu sæpe contrectando: μάσσομαι, *tango*, *contrecto*. Nostrum Mischmasch/ de confusa quavis rerum discrepantium

tione vel congerie.

Nehem.3.3. מְשֻׁיְבְּאֵל *Meschezabel*, auferés fluxum DEVS.

1.Chron. 2. מִשְׁרְעִי *Mischrahhi*, tangens socium, vel pastorem.

Num.21.29. כְּמוֹשׁ *Cemosch*, quasi palpans. est idolum Moabitarum: cuius meminit Ieremias c.48.7. *Exibit Cemosch in captivitatem, sacerdotes eius & Principes eius pariter.* Et v.13. *Erubescet Moab à Cemoscho, quemadmodum erubuerunt domus Iisraëlis à Bethele fiducia ipsorum*, i.e. à vitulo aureo in Bethel sacrato. Cur autem à contrectatione dictum sit hoc idolum, facile ex ijs colligi potest quæ memorantur Num. 31.17.18. & 25.6. Erant enim Moabitæ omnium libidinosissimi: qui vario genere voluptatum obscænissimarum, quas meminisse animus horret, Deos suos colebant: ut ex enucleatione vocis Bahhal-pehhor infra patefiet, num.ccccxx.

1.Sam.13.1. מִכְמָשׁ *Michmasch*, humilem vel pauperem educens vel palpans.

2.Reg.9.2. נִמְשִׁי *Nimschi*, auferens vel palpans.

Esr.35.20. כַּרְכְּמִישׁ *Carcemisch*, agnus quasi ablatus.

CCLXVIII.

יָקְטָן Joktan. Joctan. Jectan. Jaketan. ἰεκτὰν.

Gen. 10.25.

קָטָן *parvum* significat: verbum eiusdem formæ est parvum esse sive qualitate sive quantitate, *minorem vilemque esse aut se reputare*: plerumque autem de natu minoribus filijs usurpatur. Inde per inversionem

nem radicis est τέκνον, *filius*: vel directè κάτω, *infra*, κατώτερος, *inferior*.

Esr. 8. 10. הַקָּטָן *Hakkatan*, parvus.

CCLXIX.

שְׁלַף Scheleph. Seleph. Saleph. Saleph. σαλέθ. σαλέφ.

Gen. 10. 26.

שָׁלַף *evaginare est vel educere*, & de quavis extractione usurpatur, utpote calcei, Ruth. 4. 7. plerunque verò gladij: quam suo verbum hoc sonitu quodammodo repræsentare videtur: unde πεπτοιημένον agnoscas. Affinia sunt schleiffen/schelffen/schleppen: & *scalpo*, σκάλω, i.e. *effodio*, σκολύπτω, *evello*. σκαλμὴ, *gladius* Thracum.

CCLXX.

חֲצַרְמָוֶת Chatzarmaveth. Hasarmaveth. Asarmoveth. Asarmoth, Hazarmaveth. σαρμώθ. ἀσαρμώθ.

Genes. 10. 26.

ID est, *atrium mortis*. חָצֵר est *atriũ* vel *habitatio*. חָצִיר verò & *atriũ* & *herbam* significat. R. חָצַר inusitata est. Ex ea fit חֲצֻצְרָה *tuba*. quam vocem inter πεπτομένα, seu ex sonitu rei efficta referimus: ut *taratantara* vox εὔφθογγος & sono tubæ accommodata. מָוֶת est *mors*: de quo in Metuschael, num. CCIII. A חָצִיר *herba* est χόρτος, *fœnum*, *gramen*, it. *carex*, graaß/ gråsig/ Græcè κεφάις & γεφάις, i.e. *herba*.

1. Reg. 9. 15. חָצֵר *Chatzer*, atrium.

2. Sam. 23. 34. חֲצַרַי *Chezerai*, atrium.

Num. 11. 35. חֲצֵרוֹת *Chazeroth*, atria. Num.

Num.34.9. חֲצַר עֵינָן *Chazar-hhenan*, atrium fontis earum.

Ios. 15.27. חֲצַר גַּדָּה *Chatzar-gaddah*, atrium felicitatis vel hædi.

Ios. 15. 28. חֲצַר שׁוּעָל *Chatzar-schuhhal*, atrium vulpis.

Ios.19.5. חֲצַר סוּסָה *Chatzar-susah*, atrium equitatus.

Genes.46.12. חֶצְרוֹן *Chetzron*, atrium exultationis. à חָצַר.

Iudit. 1.8. *Chatzar-allem* (אֵילָם) atrium vestibuli.

1.Maccab.11.67. *Chatzor*, atrium.

CCLXXI.

יָרֵחַ . יֶרַח. Jarach. Jare. Jerah. Jerach. Jarah. ἰαεὰχ.

Genes.10.26.

NOmen יֶרַח est *Luna & mensis*, sic appellatus, quod Luna singulis mensibus innovetur. יָרֵחַ *mensis*. Hinc יְרֵחוֹ *Ierecho*, vel *Iericho* urbs celebris in tribu Benjamin palmetis & balsami viridarijs abundans à Lunâ nomen sortita, Lüneburg. Vrbem autem istam 50. stadijs juxta Iosephum distantem Hierosolymis inde dictam arbitrantur, quod Lunæ formam referret: sicut hodie Vesuntio urbs Burgundica ungulam equi vel soleam equi ferream in circuitu efformat. Ego assentior magis ijs: qui ab odorum suavitate nuncupatam tradunt à רִיחַ odorari: unde nobis est riechen. Vide Terach CCXXCII. Nam Plinius lib.5.cap.17.& lib.12.cap.25. totum illum tractum fertilē esse palmis & palmetorum

torum nemoribus confirmat: idemque asserit Brochardus ὠτόστης, cuius locum in tegrum citavimus num. CCLX. Sed Scripturæ autoritas superat: in qua palmæ Hhengeddi & rosæ Ierichuntinæ prædicantur Sir. 24. 14. & Iericho urbs palmarum vocatur Deut. 34. 3. 2. Par. 28. 15. Iud. 1. 16. Aliàs civitas palmarum dicitur. A יָרֵחַ est ὥρα, *hora*, ὥρος, *annus*, χρόνος, *tempus*, καιρὸς, *tempus*, Jahr/Yhr/ hâwer. Frischlinus à יְהֹוָה & רוּחַ deducit, *quasi*, inquit, *Dei dicas spiritum, propter vim beneficam & spiritualem, quam sydus hoc à sole accipit*. Sed hoc longè petitum est. Vide eius Astron. lib. 5. c. 1. p. 339.

1. Chron. 2. 34. יַרְחָא *Iarcha*, i. e. Luna.

CCLXXII.

הֲדוֹרָם Hadoram. Adoram. Hadoram. ὁδόρες.

Genes. 10. 27.

GEneratio excelsa. Sic Hieronymus exponit. דּוֹר est *generatio, series constituta temporis, præsertim hominum, ordo graduum naturalis propaginis, ubi alius ex alio nascitur, ætas, progenies*, Græcis γενεὰ. דוּר est *habitare, degere, ætatem agere*. Cognata apud Latinos sunt *durare, duratio, diurnare, diuturnus*. Germ. dauren: Plautus in Amphit. *Durare nequeo in ædibus*. Gr. δηρὸς, i. e. diuturnus, δηρὸν & δαρὸν, *diu*. מְדוּרָה est *pyra*: unde θέρω *calefacio*: θέρος, *æstus*: item *torris* & dürren. Verbum alterum est רוּם *excelsum esse*: de quo in Abraham, num. XII.

1. Reg. 4. 31. דַּרְדַּע *Dardahh*, generatio scientiæ.

Esa. 2. 56. דַּרְקוֹן *Darcon*, generationis possessio.

Ios. 11. 2. דּוֹר *Dor*, generatio.

Ios. 16.

Ios.16.7. עֵין־דּוֹר *Hhendor*, fons generationis.

Ios.21.32. חַמֹּת דּוֹר *Chammoth-dor*, calor generationis.

Dan.3.1. דּוּרָא *Durah*, generatio, vel pyra ignis, quod est מְדוּרָה.

1.Maccab.13.20. *Dorus*, generatio.

CCLXXIII.

דִּקְלָה Dikla. Decla. Dicla. Diclà. δεκλά.

*Geneſ.*10.27.

COmponitur ex R. דָּקַק *contudit, comminuit, contrivit, attenuavit*: unde Hebræorum Doctores Grammaticæ nomen indiderunt, eamque vocarunt linguâ ſuâ דִּקְדּוּק, & Grammaticum ijdem appellant מְדַקְדֵּק quia in apicibus dictionum & minutijs ac ſubtilitatibus literarum diſcutiendis occupatur. Cognata ſunt δάκνω, *dentibus attenuo, comminuo, mordeo*, & δήκω, *mordēdo perforo*. δηξ, δηκὸς, vermis lignum corrodens. Alterum verbum eſt קָלַל, *levis fuit*: de quo in Tekel נוּם. CLV. & Hiddekel CXCV. Syris & Chaldæis דִּקְלָא eſt palma vel dactylus.

1.Maccab.16.15. *Dock*, à דּוּק Chaldaico, i.e. inveſtigatio, ſpeculatio.

CCLXXIV.

עוּבָל Hhobal. Hebal. Obal. Obàl. αἰβήλ. *Geneſ.*10.28.

NOmen עָב eſt *nubes*. à verbo עוּב vel עִיב, quod *tenebreſcere* ſignificat & *obſcurare, obtenebrare, obnubilare*, præcipue verò de denſa & craſſa obſcuratione accipitur: qua ratione convenit cum πάχνη, i.e. *vapor*

vapor condensatus frigore vel pruina: it. παχὺς, crassus, πυκνος, densus. παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ φρένα νόον, i. e. plenus venter subtilem non gignit mentem: id est, *onera ventris naufragia mentis.* בּוּל autem significat apud Hebræos *mensem octavum*, qui partim in Octobrem partim in Novembrem nostrum cadit: quo tempore crebritas pluviarum & densitas nubium tenebrosarum ingruere solet. Ergo ab ingrata obscuritate & pluviosa nigredine ductum est hoc nomen. Vel *obscurum rivum* significat: יְבַל enim & יוּבַל rivum notant, à יָבַל fluxit: de quo in Iobel, num. LXXIV.

CCLXXV.

אוֹפִיר Ophir. Ophir. οὐφείρ.

Genes. 10. 29.

HIc cum posteris auriferas Indiæ regiones citra & ultra Gangen occupavit: unde aurum Ophirinum & obryzum quasi ophirizum, i. e. pretiosissimum: ob quod classes variæ fuerunt instructæ: quarum celebris passim est mentio. Vt autem Chavila à חוֹל arena nomen suum accepit, ut vidimus Gen. 2. 12. num. CXCII. ita אוֹפִיר à *pulvere* dicitur seu arenis, sub quibus ingentes illi thesauri absconditi latebant.

אָפָר enim, ut & עָפָר est *pulvis*. Adeo *pretiosa* simul & *fœcunda* est arena: quam qui ut infertilem traducunt & contemnunt, à Petro Bellonio castigantur cap. 7. de neglectâ culturâ stirp. *Falluntur*, inquit, *qui existimant pingue solum arenoso præferendum esse ad seminaria instituenda: at experientia contrarium docet, & id Theophrastus jam olim scripsit.* Ab אָפָר videtur esse nostrum vfer, i. e. *litus arenâ plenum*, & τέφρα, *cinis*. φύρω, *misceo pulverem, frio, redigo in cinerem.*

CCLXXVI.

CCLXXVI.

יוֹבָב Jobab. Iobab. ἰωβάβ.

*Gen.*10.29.

LAmentantem vel pipientem notat hoc nomen. R. יָבַב in Piel. יִבֵּב est *pipire* vel *pipilare*, *puerili voce clamare*: unde pro lamentatione sumitur (Iud.5.4.) matris Siseræ. Ac sanè pipientium vocem egregiè exprimit, ut meritò hîc reliquarum linguarum voces conspirent, v.g. pipen/*pipire*, πιπίζω. Etiam ἰάπτω & ἤπτω est *clamo*.

Gen.46.13. יוֹב *Iob*, ululans, gemens.

CCLXXVII.

מֶשְׁא Mescha. Messa. Messe. Mesa. Mesa. μασσῆ.

*Genes.*10.30.

MEsse est regio Indiæ, inquit Hieronymus, in qua habitarunt filij Ioctan, filii Heber. Significat a. *strepitum* & *fragorem* seu *tumultum aquarum*, componiturque ex nomine מַיִם in regimine מֵי aquæ: de quo supra num. CCXLIV. in nomine Hanamim: & R. שָׁאָה, i, e. *tumultuari, resonare, vastare*. שׁוֹאָה *tumultus, desolatio, inundatio*. שָׁאוֹן *sonitus, strepitus, fragor*. Affine est Græcum σείω, ζεύω, *concutio, conturbo, cum impetu demolior*.

Ios.19.19. שִׁיאוֹן *Schion*, strepitus, tumultus, vastatio.

CCLXXVIII.

סְפָרָד Sepharah. Sephar. Sephar. σαφηρά.

*Gen.*10.30.

SOphera, ait Hieron. mons Orientis in India, juxta quem

ta quem habitarunt filij Iectan: unde classis Salomonis per triennium quædam commercia deportavit. R. סָפַר est *numeravit, recensuit ordine, narravit.* Hinc *ciphra* vel *siphra*: quæ vox artis numerandi seu Arithmeticæ originem ostendit. *Sphæram* quoque hinc deducunt: quia ea nihil aliud est, quam circulorum cælestium per gradus, orbes, signa & intervalla alia dimensio ac dinumeratio. *Caspari* nomen ex eodem fonte arcessitum *Arithmeticæ peritum* significare volunt. A סָפַר est γράφω, *scribo*, schreiben.

2.Reg. 17.24. סְפַרְוַיִם *Sepharvajim*, libri, vel scribæ, vel narrationes.

Esr.2.55. סֹפֶרֶת *Sopheret*, i.e. numerans.

Iob.28.6. סַפִּיר *Sapphirus*, lapis: Σάπφειρος, Apocal.21.19.

Neh.7.7. מִסְפֶּרֶת *Mispereth*, numerans.

Ios.15.15. קִרְיַת סֵפֶר *Kirjath-sepher*, civitas literarum.

2.Reg.25.19. סֹפֵר *Sopher*, scriba.

Actor.5.1. *Sapphira*, numerans.

CCLXXIX.

רְעוּ Rehhu. Rehu. Reü ἑταῖρος. **Regu.**

Gen.11.18.

ET pastorem & socium atque amicum notat hoc nomen, à verbo רָעָה, quod est *pascere & gubernare*, item *amare, sociare*: item *frangere, affligere, cogitare*: eò quod regendi & pascendi officium vires animi & corporis frangat, afflictionemque spiritus multam afferat. רֵעַ est *amicus & socius*: רֹעֶה pastor: רְעִי pascuum. *Rogerius* nomen Pastoris famosi & vulgi sermonibus triti. Item *Rhea*. Et κορέω, *saturo*, item, *curo*, sorgen/sorge. מִרְעִית pascuum: unde μαργίτης homo ignavus & edax. Suidas *Margiten* quendam fuisse ait

se ait insignem, qui ultra quinque numerare non potuerit: & cum duxisset virginem, eam attingere non est ausus, nè illa matri rem indicaret: ab hoc *margitas*, i.e. stolidos atque ignavos dictos esse arbitratur. Demostheni quoque objectum fuit, quod Alexandrum τὸν μαργίτην vocârit. In genere μάργοι & μαργίται dicuntur, *quorum*, ut ait Tertull. de jejun. cap. 17. *Deus venter est, pulmo templum, aqualiculus altare, sacerdos coquus, condimenta charismata, ructus prophetia.* Μαργοσύνη apud Nazianzenum est *ingluvies, procacitas libidinosa.*

1. Chron. 2. 53. מִשְׁרַעִי *Mischrahhi*, tangens socium vel pastorem.

1. Reg. 1. 8. רֵעִי *Rehhi*, amicus vel pastor.

Num. 1. 15. אֲחִירַע *Achirahh*, fratris mei amicus.

Exod. 2. 10. רְעוּאֵל *Rehhuel*, pastor vel amicus Dei.

Gen. 46. 16. בְּרִיעָה *Berihhah*, in pastu.

Luc. 3. 35. *Ragau*, socius vel pastor.

CCLXXX.

שְׂרוּג Serugh. Sarug. σερούχ. Serug. Serug.

Gen. 11. 20.

RAmus, *palmes implexus, propago* est שָׂרַג שָׂרִיג *perplexum esse.* Surculi ergo propriè indicantur hoc nomine, qui palo alligantur eoque circumplectuntur, vel aliàs ramis arboribusque implicantur: quo sensu exactè respondet nostro zergen: dicimus enim, er zerget oder zihet sich herumb/ ubi de re loquimur, quam non facile evolutam dederis: estque ex שָׂרִיג manifestè *surculus.*

CCLXXXI.

CCLXXXI.

נָחוֹר Nachor. ναχώρ. Nahor. Nahor.

Geneſ. 11. 22.

STomachabundum, frementem & iracundum notat. נַחֲרָה eſt *fremitus, furor, terror*: נָחַר propriè ſonitus, qui egreditur è naribus equi currentis, ſeu *ronchus*: ῥόγχος: hunc vox ipſa ex literarum aſperitate repræſentat. נְחִירִים nares ſeu duo naſi foramina. Cumque in Scriptura naſus iræ ac furoris ſymbolum ſit, rectè hinc habemus noſtrum ſchnarchen/ ſchnurren. *piv, naſus, naris.* Cappellus, *Nachor*, inquit, *id eſt aridus: quod exareſcentem quotidie videret hominis ſuccum, & quaſi defetiſcentem naturam*: à חָרַר, quod eſt *areſcere, exſiccari, incendi*: item *iraſci*. Vide Charan. nu: CCLXXXV. Sunt enim eiuſdem penè ſignificationis נָחַר & חָרַר & חָרָה: ex quibus omnibus *ira*, rectè deſumitur:

Ioſ. 19. 19. אֲנַחֲרַת *Anacharath*, fremitus vel hinnitus:
2. Sam. 23. 35. נַחְרַי *Nacharai*, naris.
Gen. 38. 1. חִירָה *Chirà*, furor ſeu ira.
Eſa. 15. 5. חוֹרֹנַיִם *Choronajim*, iræ, furores.

CCLXXXII.

תֶּרַח תָּרַח. Therach. Thare. Therah. Tharah. θάρ. θαρά.

Gen. 11. 24.

ODorans, ſpirans vel reſpirans: à רִיחַ vel רוּחַ *odorari* ſive *odorare, olfacere*. Planè his cõſentit richen/ quod activè ſimul & paſſivè accipitur. Hinc illud ἀπολύσιμον admodum רוּחַ ſpiritus, ventus, aer, plaga, angulus. Pertinent huc αὔρα, *aura*: *fragro*: ὀζφραίνομαι, *odoror*: *ranceo* ich rieche ſtarck, *rancidus*.

R. רוּת est *dilatare, respirare, aurã captare, efflare ventum.*
Genes. 46.16. שֵׂרַח *Serach*, domina odoris.
Ios. 2.1. יְרֵחוֹ *Ieracho*, odorata, suaveolens.

CCLXXXIII.

הָרָן Haran. Ἀρ᾽ ἐξ ὄν. Haran. Ἀ ἐξ ὄν.

Genes. 11. 26.

Conceptus, ab הָרָה *concipere, concipi, gravidare, gravidari, generare, parere*: unde הוֹרָה *genitrix*: quod cum Germanico Fraw satis convenit. Hinc Ἥρα, *Iuno*, Dea & præses partus, uti fingunt Gentiles: & ἀείρειν, i. e. *concipere.*

CCLXXXIV.

לוֹט. Lot. Λώτ. Lot.

Genes. 11. 27. 28.

Latentem, absconditum, obvolutum significat: לוּט enim est *involvere, operire, occultare.* Synonymum eius est לָאַט *texit, operuit.* Nomen לֵט *latebram* notat. Græca & Latina conveniunt in hanc R. λήθω, λανθάνω, *lateo, latro, latibulum.* אָט & לְאָט est *pedetentim, sensim.*

Neh. 11. 34. נְבַלָּט *Neballat*, prophetia involuta.
Gen. 36. 20. לוֹטָן *Lotan*, involutus.
Dan. 1. 7. בֶּלְטְשַׁאצַּר *Belteschatzar*, in abscondito thesaurisans.
Nehem. 2. 10. סַנְבַלַּט *Sanballat*, rubus in abscondito.

CCLXXXV.

חָרָן Charan. Haran. Aran. χαρράν. Haran.

Gen. 11. 31.

VRbs Assyriæ, quam *Charras* Plin. & Ptol. appellant: Stephanus Act. VII. χαρράν. Lucanus de Crasso:

Assyrias Latio maculavit sanguine Charras.

Et alius:

Crassus ad Euphratem natumque aquilasque suosque
Perdidit & letho est vltimus ipse datus.

R. חָרָה est *irasci, excandescere, inflammari.* חָרוֹן *ira, furor, ardor animi, excandescentia.* Hinc *ardere, urere, cremare, carbo.* κέραω &, *fulmen ardens,* κάρφω, *sicco,* brand/ brennen.

Neh. 2. 10. חֹרֹנִי *Choroni*, ira.

Esr. 15. 5. חֹרֹנַיִם *Choronajim*, iræ vel furores.

Neh. 3. 8. חַרְחָרָה *Charharah*, calor montis.

2. Reg. 22. 14. חַרְחַס *Charchas*, ira confidentię.

CCLXXXVI.

שְׁכֶם Schecem. Sichem. συχέμ. Sechem. Sichem.

Genes. 12. 6. *al.* 3.

METropolis Samariæ in limitibus Manasse, ab humero dicta: שְׁכֶם enim est *humerus, latus, angulus, pars.* R. שָׁכַם in Hiph. הִשְׁכִּים *mane surgere* aut venire: *manicare*: quo verbo vetus translatio & Arias Montanus sæpe utuntur: pro quo cum Gellio rectius dixeris, *diluculare*: *manicare* enim barbarum est: nisi quæ quorundam est conjectura, mâlis legere *manitare* ὀρθρεύειν. *Humerum* autem שְׁכֶם idcirco

ab hac radice dictum arbitrantur: quod surgentes primò omnium humero sese movere eumque attollere soleant. Parumper accedunt ὦμος & *humerus*. Propius absunt σκίμπους, *scimpus* & σκιμπόδιον, *scimpodium*, i.e. lectus discubitorius, cui humerus potissimùm innititur, eóque requiescit.

CCLXXXVII.

מוֹרֶה Moreh. More. More.

Genes. 12. 6. al. 3.

CElebris iste locus est in Scriptura: ad quem cũ penetrâsset Abramus, oraculum audire meretur: *Semini tuo dabo hanc ipsam regionem.* Itaque *extruit altare Iehovæ, qui apparuerat ei*, ut hîc dicitur. Rursus Iacobus ex Mesopotamia redux hoc ipso in loco peregrinos suorum familiarium Deos defodit, verumque Deum, eumque solum eos colere ac profiteri jubet. Gen. 35. Tandem Iehoschua statuam ibi collocat: quippe qui promissionis Abramo quingentis retrò annis datæ complementum vidit. Ios. 24. In textu habetur, אֵלוֹן מוֹרֶה, quod de *quercu*, de *planitie*, de *valle illustri* (ut habet Vulgata) alij atque alij interpretantur. מוֹרֶה *doctorem* sonat vel *monstratorem*: nam hîc divinitus instruitur Abramus de suâ & suorum fortunâ multis pòst seculis subsecuturâ. R. יָרָה *jacere, projicere*: in Hiph. *docere*: cuius hîc est præsens מוֹרֶה, i. e. *docens*. תּוֹרָה *lex, doctrina*. Faciunt huc πίπτω, *jacio*, ῥύω, *ruo*, ἐρύω, *eruo*.

Esr. 2. 18. יוֹרָה *Iorah*, ostendens.

1. Chron. 5. 13. יוֹרַי *Iorai*, temporaneus: יוֹרֶה *pluviam tempestivam* denotat.

Ios. 10. 3. יַרְמוּת *Iarmuth*, projectio mortis.

CCLXXXVIII.

עַי Hhai. Hai. γαί. Hai. Ai. Aï. ἀγγαί.

Geneſ.12.v.8.al.5.

CIvitas ad Orientalem plagam oppidi Bethel ſita, eaque Achanis immani ſupplicio ob perpetratum ſacrilegium, & clade Iſraëlitarum, quam ſub Joſua ibi perpeſſi ſunt, nobilis. Significat autem עַי uſitatè *acervum indigeſtum* propriè *lapidum*: unde & pro *deſolatione* accipitur. R. עִיָּה inuſitata eſt. Hinc eſt *agger*: in quem urbs Hhai quoque poſt deſtructionem aggeſta fuit, Joſ.8.28. ע quippe per *g* reddi, ex nominibus proprijs, quæ in hac ὀνοματοθεσίᾳ occurrunt, quàm plurimis liquet. Interdum à fronte adſciſcit מ, & fit מְעִי *cumulus, deſolatio, ruina*: inde μέγας & magnus: perpetuum namque cumuli epithetum fere eſt magnus, nobis groſſer hauffe.

Ier.15.29. עַיִּים *Hhijm*, acervi.

Eſa.10.28. עַיָּת *Hhaijat*, coacervatio.

Num.21.11. הָעֲבָרִים, ubi additur עִי, i.e. acervi tranſeuntium. *Hhabarim*.

Deut.47.4. עֵיבָל *Hhebal*, acervus vetuſtatis.

CCLXXXIX.

פְּרִזִּי Perizzi. Perizæus. Phereſæus. Φερεζαῖος. Phereſiter.

Gen.13.7.

PHæreſæi dicuntur quaſi *rurales*, i.e. habitantes in villis abſque muro. פְּרָזוֹת enim & פְּרָזִים ſunt urbes abſque munitione & muro in planitie conſtitutæ, ſeu *pagi*. Admodum affine eſt פָּרַץ *rupit*: pagi n. & villæ huiuſmodi irruptionibus patent: de quo vide

Peretz, num. XLIX. R. פֶּרֶז est inusitata. Multi in Germania villæ & pagi sunt, quæ פְּרָזוֹן æmulantur, ut Prißen/ Prießen/ Wrißig: quare non est, quod de cognatis alijs nunc simus soliciti.

CCXC.

ממרא Mamre. Mambre. Mamre. Μαμβρῆ.

Gen. 13. 18.

LOcus distans sex stadijs ab Hebrone, antiqua celebritate nobilis: in qua quercus, sub qua Angelos hospitio suscepit Abrahamus: Genes. 18. Narrat Hieronymus, de locis Hebraicis, terebinthum ibidem suo adhuc tempore extantem à cunctis in circuitu gentibus superstitiosè coli, propter memoriam Angelorum, qui cum Abrahamo ibi consederant. Constantinus Magnus ibi Ecclesiam erigendam curavit: ut prolixè narrat ex Eusebio Baron. ad an. 326. num. LXVI. in Annal. Verbum מָרָא est *incrassatus, obesatus, pinguefactus* est, *explevit ingluviem*. Hinc מָרִיא *genus bovis majoris*. Generalius quidam exponunt de omni animali majore & pingui. Apparet fuisse hunc locum irriguum vel sylvosum, pascuis opportunum, & alendis curandisque pecoribus accommodum: quo factum est: ut diu ibi moraretur Abraham. Inde per metathesin est *rumen, ruminare*.

CCXCI.

חברון Chebron. Hebron. χεβρών. Hebron.

Gen. 13. 18.

VRbs longè antiquissima, septem annis extructa ante

ante Tzohanem vel Tanim Ægypti vrbem regiam, ut expressè dicitur Num. 13. 22. Hæc etiam civitas Arba dicitur: de qua vide num. 324. Nomen Chebron *recentius* est, & ductum videtur à quodam Calebi filio, cuius mentio 1. Chron. 2. v. 42. Antiquitus metropolis fuit Philistæorum, posteà Iudææ cessit, celebrisque evasit in terrâ Canaan. Vox *Hebron* consociationem, communionem seù participationem notat, à verbo חָבַר quod est *conjungere, sociare, colligere, congregare, convenire*: item *incantare*, i.e. cogere vel excire per carmina magica, zusammenbannen. חָבֵר *particeps, socius.* חֶבֶר *societas, sodalitium, fraternitas.* Consentiunt hîc φράτηρ, φράτωρ, *frater*, bruder: item *par*, paar/paaren/nachbaar/&c.

Gen. 46. 16. חֶבֶר *Cheber*, societas.
2. Reg. 17. 6. חָבוֹר *Chabor*, socius.
Iudith. 6. 11. *Chabris*, societas.

CCXCII.

אמרפל Amraphel. Αμαρφάλ. Amraphel.

Genes. 14. 1.

DIxit ut caderet. Sic Hieron. ein Großsprecher. μεγαλορ'ήμων. אָמַר loqui: de quo in Emori, num. CCLII. Verbum נָפַל *cadere* est, & *prosternere se, perire, occumbere, transfugere.* Adsonat nostrum fallen/quod etiam æquè ac illud latissimè patet. Sicut *cadaver* est à cadendo, & πτῶμα ἀπὸ τοῦ πίπτειν, ita מַפֶּלֶת est à נָפַל: unde apparet, communem notionem in diversis hominum animis eundem originationis tenorem custodivisse: ut non tam ζωθήκη, quam φύσις ὀνομαθεσίαν constare hinc possis conijcere. At minus autoritas sanctæ linguæ supra reliquas hinc evadit

conſpicua. Pertinent huc fallen/fellen/βάλλειν, βάλανος, φύλλου, i.e. folium, bladt. Φάλαγξ, cado, labor. Item *palea*, impuritas illa, quæ è frumento cribrato decidit.

Gen.6.v.4. נְפִילִים *Nephilim*, Gigantes, ſeu *Nobiles* potius, ſive illuſtres: à quibus & *Nobilis* dici poteſt.

Num.16.1. פֶּלֶת *Pelet*, ruina.

Deut.1.1. תֹּפֶל *Tophel*, ruina.

2.Reg.15.19. פּוּל *Pul*, ruina.

Gen.22.22. פִּלְדָּשׁ *Pildaſch*, ruina trituræ.

2.Sam.8.18.al.9.3. פְּלֵתִי *Pelethæi*, milites Davidis prętoriani vel præſidiarij à *proſternendo* ſic dicti.

CCXCIII.

אַרְיוֹךְ Arjoc. Arjoch. Ἀριώχ. Arioch.

Gen.14.1.

Ebrietas tua, ait Hieronymus. Verbum רָוָה eſt *rigare, irrigare, inebriare, ſaturare*: & in Kal, *madefieri, humore vel pluvia perfundi, inebriari*. Vbique redundantiam inſinuat. רָוֶה *ebrius, irriguus*. Caph finale eſt affixum 2.perſ. Hinc ῥέω, ῥύω, *fluo*: item *rigo*. *Bria* (unde *ebrius* & *ebrietas* veniunt) eſt Latinis veteribus dolium vini plenum. Græcis βρύειν eſt *ſcatere, plenum eſſe*. Gallis *ivre* eſt ebrius. Rabbi Jonathan à longa ſaturâ deducit, ut Arjoch ſit *longurio*. De quo vide Erech, num. CCXXXVI.

CCXCIV.

אֶלָּסַר Ellaſar. Elaſar. Elaſſar. ἐλλασάρ.

NOmen regionis: quam cur *Ponti* nomine inſignierit Vulgata verſio, quæ Arjochum regem Ponti

Ponti fuisse asserit, nemo hactenus exputare potuit. Verior est sententia Ellasar superiorem partem fuisse regionis Susianæ, & ad Assyriam pertinuisse. Significat autem *multitudinem immorigerorum, rebellantium seu perversorum*, ex אֶלֶם extrito מ, *congregatio, multitudo*, ab אָלַם *colligavit*, item *obmutuit*: unde אֲלֻמָּה *manipulus*: ex quo οὖλος & ἴουλος, *manipulorum collectorum fascis*: οὐλοδέτης, *messor*: ἰλὰς, *vinculum, funis*: ἄλαμα, *manipulus*: οὐλαμὸς, *cohors*. אַלְמָנָה *vidua*, quæ viro mortuo obmutescit, id est, litigare non potest, nec personã habet standi in judicio. Vel quia non audet loqui & contendere cõtra adversarios suos: ut Rabbi Jonah docet: inde est ἰάλεμος, *flebilis, miser, orbus*: ἰαλεμεῖν, *lamentari*. אִלֵּם *mutus*, quasi ligatum dicas, cuius vinculum linguæ non est solutum: ut Marc. 7. v. 32. de μογιλάλῳ dicitur: unde est ἄλαλος & ἐλλοφώνης, *mutus*. Alterum est סוּר vel סָרַר *cedere, recedere, declinare*, ex quo סוֹרֵר *contumax, perversus, rebellis, refractarius*. Ex hoc sunt χωρίζω, *separo*, χωρὶς, *sine*.

2. Reg. 11. v. 6. סוּר *Sur*, nomen portæ templi, i.e. recessio.

Esa. 20. vers. 1. סַרְגוֹן *Sargon*, auferens protectionem.

Genes. 46. v. 14 סָרַד *Sered*, ablatio vel cessio dominij.

2. Reg. 19. v. 30. תִּלְאַשּׁוּר *Telassar*, id est, suspensionem auferens: ubi שׁ pro ס. ut vult Pagninus.

Iudith 2. 18. *Suri*, perversus.

Iudith 1. 8. *Esdrelom*, seu Chatzar-allem, i.e. atrium vestibuli: אֵילָם & אֻלָם est vestibulum, porticus: ut explicat Iunius.

1. Par.

1.Par.7.12. אוּלָם *Vlam*, vestibulum: quod est etiam appellativum: ex quo est αὐλὴ, *aula*: αὐλικὸς aulicus.

CCXCV.

כְּדָר־לָעֹמֶר Cedor-lahhomer, Chedor-laomer, Chodor-lahomor, χοδολλογομώρ. **Kedorlaomer.**

Gen. 14.1.

GLobus manipuli, vel *generatio manipuli*: vel *quasi globus manipuli*, si כ à fronte non velis negligere: quæ est nota similitudinis. De דור vidimus in Adoram, num. CCLXXII. De עֹמֶר vel עֳמִיר, i. e. *fasciculus seu manipulus spicarum*, in Hamora, num. CCLXI. Et quia עָמַר etiam significat *negotiari*, rectè כְּדָר־לָעֹמֶר reddi potest per *generationem quæstui deditam*. Aliàs כִּידוֹר *pilata acies* est, ut exponit Buxtorffius Iob. 15. 29. & דּוּכִּי *pila*, *globus*: sic sonaret hoc nomen *pilam vel globum manipuli*. Est inde omnino *cidaris*, κίδαρις, à rotundâ & turbinata figurâ: καρδῶ turbino, rotundo. Hinc & *cardo*.

CCXCVI.

תִּדְעָל Tidhhal. Thidal. Thadal, Targal. θαργάλ. **Thideal.**

Genes. 14.1.

GNarus *adscensionis vel elevationis*. Componitur ex R. יָדַע *cognovit, cogitavit, sensit*: unde δάημι, *scio*, δάμων, q. δαήμων, i.e. *multiscius*: εἰδέω, εἴδω, οἶδα, *novi*. *Idea*, i.e. contemplatio, species.

Gen. 25.4. אֲבִידָע *Abidahh*, patris scientia.

Genes.

Gen.25.4. אֶלְדָּעָה *Eldahhah*, Dei scientia.

Num.1.14. דְּעוּאֵל *Dehhuel*, Dei scientia.

Lev.20.6. יִדְּעֹנִים *Iiddehhonim*, dantes scientiam. de quo infra num. CCCCXXXVII. ex Lev.20.6.

Num.26.32. שְׁמִידָע *Schemidahh*, nomen scientiæ.

2.Sam.5.7. אֶלִידָע *Elidahh*, Deus novit.

2.Sam.8.18. יְהוֹיָדָע *Iehojadahh*, Domini scientia.

1.Reg.4.31. דַּרְדַּע *Dardahh*, generatio scientiæ.

1.Chron.2.28. יָדָע *Iadahh*, sciens.

Iudith. 1. 6. *Iadason* seu *Hydaspis*, scientia ovis, à שֶׂה ovis.

R. עָלָה est *adscendere*: unde ἄλλομαι, *salio*: & Lat. *altus*, it. *ala*, *fliehen*/*volare*. Beza in notis ad N.T. Luc. 1.32. monet עֶלְיוֹן esse epitheton vel potius nomen, quod ab Hebræis Deo inter alia ceu proprium tribuarur. Vnde Lucas υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. δωάμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Hinc factum est, ut Græci Solem, cuius impia veneratio longè antiquissima est, ἥλιον vocarent: quem Hebræi idololatræ, quoniam fœminina voce Solem appellant, *Reginam* cæli passim apud Prophetas nuncupant. עָלָה in Hiph. est *nutrire*, unde *alo*.

1.Sam.1.16. בְּלִיָּעַל *Belial*, non adscendens, non proficiens. Vide num. DCXVIII.

Gen.36.23. עַלְוָן aliàs עֶלְיוֹן *Hhalvan*, excelsus.

Num.32.3. אֶלְעָלֵה *Elohhale*, Dei adscensio: Dei

1.Sam.1.3. עֵלִי *Hheli*, elevatio vel offerēs. (folium.

1.Par.11.29. עִילַי *Hhilai*, adscendens.

Esr.2.56. עַלָּה *Hhalah*, adscendens.

1.Paral.7.39. עֻלָּא *Hhulla*, elevatio sive holocaustum. Gallica versio retinuit in Psalmis graduum epigraphen *Mahhaloth*, quod per adscensiones seu gradus exponitur.

CCXCVII.

בִּרְשַׁע Birschahh. Bersa. Βαρσά. Birsa. Birsa.

Genes. 14. 1.

DIgnum patella operculum. Rex Gomorrhæorum dicitur בִּרְשַׁע, i.e. *in impietate.* Sed eiusdem furfuris fuere etiam præcedentia Regum confœderatorum nomina suis gestoribus dignissima, nempe *Berah, Ellasar, Arioch, Amraphel.* Verbum רָשַׁע est *impium esse, impie agere, inquietum esse* : id quod est proprium impiorum ; qui perpetuis conscientiæ stimulis compunguntur. Es. 57. 24. Cognatum est αἰσχρὸς, *turpis, malus.* ἀελδῶ, *contumeliosè tracto, probris impeto.* רָשָׁע est *impius*, qualis Luc. 18. 4. qui dicebat: *Nec Deum timeo, nec quenquam revereor.*

CCXCVIII.

שִׁנְאָב Schinab. Sinab. Senaab. Σεναάρ. Sineab.

Gen. 14. 1.

MVtabilem & inconstantem significat, q.d. *patrem mutationis. Stultus quippe ut Luna mutatur.* Eccles. 27. 12. Et Prov. 26. 11. *Stultus mutatur in stultitia sua* שׁוֹנֶה בְּאִוַּלְתּוֹ. Radix שָׁנָה *mutare, alterare, iterare,* vel absolutè *mutari.* Inde שָׁנָה *annus*, quasi iterationem dicas, à revolutione scilicet, qua annum perpetuâ serie sequitur. De anno vertente Cicero in Somn. Scipion. *Cum ad idem unde semel profecta sunt cuncta astra redierint, eademque totius cæli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille verè vertens annus appellari potest.* Pertinent huc *changer*, i.e. mutare, apud Gal-

Gallos: & *annus* ἔνν Ⓖ, à שָׁנָה abjectâ initiali literâ.
De voce אָב *pater*, vide num. XII. in nom. *Abram*.
Gen. 46. 16. שׁוּנִי *Schuni*, mutans.
Esth. 1. 14. כַּרְשְׁנָא *Carschenah*, agnus anniculus.
Deut. 3. 9. שְׂנִיר *Schenir*, mutatio lucernæ.
Ios. 15. 33. אַשְׁנָה *Aschnah*, mutatio.
Ios. 15. 62. נִבְשָׁן *Nibschan*, Prophetiæ vel loquelæ mutatio.
1. Paral. 6. v. 28. וַשְׁנִי *Vaschni*, secundus, vel annus meus.

CCXCIX.

שְׁמְאֵבֶר Schemeber. Seméber. συμοβόρ. συμόρ. Semeber.

Genes. 14. 2.

EX Seboim famæ claritudinem prætendens: ex roboris ac fortitudinis præcellentia: à שֵׁם, quod *nomen, famam, gloriam* significat, de quo in nomine *Sem* supra num. CCXV. אֵבִיר *potentem, fortem, validum, robustum, strenuum, cordatum* notat, à verbo אָבַר *fortificare, roborare*. Inde brávi ren / brave: & βεμάω, roboro: βεμάρος, *robustus*, & *Vir, virilis*. De *Briareo* Virgil. lib. 10. Æn.

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenæque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribus arsisse: Iovis cum fulmina contra,
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Congruunt huc quoque ἄβρος, *magnificus, elatus*: & ὄμβεμι Ⓖ, *potens, fortis*.

CCC.

שִׁדִּים Siddim. Siddim.

Gen. 14. 3.

DE hac voce Oleaster: Dictio Siddim non plenè nota est Hebræis. Nam quidam putãt esse proprium

prium nomen loci: alij significare dicunt agros: alij verò bitumen vel calcem. Si quis tamen rectè radicem examinet, deprehendet hæc verba שָׂדַד & שׂוּד eiusdem esse significationis. Nam שָׂדַד significat *agrum colere* seu adæquare: qualis manere solet ager, postquam ligneâ crate ad æqualitatem redactus est. Similiter dictio שׂוּד *incrustare* seu calce aut bitumine finire & ad modum agri culti parietem æquare. Vnde שָׂדֶה *ager cultus & æqualis.* Si ergo Siddim non sit proprium nomen loci, significat campos seu agros cultos, & vertendum fuit *in valle agrorum* scilicet cultorum. Hæc ille. Exponitur שָׂדֶה per *agrum, terram, arvum, regionem, campum, rus*, it. *desertum.* שְׂדֵמָה à R. שָׂדַם *arvum* est seu *ager sativus*: unde nobis saat/saatfeld: Lat. *sata*, subintellige *arva*: σῖτος, *frumentum.* Nobilis Theologus Anton. Sadeel Gallicè vocabatur *Chandi*, q.d. campus Dei, à *champ* & *Dieu*: sed maluit ab Hebræis accipere nomen, & à שָׂדֶה & אֵל dici *arvum Dei.*

1. Maccab. 4. 15. *Schedemothæ*, agri fructiferi.
Gen. 22. 22. כֶּשֶׂד *Ceſed*, quasi ager.

CCCI.

עַשְׁתָּרֹת Hhaschteroth. Astheroth. Astarot. Aſtaroth.

ἀστάρωθ. *Geneſ.* 14. *v.* 5.

VRbs in campestribus Moabitarum sita sub dimidia tridu Manassis, regia Ogi Regis Basanis: cuius sponda ferrea habuit novem cubitos in longitudine, & quatuor cubitos in latitudine. Deut. 3. 11. Est & nomen idoli עַשְׁתֹּרֶת *Astarte*, Dea Tzidoniorum, cui servivit Salomon, 2. Reg. 11. v. 5. Veneris

neris multimammiæ simulachrum fuisse aliqui arbitrantur: ex quo urbs Asteroth nomen acceperit. Mira & misera fuit Sidoniorum Theologia, ut & Syrorum atque Afrorum: penes quos solennis huius Deæ cultus viguit, usque ad annum Christi 399: quo demum profligata est penitus isthæc idolomania auspiciis Arcadij Imperatoris, ut refert Baronius in Annalibus, Tomo quinto, pag. 95. ad annum dictum. Rabbi Chasda Thalmudis Tomo 5. lib. 2. qui inscribitur Cholim Tavesse vult עַשְׁתָּרֶת esse ἐνθελικὸν, dictamque vocem à locupletando. עָשַׁר enim est *ditare, ditescere, divitem esse*. Nempe antiquorum opes in gregibus erant: unde & *pecunia* à *pecude* dicta. Aliàs עַשְׁתָּרָה nomen quadratum *caulam* vel *gregem* significat: cuius plurale est עַשְׁתָּרוֹת, i.e. *greges*. Hinc auguratur Kimchi, idolum fuisse figura ovis: quod & alij multi imitantur. Sed hæc hariolatio est. Lucianus de *Derceto* agens in Deâ Syriâ, eius imaginẽ se in Syriâ vidisse scribit, spectaculũ planè peregrinũ, alterâ parte mulierẽ, alterâ verò quantũ à femoribus ad imos pedes portendebatur, in piscis caudam desinentẽ. Videatur Ramires. c. 21. in Pentecõtarcho. Franciscus Floridus Sabinus in Subsec. l. 2. c. 7. Astartem non aliam quam Venerem esse docet, ac Lucianum secus sentientem Lunamque ingerentem erroris arguit. Fullerus tamen censet honoribus Lunæ hæc sacra & hos antiquorum εἰδωλομανούντων cultus consecratos fuisse: cuius rei in nostris Turcis & Arabibus hodieque supersint vestigia quædam: hæ namque gentes suam fortunam Lunæ virtute, cuius etiam insignia præferunt, regi credunt. Miscell. c. 13. lib. 1. A עָשַׁר *ditescere* est χρησὸς, utilis: & *carus*, quatenus idem est ac pretiosus.

CCCII.

זוזים Zuzim. Zuzæi. Suſim.

Geneſ. 14.5.

NOmine זוזי aliqui *gloriam* ſignificari dicunt Eſa. 66. verſ. 11. ita Zuzim erunt *glorioſi*, ruhmretige/ *gloriabũdi*, aut *ſplendidi*: nam & per *ſplendorem* inibi exponitur. Hinc ζαὴς ſplendidum. Alij זוזי beſtiam eſſe volunt agreſtem, & in vniuerſum id genus animantia, quæ gramina, paſcua, fructus arborum & alia edulia carpunt ac diripiunt. Pſ. 50. 11. & 80. 14. Fullerus cap. 6. lib. 6. per μόνιον cum LXX. reddit: ut זוזי ſit *ſolivagus*, vel qui ſolitariꝰ paſcitur. *Generaliter ergo*, inquit, *ferociſſima quæque & ſæviſſima beſtia hoc nomine appelletur, videlicet, quæ tam immanis eſt, ut cum aliis unà paſci non ſuſtineat, quales ſunt urſi, leones, tigrides, lupi.* David Chytræus in Onomaſtico Theologico dicit, זוזים, i. e. *poſtes* vel *columnas* eſſe epitheton nobilium, etlicher ſcharrhanſen zu hofe / qui ſe exiſtimant Atlantes eſſe, qui ſua fortitudine ſoli orbem terrarum ſuſtineant. Appoſitè Saluſtius: *Contemtor*, inquit, *animus & ſuperbia commune nobilitatis malum.* Sanè מזוזים *poſtes* ſeu *ſuper liminaria* ſignificat: quod vocabulum aliquo modo ad tinnitum ſeu ſtrepitum poſtium in cardine verſatorum accedit: ut videri poſſit ὀνομαλοοπεποιημένον. Si זוזי ſignificat animalia, quæ diſtenta gerunt ubera, ex quibus locupleſ eſt proventus (ut quidam ajunt,) facit huc זיז/ i. e. *papilla*: cuius ſpeciem referunt quodammodo poſtes, præſertim in animalium huiuſcemodi uberibus.

1. Chron. 2. 33. זזא *zaza*, beſtia.

1. Chron. 27. 31. זזי *Iaziz*, beſtia.

CCCIII.

CCCIII.

חָם Ham. Ham.

Geneſ. 14. 5.

ID eſt, *turba, tumultus, ſtrepitus*: ab חָמַם, חוּם, הִים, vel הָמַר, *frangere, conterere, conturbare, tumultuari, fremere, reſonare.* Inde Germ. hummel / hummelsgeſinde / i.e. vulgus ſtrepitoſum & inquietum, qualis eſt manipulus furum: & οἶμη via publica ἀνθρωποκαλιῶν plena. Item *malleus*, hammer.

Eſth. 1. 10. מְהוּמָן *Mehuman*, tumultuans, vel multitudo.

Gen. 36. 22. הֵימָם *Hemam*, turbatio eorum.

Eſther. 3. 1. הָמָן *Haman*, conturbans aut tumultuans.

CCCIV.

שָׁוֵה Schaveh. Saveh. σαυῆ.

Geneſ. 14. 6.

CIvitas eſt ſive vallis, quæ & vallis Regis dicitur v. 17. huiuſce cap. Planitiem notat, à שָׁוֵה *æquavit, exæquavit, æquale fuit*: item *profuit, convenit, expedijt*: τὸ γὰρ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Hinc שַׁי *munus, donum.* quaſi æquatio ſeu compenſatio beneficij: vel quia muneribus omnia placantur & æquantur. *Placatur donis Iuppiter ipſe datis.* Congruit his Germ. ſchicken / & σχῆμα, *figura*, σχηματίζεσθαι, & συσχηματίζεσθαι, i.e. *configurare*, ſeu partes alicuius rei inter ſe mutuam quandam harmoniam habentes, ad ſuam æquabilem conformitatem coaptare & redigere. 1. Pet. 1. 14. Rom. 12. 2. Etiam הִשְׁוָה in Hiphil ſatis convenit cum ἴσος, *æquo, adæquo.*

Ruth. 4. v. vlt. יִשַׁי *Iiſchai*, munus.

Neh.10.23. שׁוֹבֵק *Schobek*, æquiparatus, vel appositus vanitati.

Gen.46.16. יִשְׁוִי *Iischvi*, planities.

1.Sam.26.6. אֲבִישַׁי *Abiſchai*, patris munus, vel pater muneris.

1.Sam.20.24. שְׁיָא *Schejah*, vanitas vel mendacium, à שָׁוְא.

1.Reg.11.40. שִׁישַׁק *Schiſchak*, munus ſacci.

Act.18.14. *Sceva*, diſpoſitus, præparatus.

CCCV.

קִרְיָתַיִם Kirjathajim. Ciriathaim. Chiriathaim. Cariathaim. καριαθαΐμ. Kariathaim.

*Geneſ.*14.5.

NOmen urbis in tribu Ruben. Habet formam dualis numeri: ideo per Kirjathaima redditur à Iunio: poteſtq; exponi per Zwoſtadt/ſive Zweenſtadt: à קִרְיָה *urbs, civitas, oppidum*: cuius R. eſt קָרַר *contignare, tecta tignis vel trabibus conjungere, operire*: item, *accidere, evenire, occurrere*. Nomen מִקְרֶה ſignificat *contignationem, compagem, tabulatum*. Hinc ἰκρίον, *aſſer, tabula, tabulatum*: & kernen/einkernen: quod fabrorum eſt tigna coaptantium: id quod Græci dicunt ζυμβιβάζειν, Galli *adjouſter*. Prope denique abſunt *curro, occurro*: & κύρω, *incido, accido*: & κύρημα, *ſors*.

Num.22.39. קִרְיַת חֻצוֹת *Kirjath-chutzoth*, civitas platearum.

Ioſ.7.17. קִרְיַת יְעָרִים *Kirjath-jehharim*, civitas civitatum vel ſylvarum.

Ioſ

Ios.15.49. קִרְיַתְ סַנָּה *Kirjath-ſanna*, civitas rubi.
Ios.21.32. קַרְתָּן *Kartan*, in occurſum dans.
Matth.10.4. אִישׁ קְרִיוֹת *Iſcarioth*, i.e. vir oriundus ex urbe Kerijoth. ἰσκαριώτης ſeu Kerjothenſis.

CCCVI.

שְׂעִיר Sehhir. Seir. σιείρ. σηείρ. σείρ. Seir. Seir.

Gen. 14.6.

MOns Idumeæ inter Aſphaltiten & Ægyptum, qui ab Eſau huius montis accola, eò quòd eſſet hirſutus ſeu piloſus, nomen accepit. שָׂעִיר eſt *hiſpidus, piloſus, villoſus, hirſutus*, item *hircus*. שְׂעֹרָה *hordeum* propter ſpicas ſeu ariſtas in hirſutiem deſinentes: quia horripilat, ſeu ut Apuleius loquitur, *horridiore pilo hirſutoque naſcitur*. Orta ſunt, *hirtus, hirſutus*, haar/harig/haricht. Τράγος, i.e. *hircus*. R. שָׂעַר ſignificat *formidare, timere*: unde nobis eſt ſchawren/ſchawer: wann einen ein ſchawer ankommet. *Satyrus* quoque, utpote hircum piloſum referens, huc pertinet: idemque *terrorem* hominibus incutere ſolet. Lev.17.7. *Neque ſacrificanto deinceps dæmonibus*: Alij: *horrentibus* vel *horrificis* שְׂעִירִים. Alexandro Magno in ſomnijs viſus Satyrus omen dedit capiendæ Tyri: ſic enim percontanti Regi, quid portenderet viſio, reſponderunt divinaculi: Σὰ Τύρος.

1.Paral.24.8. שְׂעוֹרִים *Sehhorim*, à שְׂעֹרָה hordeum.

Iud.3.26. שְׂעִירָה *Sehhira*, dæmon ſive piloſus.

CCCVII.

פָּארָן Paran. Pharan. Φαράμ. Φαράν. Pharan.

Gen. 14. 6.

NOmen oppidi & pars deserti Arabiæ, item montis seu promontorij in sinu Arabico. Hebræis *decorum, speciosum, glorioſum* significat. פְּאֵר est *gloria, decor, pulchritudo*: item *tiara*. תִּפְאָרָה *gloria, decor*. פְּאֹרָה *ramus*, quia est gloria arboris. Verbum פָּאַר est *decorare, ornare, glorificare*: cum quo convenit Lat. *pareo, appareo*: Et bûhr/gebûhr/würde: fûhr/fûhrnemer. πάρ, παροίτερ, *prior*, i.e. *honoratior*. Gallicè *parer* est ornare. Latini inserunt *l* in *pulcher*. Quatenus de glorioſulis & formam superbè ostentantibus usurpatur, referri huc potest *ferus*, item *ferox*.

CCCVIII.

עֵין מִשְׁפָּט Hhen-miſchpat. Miſphat. En-miſpath. Mispat.

Gen. 14. 7.

ID est, *fons judicij*. Locus qui aliàs Kades dicitur: ex eo, quod Moſes & Aaron *sanctitatem* Iehovæ ibi ſua incredulitate profanâſſent. Num. 20. 12. Vide ſupra, num. LXXX. Insinuat hanc radicem etiam vallis Ioſaphati: cuius mentio est Ioël 3. v. 12. ut & insignis victoria ab hoc Rege reportata: unde vallis hęc nomen sortita est. 2. Chron. 20. uti habet præsens iste versiculus. De עַיִן *fons* egimus supra in nomine Hanamim, num. CCXLIII. מִשְׁפָּט est *judicium*, à שָׁפַט *judicavit*. Insinuat hanc radicem Scriptura in descriptione vallis Ioſaphat: quæ extat Ioël 2. v. 2. his verbis:

bis: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in convallem Iehoschaphati: ut disceptem cum eis* וְנִשְׁפַּטְתִּי (Vulg. & congregabo me in judicio: Ar. Mont. Iubibo judicium) *ibi pro populo meo.* Ioſaphat notat judicem Dominum, ex יְהוָה & שָׁפַט judicare: unde nobis eſt ſchöppe/*ſcabinus*: it. Schufft/honeſtum olim nomen, quod primariis dabatur judicibus: שָׁפַט enim eum notat, qui autoritatem habet judicij exercendi in ſubditos. Et quia מִשְׁפָּט quamcunque conſtitutionem notat, poteſt huc trahi ſtifft/ſtiffren.

Num.13.5. שָׁפָט *Schaphat*, judex.
Num.34.24. שִׁפְטָן *Schiphtan*, judex.
2.Sam.3.4. שְׁפַטְיָה *Schephatias*, judicans Dominus.
2.Chr.19.1. יְהוֹשָׁפָט *Iehoſchaphat*, Dominus judex.

CCCIX.

חֲצַצֹן תָּמָר Chatzatzon - tamar.

Haſeſon-thamar. Chaſeſon Thamar. Haſaſon-thamar. Ἀσασον-θαμάρ.

Hazezon Thamar.

Gen. 14.7.

NOmen oppidi, quod etiam Engedi dicitur. Valet idem ac ſi dicas, *diviſio palmæ*, vel *ſagitta palmæ*. חֵץ in pl. חִצִּים *ſagitta*: it. *calculus, lapillus*, item *fulgur*. R. חָצַץ vel חָצָה *diviſit*: ſagitta enim ad dividendum feriendumque emittitur. Prope accedit noſtrum fleſche/flitze/flitzſchbogen/*fleſche* Gallicè, i.e. ſagitta: item ſchoß/geſchütz/ſchütz/Scytha: οἰστὸς, *ſagitta*. חֵצֶן eſt ſinus: quia hominem per medium dividit: unde ſchoos. De Tamar vide num. CXIX.

Gen.46.24. יַחְצְאֵל *Iachtzeel*, dividens Deus, vel dimidians Deus.

CCCX.

עָנֵר Hhaner. Aner. Ευνάν. Αυνάν. Ανηερ. Ανηρ. Aner.

Geneſ. 14. 13.

IDeſt, *fons vel oculus lucernæ.* De עַיִן diximus in Hanamim num. CCXLIII. נֵר vel נִיר eſt *lucerna, ellychnium*, item *vas cui imponitur ellychnium* ut luceat, per metonymiam. Metaphoras autem multiplices ac pene infinitas admittit, prorſus ut Græca & Latina omnia, quæ eiuſdem ſignificationis ſunt: ſumitur enim pro *Rege, duce, ſobole, præcepto*, &c. מְנֹרָה *candelabrum.* R. נוּר eſt inuſitata. Non longè abſcedit אוּר, de quo vide in Vrim, num. LXXII.

Ierem. 32. 10. נֵרִיָּה *Nerijah*, lucerna Domini.

Deut. 3. 9. שְׂנִיר *Schenir*, Mutatio lucernæ: nomen montis, qui Sirion & Hermon dicitur, ut hoc loco memorat Moſe. Vel *mons nivis*: q. quòd lux, i. e. lucidum aliquid: quia ibi neque hyeme neque æſtate ceſſat nix. Sic Ionathan: ab אֲשֶׁר & נֵר.

1. Sam. 14. 51. נֵר *Ner*, lucerna.

Ibid. אֲבִינֵר *Abiner*, patris mei lucerna.

CCCXI.

חוֹבָה Choba. Hobah. Hoba. χοβά. Hoba.

Gen. 14. 15.

IDeſt *debitum.* חוֹב *debitor*: inde חִיֵּב *debitorem fecit, obligavit.* Eſt regio Syriæ ad ſiniſtram Damaſci ſita Euphratem verſus, quæ alias dicitur Soba & Sophene. Faciunt huc ὀφείλω, *debeo*, ὀφειλέτης, *debitor*, ὀφείλημα, *debitum.* Arias Montanus per *dilectionem* exponit hoc nomen, à חֲבַב, de quo vide Chobab, num. CCCCXLV.

Ierem.35.2. חֲבַצִּנְיָה *Chabatzinjah*, debitum clypei Domini: vel dilectio clypei Domini.

CCCXII.

דַּמֶּשֶׂק Dammesek. Dammesec. Damascus. Δαμασκός. Damascus.

*Gen.*14.15.

FRatricidio Kajini hic locus nobilitatus creditur, dictusque ab eo *saccus sanguinis* à שַׂק saccus Cáxx@, sack/sak/in omni ferè lingua, inquit Sanctes Pagninus: quod Hebræam cæterarum matrem arguit. Significat etiam vestimentum durius, quo quis luctus tempore accingitur. Inde est ἄσκος, i.e. pellis, utris: item *soccus*, socken. Capellus ad an. mundi 3460. Sac epitheton Veneris fuisse auguratur: vnde *Sesac*, i.e. Babylon: de qua Ieremias admirabundus cap.51.40. *Quomodo capta est Sesac? quomodo comprehensa est totius terræ gloria?* Et c.25.26. *Rex Sesac bibet post eos.* Litera S. à fronte nonnunquam articuli vicem supplet, ut in vocibus Saddai, Seisithrus, Salhabah, &c. *Erat Panis Siccæ Veneris fanum, in quod se matronæ conferebant, atque inde procedentes ad quæstum dotes corporis injuriâ contrahebant, honesta nimirum tam inhoneſto vinculo conjugia junctura.* Sic. Valer. Max. lib. 2. c.6. Hæc nostræ favent linguæ, qui sack meretricem voce propudiosâ nuncupamus: id quod indicium est verecundiæ Germanorum veterum à Tacito & alijs priscis Scriptoribus celebratæ, & odij eorundem adversus spurcum & execrabile Veneris idolum. De Sesac nomine etiam Ægyptijs noto vide 1.Reg.11.40. & 14.25. & 2.Chron.12.2. Porro ex-

poni quoque potest שִׁשָׁק *Schischak* per *munus sacci*, vel *saccum muneris*, à שַׁי *munus*. Vide num. CCCIV. in Schaveh. Forsterus in Lexico nominis *Damasci* etymologiam ita edisserit: *Est*, inquit, *vox composita ex* שַׁק & דָּם, *q.d. saccus sanguinis seu rubri vini. Hinc & Graeci eam* αἷμα *sanguinem, i.e. vinum, &* σάκον, *saccum dictam voluerunt. Et quia magna fuit ibidem vini fertilitas & copia, Bacchum isthic in sacco habitare finxerunt.* Est talis hodieque: nam singulis mensibus per totum annum recentes ibi uvas haberi, autor est ex Brocardo Adrichomius in Theatro. Alterum nomen דָּם *sanguinem* notat: de quo in Akeldamanu. CLXXIX.

CCCXIII.

קְנִזִּי Kenizzæus. Cenezæus. Cenizzæus. Kinisiter. κενεζαῖος.

Genes. 15. 19.

Gentile est à קֵן, quod perinde habet ac si dicas, *nidus iste*, à קֵן *nidus*, ex R. קָנַן *nidificavit*. זֶה *hic, iste*: sic זֹהַר Esther 1. 10. i. e. *iste explorans*. A קֵן *cunæ* veniunt, & *cunire* antiquum verbum, i.e. stercore puerili fædare, vel excrementa egerere per foramen nidi, more hirundinum & reliquarum avium. Nec longè abit nostrum Nest à קֵן: estque adeo Kenizzæus Nesteler. Græci *n* in *l* mutant in κελιά, id est, *nidus*.

CCCXIV.

שׁוּר Schur. Sur, σούρ. Sur.

Genes. 16. 7.

Solitudinis nomen è regione Ægypti, ubi Etham tertia statio Israëlitarum fuit in deserto. Exod. 13. 20.

13.20.& 15.22. Extenditur significatio vocis, & per synecdochen aliquando notat totum illum Arabiæ Petrææ tractum inde à mari rubro, usque ad fines tribus Iudæ. Quidam Syriam hinc accepisse nomen suum volunt. Nomen שׁוֹר significat *murum* & *bovem*: quibus Germanica respondent ein stier/*juvencus*,& ein schawer vel schur/i.e.*murus* soli vel pluviæ arcendæ oppositus. Radicem שׁוּר tria significare dicunt Grammatici. 1.*canere*.2.*intueri*. 3.*offerre munera*. Inde ergo quam plurima existunt nomina ac derivata. שִׁיר & שִׁירָה *canticum*: cui assonat schirren/ schreyen: *Siren*, Σειρὴν. A שׁוּר *curare* seu intueri cum cura est, שׁוֹר bos (ταῦρος,*taurus*,stier/) curam enim armenta talia desiderant. Sic בְּקָרִים *pecora* dicuntur,à בָּקַר *manè inquirere*, *inspicere* seu *invisere*: wer früh/ he hat/der hat mühe: cum quo convenit etiam nostrum bücher/i.e. *libri*, qui eandem matutinæ investigationis curam requirunt. Denique תְּשׁוּרָה est *munus*,*oblatio*,*donum*, sicut מִנְחָה: dona enim præsertim sacra ex bobus ut plurimum parabantur.

Ios.19.6. שָׁרוּחֵן *Scharuchen*, canticum gratiæ.

Ios.12.18. לַשָּׁרוֹן *Lascharon*,planities: quæ alias שָׁרוֹן, *Scharon*,*Sarona*,Actor.9.35.

1. Chron. 2. 28. אֲבִישׁוּר *Abischur*, pater bovis vel muri.

1.Chron.8.26. שַׁמְשְׁרַי *Schamschari*,nomen cantantis.

CCCXV.

בּוּז Buy. Βυς. φαύξ.

Genes. 22. 21.

Filius Nachoris ex Milca: item nomẽ loci in terra Kedar. Ier.25.23. Rad. בּוּז est *spernere*,*contemnere*, *despice-*

despicere: quod ferè incidit cum בוס *pedibus conculcare, proterere*, de quo in Iebusi nu. CCLI. unde quæ huc quoque faciunt, transferri possunt. Consonant בוס πούς, fuß/*pes*, butzen/außbutzen/quod est בוז.

Ezech. 1. 2. בּוּזִי *Buzi*, contemtus.

Est. 1. 10. בִּזְתָא *Bizta*, contemtus.

Est. 5. 3. שְׁתַּר בָּזְנַי *Schetar-bozenai*, qui explorat contemnentes me: ab אָשַׁר & תור & בוז.

CCCXVI.

חָזוֹ Chazo. Azau. Αζαῦ. ναζαῦ. Hazo. Haso.

Genes. 22. 22.

ID est *videns* aut *prophetans*, à חָזָה *videre, providere, prospicere, revelationem habere*. חָזוֹ visio, revelatio. מַחֲזֶה fenestra. Hinc nos habemus sehen / & Græci ὀσσε, *oculus*, & ὄσσομαι, ὄπτομαι, *video*: *oculus*, oge/auge: & χάσκω, *adspicio, intendo fixis oculis*.

Neh. 3. 15. כָּלְחֹזֶה *Colchozeh*, omnis videns, vel omnis propheta.

1 Par. 25. 4. מַחֲזִיאוֹת *Machazioth*, videns signum.

1. Par. 23. 9. חֲזִיאֵל *Chaziel*, videns Deum.

1. Reg. 15. 18. חֲזִיזוֹן *Chezjon*, visio vel prophetia.

1. Reg. 19. 15. חֲזָאֵל *Chazaël*, videns Deum.

2. Reg. 3. 12. גֵּיחֲזִי *Gechazi*, vallis visionis.

2. Reg. 17. 31. נִבְחַז *Nibchaz*, germinans visionem: Munsterus per *canem* exponit.

2. Chron. 23. v. 19. חוֹזַי *Chozai*, videns.

Luc. 8. 3. *Chuza*, videns.

CCCXVII.

פִּלְדָּשׁ Pildasch. Pildas. Pheldas. φαλδές. φαλάς. **Pildas.**

Gen.22.22.

IDest, Ruina trituræ, à פָּלַל *cecidit*: de quo in Amraphel, numer.CCXCII. & verbo דוּשׁ vel דִּישׁ *triturare*, *pedibus* aut alio instrumento frumentum excutere. Insere tantum r / & habes dreschen: quanquam & absque r deschen / abdeschen dicimus eadem penè significatione: unde mauldäsche alapa. Latina huc faciunt *tersus*, i.e. perpurgatus, extritus, & τέρσω, *sicco*.

Gen.36.21. דִּישׁוֹן *Dischon*, trituratio.

CCCXVIII.

יִדְלָף Jidlaph. Jedlaph. ἰελδάφ. Ιελδάδ. **Jedlaph.**

Genes.22.22.

STillatio vel *stillicidium* est דָּלַף à דָּלַף *stillavit*, & metaphoricè *lacrymavit*. Germani hic iterum infarciunt literam r: dicunt enim treuflen: quod ingenuinâ maximeque nativâ sua significatione Hebraicam radicem exprimit: quam græca parumper attingunt, putà ἡλιβάς, ἀδός, *stilla*, *gutta*: λείβω & εἴβω, *fundo*. δελφύς, *vulva*, *uterus*: quòd inde stillet urina: sicut שַׁפְכָה membrum viri, per quod eadem emittitur. Vide num. DCCLIII.

CCCXIX.

רִבְקָה Ribka. Ribcah. Rebecca. Rebecca. Ρεβεκά. ῥεβέκκα.

Geneſ.22.23.

ID eſt, *Saturata, impinguata.* Sic putant Rebeccam dictam, quod ſimilis eſſet juvencæ ſaginatæ. Eodem ſenſu forte uxor Davidis עֶגְלָה, i.e. *vitula* dicta eſt, & aliæ nonnullæ mulieres nominibus animantium inſignitæ: ut יָעֵל vel יַעֲלָה *ibex*, רָחֵל *ovis*, צְבִיָּה *caprea*. A רָבַק radice inuſitata eſt מִרְבָּק locus ubi vituli impinguantur, ſeu *ſaginarium*, ut vocat Varro lib.3. de re ruſtica. Alludunt noſtra pfrumpffen/vol pfrumpffen/i.e. ad ſatietatem & ultrà replere. Nec aliena ſunt freſſen/βοσκή, i.e. *pabulum*, βρώσκω, *comedo*, βρῶσις, *eſca*, *cibus*.

CCCXX.

רְאוּמָה Reumah. Roma. Reuma. ῥεπμά. ῥεῦμα.

Geneſ.22.24.

NOmen רְאֵם eſt *vnicornis* vel *rhinoceros*: quod animal repandum habere cornu Solinus ſcribit, quo ad ſaxa limato præparat ſe ad pugnam cum elephantis. Approximant rehe & reheboek. Cevallerius per *exaltatam, glorioſam, ſpectabilem* exponit, à רוּם ſublimis fuit: de quo in Abraham, numer.xii. Nec ſanè rarum eſt pro ו, א mobile poni.

CCCXXI.

טֵבַח Thebach. Tebah. Tabee, Θαάδ. Ταβέκ. Thebah.

Geneſ.22.24.

FIlius Nachoris ex Reuma concubina. Nomen habet à *jugulatione, occiſione.* טָבַח eſt *mactavit, jugulavit, occidit, immolavit, ſacrificavit.* טַבָּח eſt *coquus, lanius, mactator, victimarius.* טַבָּחָה & טִבְחָה *mactatio.* Affine eſt σφάττω, *macto*, ὀπτάω, *aſſo*, & noſtrum Top/ Topff/ & per inverſionem pot / in quo coquimus, quod mactatum eſt. Ipſum *macto*, ex טָבַח efflorvit, ב in מ verſo: id quod inter *labiales* facile contingit, puta eiuſdem inſtrumenti literas.

CCCXXII.

תַּחַשׁ Tachaſch. Thahas. Tahas. Thahas Τοχός.

Geneſ.22.24.

תַּחַשׁ eſt *taxus, meles*, & pellis melium ſeu taxi: quam cum תַּחַת, i. e. *ſubter, inferne, deorſum* comparant, eò quod in locis ſubterraneis degat. Summa eſt hîc linguarum reliquarum cum Hebræâ conſenſio: quam etiam in noſtrâ Germanicâ tam perſpicuè eminere eſt quod nobis gratulemur. *Meles* vel *melis* à melle dicitur: quòd alvearibus immineat hoc animal, & mel nimium appetat, ut Geſnerus refert in Hiſtor. Animal.

CCCXXIII.

CCCXXIII.

מַעֲכָה Mahhacha. Maacha. Maacha. μοχά.

Gen. 22. 24.

TAm maris quam fœminæ nomen : ut patet ex Sam.3.3. 1.Par.3.2. & 1. Reg.15.2. & 1.Par.2.48. & c.7.16.& 9.35. Hieronymo est frangens, sive *confracta, contrita, compressa.* machtloß / à verbo מָעַךְ *comprimere, frangere, figere.* מָעוּךְ *compressus* seu compressos habens testiculos, qualis Græcis est θλιβίας, aliàs Σπάδων, *spado.* Hinc ἄγνυμι, frango & ἀγνύω : item μοχθέω & μόχθος, *fatigo, fatigatio.*

1.Par.5.13. יַעְכָּן *Iahhcan*, conterens, comprimens.

Deut.3.14. מַעֲכָתִי *Mahhachati*, compressus.

1.Sam.27.3. מָעוֹךְ *Mahhoch*, compressus, fixus.

2.Sam.20. v.14. בֵּית מַעֲכָה *Beth-mahhacha*, domus compressa.

1.Maccab.5.37. *Mahhacatha*, compressus.

Iud.1.31. עַכּוֹ *Hhacco, Accho*, Ace & Acon, i.e. compressus, confractus. Vid. Fuller. c.15.l.4. Misc.

CCCXXIV.

קִרְיַת אַרְבַּע Kirjath-arbahh. Arbee. Ἀρβοή. Ciriath-arba. ἀρβούκ. ἀρβόκ.

Genes. 23. 2.

HÆc est Chebron civitas, de qua supra egimus, num. ccxc1. De קִרְיַת, i.e. *civitas*, vide Kirjathaim, num. cccv. אַרְבַּע, i.e. *quatuor*. sic nobis sonabit Vierstadt. אַרְבָּעִים *quadraginta*: רָבוּעַ *quadratus*.

Rad.

Rad. רָבַע in Hiph. sæpe usurpatur de coitu animalium brutorum: eò quod inter coeundum innitantur quatuor pedibus, ut exponunt Rabbini. Hinc *rubigo* esse potest, quod *propriè est genus vitij obscenæ libidinis, quod hulcus dicitur* : ut definit August. de C. D. lib. 4. cap. 21. Pertinent huc *Quatuor*, & *vier*: & ῥόμβος, rhombus figura quadrilatera, quæ tamen rectangula non est. Nomen habet hæc urbs ab Arba Gigante, ut expressè dicitur Ios. 14. 15. Alij addunt Scheschai, Achiman, Talmai: ut à quatuor hisce Gigantibus dicta putetur. Iudic. 1. vers. 10. Alij propter quatuor Patriarchas eo in loco sepultos, Adam, Abraham, Isaac, Iacob, sic nominatam volunt. Vel propter celebres quatuor matronas ibidem sepultas, Evam, Saram, Rebeccam, Leam. Alij à viris pijs, qui ibi habitarunt, Aner, Escol, Mambre, Abram. Alij à quatuor partibus quibus constabat: quales urbes Græci Tetrapoles dicunt. Sic Xenophon in quodam fragmento: *Antiquitus urbs monopolis rustica erat, Dipolis opulenta, Tripolis quæ provinciæ caput esset, Tetrapolis autem erat Regia, & totius imperij ac regni caput.* Sed perspicua est veritas capitis 14. Ios. v. 15: vt nihil opus sit hariolari, & Soli lucem fœnerari.

Num. 31. 8. רֶבַע *Rebahh*, cubatio vel accubatio.

CCCXXV.

עֶפְרוֹן Hhephron. Ephron. Εφρών, ἐφρών. **Ephron.**

Genes. 23. 8.

עָפָר est *pulvis*, prorsus ut אֵפֶר *cinis, pulvis*: de quo in *Ophir* diximus, num. CCLXXV. Conjunguntur hęc

duo vocabula Gen.18.ubi se Abraham pulverem & cineré esse corã Jehova profitetur. אֵפֶר *cinerem* propriè notat: עָפָר autẽ tenuẽ pulverẽ, qualis est in superficie terræ. A עָפַר radice in Piel fit עִפֵּר *pulverisavit, pulverem sparsit*: & עוֹפֶרֶת *plumbum* ideo à pulvere dictum, quod cum cætera metalla à pulvere consumantur, & imminuantur, quàm diu in eo sunt, plumbo contrà aliquid potius accedat, dum est in pulvere: id quod abunde comprobat experientia. A עֹפֶר quatenus *hinnulum* notat, potest esse *caprea*, & ὄϐεα, *catulus histricum*.

Mich.1.10. עָפְרָה *Hhaphrah*, pulvis.
Ios.18.23. עָפְרָה *Hhophrah*, pulvis.
Genes.25.4. עֵפֶר *Hepher*, pulvis.

CCCXXVI.

צָחַר Tzochar. Sohar. Seor. Σαάρ. Zohar.

Genes.23.8.

צָחַר *album, candidum, nitens, speciosum*. Est nonnunquam epithetum lanæ, item rerum comtarum & speciosarum. Haud scio an non propter albedinem Zucker/ saccharum, Σάκχαρον ab hoc fõte manârint.

CCCXXVII.

מַכְפֵּלָה Macpela. Machpelah. Machpela.

Genes.23.9.

EST hoc nomen proprium, ut patet ex constructione huiusce capitis vers.17. & 19. quare meritò à Iunio & Piscatore retentum fuit. Significat *geminum* quid seu *duplex*, etwas zwifaches: כֶּפֶל est *duplicitas*, à כָּפַל *geminare, duplicare*. Hinc *copula*, kuppeln/

peln/ duppeln/ διπλοῶ, plico, complico, plica, πλοκή, nexus, & πλέκω, plico. CCCXXVIII.

אֲרָם נַהֲרַיִם Aram-Naharajim.

Aram-naharaim.

Genes. 24. 10.

Sic vocatur Syria interamnis, ut Tremellius & Iunius reddunt, seu Syria duorum fluviorum, ut Hebræa sonant, id est Mesopotamia (à μέσος & ποταμός) quæ inter Tigrin & Euphratem sita est. De אֲרָם filio Sem, Aramæorum seu Syrorum autore vide sub nomine Abrahã n. XII. נַהֲרַיִם est dualis numeri, à nom. נָהָר *fluvius*. Verbũ נָהַר exponunt Hebræi per *currere celeriter, fluere ad voluntatẽ, illuminari & affluentiã quamque cum celeritate & proclivitate habere*. Hinc rennen/rinnen/renne/ & ῥέω, *fluo*, ῥάινω, *rigo*, & νάω, νάυω, *fluo*: ναρὸς, *humidus*. Nar quoque nomen fluvij est apud Virg. Æn. 7. *Audÿt amnis*

Sulphurea Nar albus aqua, fonteſque Velini.

Eandem originem exhibet Nereus Νηρεὺς Deus aquarum: & *Nereides* nec non *Najades*.

Cognatum est נָגַר *fundere, defluere*: ex quo, si retrorsum legas, fit regen/ i. e. *pluviã*.

CCCXXIX.

לָבָן Laban. Λαβάν. Laban.

Genes. 24. 50.

Idest, *Later*: item *albus, candidus*: lateres enim coquendo albescunt: à לָבַן albũ esse. In Hiph. הִלְבִּין *albere, albeſcere*: item *albare, dealbare*. Græca & Latina hîc facile consentiunt, ut λευκὸς, albus: & nostrum blanck. & λουνὸς, i. e. *albus*. *Alpes*, montes altissimi, quod perpetuis nivibus albeant, teste Polybio lib 3.

Hist. pag. 208 *Alabastrum*: quod marmoris candidi species est. לְבוֹנָה est *thus*, Græcis λίβανος. לְבָנוֹן *Libanus* mons, thuriferas gignens arbores. *Libanotis* odorem thuris habens frutex. לְבָנָה *Luna*, Esr. 2. 45. quæ etiam Græcis propter albedinem *Leucothoe* dicta est, sive λευκοθέα. מַלְבֵּן est *fornax laterum*: unde λίβανος, *clibanus*.

Exod. 6. 17. לִבְנִי *Libni*, albedo.

Ios. 19. 26. לִבְנַת *Libnath*, Luna, sive albedo.

Iud. 3. 3. לְבָנוֹן *Libanus*, ab albedine thuris.

Iud. 21. 19. לְבוֹנָה *Lebona*, Luna, quæ est לְבָנָה: vel thus.

CCCXXX.

קְטוֹרָה Ketura. Ceturah. Cetura. Ketura. χεθουρά.

Gen. 25. 1.

VErbum קָטַר est *suffire*, *suffumigare*, *adolere*: item *ligare*. קְטוֹרָה in Paul est *suffumigata*, *ligata*. Consentit nostrum ferze cum קְטֹרֶת, quod *suffimentum*, *thymiama* vel *incensum* notat, siquidem omnes huius vocis literas continet, si modo ת cum sibilo efferas, ut solet pronuntiari in fine. Affine est verbum καθαίρω, *purgo*, *mundo*: suffitus enim huiusmodi purgando aëri fiunt. A קָטַר *ligare* sunt *chorda*, χορδή, chorde. χορδεύω, *ligo*, *implico*, kartetschen / pellionum est.

Iud. 1. 30. קִטְרוֹן *Kitron*, fumus, nebula, suffumigatio, purgatio.

CCCXXX.

זִמְרָן Zimran. Zamran. Ζομβρᾶν. Ζεμβρᾶν. Simron.

Gen. 25. 2.

ID est, Cantor, sive cantus. à זָמַר. quæ radix in Piel est frequentissimi usus, & significat psallere: מִזְמוֹר *canticum, psalmus, ode.* In Kal significat *putare, amputare*: unde זְמוֹרָה *palmes*: ex quo est *sarmentum*: item *germen* & per metathesin literarum *ramus* & *racemus*. Coincidit plane zimmern / cum זָמַר. Quatenus זְמוֹרָה fætorem significat, formari inde potest *merda*.

Num. 25. 14. זִמְרִי *zimri*, cantans.

CCCXXXII.

יָקְשָׁן Jokschan. Jocsan. Jecsan. Ιεκσάν. Ιεζάν. Jaksan.

Genes. 25. 2.

VErbum יָקַשׁ est *irretire, illaqueare, laqueum tendere, offendere.* יָקוּשׁ *aucupem* notat, & מוֹקֵשׁ *laqueum, offendiculum, rete.* Eius synonymum est נָקַשׁ. Hinc ἰξός, *viscum*, & *illicia*, quibus inescantur aves. ἰξιβόρος, *viscivorus*. ἰξεύω, *aucupor*, ἰξευτής, *auceps*. Cum יָקַשׁ facilè conciliaveris nostrum haschen / erhaschen / quod aliqui dicunt haschken. Omissa prima radicali fit ex יָקַשׁ facilè *caßis*.

CCCXXXIII.

יִשְׁבָּק Jischbak. Isbac. Jesboc. ἰεσβώκ. Ιεσβόκ. Jesbak.

Genes. 25. 2.

IDest, *vacuus* vel *evacuatus*, à voce יָשַׁק. est: de qua

in nomine Elisa, num. CCXXIIX. בוק est *evacuare, perforare, populari, deprædari, diripere*: cuius synonymum est בקק: unde quadratum בקבוק vas testaceum vel vitreum aut ligneum, cui os est angustum, sic appellatum, *quod bibente vel propinante aut fundente homine faciat Backbuck*, inquit Rabbi David: idem quoque sonus in tali vase auditur, quando in aquam demergitur. *Bakbuk* est nomen proprium Esr. 2. 51. Bacchum hinc dictum volunt: quod primus Indias spoliârit: quasi *prædatorem* dicas. Appropinquant huc flasche/Italis *fiasco*, βίκος, βικίον: *poculum*, becher/*bacrio, alembicum*, i. e. vas destillatorium: quod Hebræis est אבִיק. בקיא est siphunculus, quasi culicis aut muscæ proboscidem dicas: *quod ideo moneo*, inquit Iac. Cappellus ad An. Mun. 3463. *Quia in Lexicis id vocis non habetur.* At nunc in Buxtorffij Chaldaico & Syriaco Lexico reperitur, sub radice בקא *scrutari.* Cognatum est פוק *educere, producere*: unde *Mappik* punctum literæ ה *productivum*: ut constat ex Grammaticis.

Num. 34. 22. בקי *Bukki*, vacuus.
Neh. 3. 16. עזבוק *Hhazbuk*, hircus vacuitatis.
1. Par. 25. 4. בקיהו *Bikkyahu*, vacuitas Domini.
1. Par. 9. 15. בקבקר *Bakbakkar*, inanis visitatio.

CCCXXXIV.

שוח Schuach. Suah. Sue, Σαυά. σωϊέ. σοβέ, Suah.

Gen. 25. 2.

Filius Abrahami ex Ketura. Conveniunt apud Hebræos שחח, ישח, שחה, שוח & שחת, exponunturque per *inclinare, declinare* vel *demergi* ad perniciem vel exitium. Nomina ab his plurima deflectun-

tur,

tur, quæ *foveam, fossam, desolationem, sepulchrum, inclinationem*, item *clamorem* & sermonem anxium ac gemebundum significant. Hinc Germ. Schacht notum fossoribus metallicis vocabulum, & quæ in Schachiæ seu latrunculorum ludo remansit phrasis schachten / schachtmat / schachtmatt werden.

1. Par. 4. 36. יְשׁוֹחִיָה *Ieschochajah*, humilians Dominus.

CCCXXXV.

לְטוּשִׁים Letuschim. Letusim. Latusim. Λαλυσιείμ. λαλυσειείμ. Lathusim

Genes. 25. 3.

ID est, Malleatores, seu limatores: à לָטַשׁ *acuere, polire, expolire*, & vsurpatur propriè de instrumentis ferreis, æneis, gladijs item & armis, alijsque ferramentis. Hinc Germ. glätzen / etzen / außetzen. Et quia quæ acuimus plerunque in stilum acuminamus, facit huc στύλος, stiel / *stilus* per metathesin. Dicimus etiam letten / zusammenletten.

CCCXXXVI.

לְאֻמִּים Leummim. Laommim. Leumim. Λαωμιείμ. λοομείμ. λαωμείμ.

Genes. 25. 3.

ID est, *Gentes*: est enim plurale à nomine לְאֹם *populus, gens*: cuius synonymum אוֹם: non est enim nisi προθεσις in illo literæ ל, sicut in אֵט & לְאֵט, i.e. *sensim* vel *pedetentim*. A לְאֹם est λαὸς, *populus*, & nostrum leute / it. Volck.

CCCXXXVII.

עֵיפָה Hhepha. Ephah, Epha. γε-φάρ. Epha.

Gen. 25.4.

ID est, *Volans*, à עוף volare seu motitari celeriter in aëre. Hinc עוף vox collectiva, i.e. *volatile, avis, volucris*. Respondent ἵπταμαι & ἵπτημι, *volo*. Sic Vogel; פ enim per *v* consonantem, & ע per *g* commodè reddi possunt. Ita satis consentiunt Vogel / *volare, volucris, avis*. Potest etiam exponi per *lassum* vel *fatigatum*, à עָיַף *lassare, lassari, fatigari, lassum esse*, item *volare*.

Ier. 40.8. עֵיפַי *Hephai*, lassus vel volans.
Ios. 18.24. עָפְנִי *Hhophni*, volans.

CCCXXXVIII.

נְבָיוֹת Nebajoth. Nabajoth. Nαβεώθ. Nαβαιώθ. Nαβαγώθ. Nebajoth.

Gen. 25.13.

FIlius Ismaelis, à quo omnis regio ab Euphrate usque ad mare rubrum etiamnum hodie Nabathæa dicitur vel Nabathena, quæ pars est Arabiæ. Nomen hoc *prophetias* notat, à verbo נָבָא, in Niph. נִבָּא vaticinatus est, prophetavit. Id licet nonnulli conentur arcessere à verbo בּוֹא, i. e. *venire*, quasi נָבִיא vates vel propheta is sit, qui factus est venire, vel qui à Deo missus est: ut missionis prophetarum necessitas urgeatur: tamen illi curiositatis arguuntur à Pagnino. Potest etiam à נִיב *sermone* seu *loquela* nomen *Nebajoth* deduci: cuius R. est נוּב *germinare*,

nare, fructificare, crescere, & metaphoricè, *fructum oris proferre*, seu *sermocinari, loqui*: quò trahere possis νήφειν, i.e. sobrium esse: talem sanè oportet esse eum, qui divina tractat eloquia.

Num.32.3. נְבוֹ *Nebo*, prophetia.

Jerem.39.13. נְבוּשַׁזְבָּן *Nebuschazban*, loquela seu prophetia manans.

Neh.11.34. נְבַלָּט *Neballat*, prophetia involuta.

2.Reg.17.31. נִבְחַז *Nibchaz*, germinans visionem. Vide alibi.

2.Sam.21.16. יִשְׁבִּיבְנוֹב *Iischbibenob*, sedens in germinatione vel locutione.

Ios.15.62. נִבְשָׁן *Nibschan*, prophetiæ mutatio.

1.Sam.21.1. נֹבָה *Nobe*, prophetia.

1.Reg.21.1. נָבוֹת *Naboth*, loquela, sive prophetia.

2.Reg.25.8. נְבוּזַרְאֲדָן *Nebuzaradan*, prophetia sparsi judicij.

CCCXXXIX.

אַדְבְּאֵל Adbeel. Ἀδδηήλ. ναβδεήλ. Adbeel.

Gen. 15. 13.

ID est, *Contristari faciens Deus*: vel *Dolor cum Deo*, aut *dolor apud Deum*. De אֵל vide num.XLII. R. אָרַב eadem est cum רָאַב *dolore afficere*: רָאֲבָה est dolor, languor: unde Lat. *tabescere, tabes, tabeo*. A τέμβω, dolore afficio. Sed propius & planius *dividia*, cura dividens animum: quæ Græcis μέριμνα dicitur, Matth.6.27. & ceu vitiosa opponitur *licitæ*, dictæ πρόνοια, 1.Tim. 5.8. Propertius:

Dividias mentis conficit omnis amor. Plautus in Bac-

chidib. *Illa res magnæ dividiæ est mihi.* Talis cura vel *solicitudo est ægritudo cum cogitatione*, Ciceroni Tusc. 4.

Num. 21. 30. מֵידְבָא *Medebah*, aquæ doloris.

1. Maccab. 15. 38. *Cendebæus*, possessio doloris.

CCCXL.

דּוּמָה Dumah. Duma. Δυμά.

Gen. 25. 14.

SImilitudo & silentium, à דָּמָה *similis fuit, assimilavit*: it. tacuit, siluit, defecit, excidit: it. *quievit*. Synonyma sunt דּוֹם & דָּמַם: inde est דְּמוּת *similitudo*: it. demut: nam & pro humilitate & silentio quādoque accipitur. דְּמָמָה *silentium*, הֲדֹם est *scabellum*: quòd in eo resideant & quiescant pedes. Hinc ὅμοιος, *similis*, ὁμοίωμα, *assimilatio*. Ex altera significatione zehmen / δαμᾶν, δαμάζειν, *domare*, demmen: & stumm / id est, *mutus* per inversionem Radicis: sic μυδός, *mutus*.

CCCXLI.

מַשָּׂא Massah. Massa. Μασσή. Masa.

Gen. 25. 14.

IDest, *Onus*, & per translationem, *munus, officium, ministerium* inprimis docendi & prophetandi. Frequens est Prophetis hæc vox. R. נָשָׂא *ferre, sustinere, portare, levare, attollere, capere, sumere, remittere, vaticinari*, &c. vix enim aliud latius patet verbum apud Hebræos. נָשִׂיא *principem, ducem, personam super alios eminentem* designat. Respondet ei apud Græcos futurum οἴσω, *feram*, à φέρω: unde οἰστέον, i.e. *ferendum*:

οἰστέον

φίσεον καὶ ἐλπισέον, *ferendum est & sperandum.* Νίζω est *onero.* Germ. Laſt/i.e. *onus.* Pertinet huc quoq; *massa*, i.e. cumulus rerum in vnum congestarum velut onus.

2.Sam.17.25. עַמָּשָׂא *Hhamasah*, populus portans, parcens, exaltans.

CCCXLII.

חדר Chadar. Hadar. Hadad. Hadar. χοδδάν. χολδάδ.

*Genes.*25.15.

NOmen חֲדָר est *cubiculum, adytum, locus absconditus, penetrale.* Verbum חָדַר *insidiari in penetrali*, vel *percutere in penetrali.* Hinc Gatter: quæ enim abdimus, clathris quibusdam seu cancellis circundare solemus in domuum angulis & locis alijs ab oꝑcursu ingredientium atque irrumpentium remoris. Accedunt etiam durch / & dringen: & Græca ἕδρα, i.e. *sella*, ἵδρυμα, *penetrale*, ἕδομαι, *sedeo in penetrali.* Et Lat. *terebro, trucido.*

CCCXLIII.

תימא Themah. Thema. θαμάν. θεμάν. Thema.

*Genes.*25.15.

ID est, *Admiratio, obstupefactio.* à תָּמַהּ *admirari, obstupescere.* Vicina sunt תָּמַהּ & תָּמַם. V.num.CCCIII. A תָּמַהּ sunt Gr. θάμβος, *stupor ex admiratione*, θαμβέω, *attonitus fio, stupeo*: θᾶυμα, *miraculū*, θαυμάζω, *miror*, δειμαίνω, *trepido*, δεῖμα, & δειμός, *trepidatio*, Thumm/i.e. *attonitus, externatus, syderatus.*

Ios.15.50. אֶשְׁתְּמֹה *Eschtemoh*, ignis admirationis.

CCCXLIV.

CCCXLIV.

יטור Jetur. Ιέλουρ. θηλούρ. Jetur.

Geneſ. 25. 15.

HEbræis טור eſt *ordo, ſeries, diſpoſitio*, (ſicut תור) quam Galli *rengnes*, reihe vel reye vocamus. De ordinibus columnarum, lapidum pretioſorum in pectorali Aharonis, ſerie & diſpoſitione parietum ac ornamentorum in ædificijs ſplendidioribus uſurpatur hoc vocabulum. טִירָה *caſtellum, propugnaculum, palatium, ædes magnifica* ex lapidibus æqualiter ordinatis extructæ. Hinc *ordo*, ordnung/ ordnen/ ὀρθὸς, *rectus*, ὀρθόω, ὀρθῶς: & *ritus* per anaſtrophen. Radicem נָטַר *cuſtodire, aſſervare* huc arceſſunt, qui verba originaria Hebræorum ad minorem numerum contrahere ſtudent. מַטָּרָה *cuſtodia, carcer*. Hinc τηρεῖν & ſervare.

Luc. 3. 1. *Ituræa*, i. e. cuſtodita.

CCCXLV.

נפיש Naphiſch. Naphis. Naphis. ναφὲς. ναφεὶς.

Geneſ. 25. 15.

נֶפֶשׁ cum ſex punctis eſt *anima* vel animus, ſynecdochicè *homo totus*, nonnunquam *corpus*, & quod mireris etiam *cadaver*, ut Lev. 21. 1. Lev. 19. 28. Num. 9. 6. Hag. 2. 13. Beza Act. 2. 27. verterat locum Pſalmi 16. 8. in priore ſua editione: *Non relinques cadaver meum in ſepulchro*: ſed mutavit in poſteriore; *Propter eos*, inquit, *qui nomine cadaveris inſcitiâ certè potius Latini ſermonis, quàm recto ullo judicio offenduntur*. Animam Latinè dici de homine defuncto probat ex Virg. Æn. 11.

Ite2

Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.

Anima quoque pro persona accipitur: sic dicitur Deus jurâsse per animam suam, i. e. per seipsum, Amos. 6. 8. & interfici dicitur anima Ezech. 41. 15. Cæterum comparari solet נֶפֶשׁ cum נָשַׁף *sufflare, spirare*: nam & *anima* ab ἄνεμος, *vento* seu *spiraculo* dicitur, & Latinis quoque *anhelitum* notat. Metonymicè נֶפֶשׁ sumitur pro *desiderio, appetitu, concupiscentia, anhelatione* seu *adspiratione* ad aliquid, item *sanguine* & *vitâ*. Possunt huc trahi frisch/ & φύσις: item ψυχή, i. e. *anima*. A נָשַׁף *flare* est schnieben. ſ pro שׁ. n pro נ. b pro פ.

CCCXLVI.

קַדְמָה Kedma. Cedmah. Cedma. κεδεμά. κεδμά. Kedma.

Geneſ. 25. 15.

קֶדֶם est *ante, antequam, priusquam*: it. *antiquitas, principium*, plaga Orientalis: sumitur enim variè, ita ut modò *loci* modò *temporis* nota sit. מִקֶּדֶם est ab Oriente, à principio, ab antiquo, olim: nonnunquam etiam *ad Orientem, versus Orientem*. Sic profecti ex montibus Ararat in Armenia majore sitis dicuntur processisse מִקֶּדֶם non *ab Oriente*, sed versus Orientem: talem enim istorum montium situm esse respectu Sinearis, ubi Babylonia condita fuit, omninò est planissimum. Hoc ex Geneſ. 13. 11. & alijs quibusdam locis parallelis elucidat Nicolaus Fullerus lib. 1. c. 4. Miscellan. Verbum קִדֵּם in Piel est *Prævenire, præoccupare, antevertere, priorem esse*. קָדִים est Subsolanus vel Eurus. Cadmi nomen celebre est ex Phæ-

ex Phœnicia oriundi Agenoris Tyriorum Regis filij, qui literas primus in Græciam intulit: cuius rei irrefragabile argumentum sunt ipsæ Græcorum literæ, quas Hebraicis olim insignitas nominibus hodieque retinemus omnes qui græcè scimus. Ab Aleph enim est *Alpha*, à Beth *Betha*, à Gimel *Gamma*, à Daleth *Delta*, à Zain *Zeta*, à Cheth *Chi*, à Thet *Theta*, à Iod *Iota*, à Caph *Cappa*, à Lamed *Lambda*, à Samech *Sigma*, &c. Orientales igitur communes gentium omnium & totius orbis Doctores fuisse negare nemo potest. At quid sunt hodie nisi ignorantiæ barbaricæ mancipia? Caveamus ergo, ne ventus ille urens atque exsiccans fontem beneficentiæ divinæ, ingratitudo nempe nostra, hanc lucem artium & linguarum aliò migrare faciat. Porrò Cadmia terra Orientalis dicitur. Placet inprimis Clarissimi Iunij observatio: qui scientiarum officinas Academias à קדם dictas esse his verbis persuadet: *Cadmea*, inquit, *sive Kadmia locus studiorum à Gephyræis advenis institutus*. Est enim hæc γεφύρωσις a vel e Cadmæo generi tum in Libya tum in Arthide usitata Libyes & Afri σοὰ Estoam dicunt, Stephanum Estephanam, Cholam Acholam, & similia multa. Attici verò in eundem modum σαχὼ ἄσαχω, σαφίδα ἀσαφίδα, Θήναν Αθήναν, Θήνας Αθήνας, Λυκώνα Ελυκώνα, Καδμίαν sive Καδμείαν quoque Ακαδημίαν vel Εκαδημίαν pronuntiant.

Deut. 2. 25. קדמת *Kedemoth*, oriens.

Iud. 5. 21. קדומים *Kedumim*, Gallicè rencontres, occursus, begegnungen/ nempe exercituum, ut declarat hic versiculus.

Iud. 6. 3. קדם *Kedem*, Cadmus, i. e. Oriens.

CCCXLVII.

אֲחֻזַּת Achuzath. Ahuzath. Ohozath, Ochozath. Ahoſath. χοζάθ.

Geneſ. 26. 26.

AMicus ſeu familiaris Abimeleci Regis Gerarис nomen habens ab apprehenſione. אָחַז enim eſt *apprehendere, tenere, apprehenſum retinere, poſſidere*: item *contignare*. Nomen אֲחֻזָּה *hæreditatem & poſſeſſionem* ſignificat. Sunt qui *Anchiſen* hinc dictum ſuſpicantur, q. d. *retinentiſſimum* amicum. Faciunt huc ἴσχω, *teneo*, ἔχω, *habeo*, ἰσχαίνω, *retineo*. It. haſchen: & λάζω, i.e. *capio, prehendo*.

1. Reg. 22. 40. אֲחַזְיָהוּ *Achazias, Ochoſias*, apprehenſio Domini.

2. Reg. 10. ult. יוֹאָחָז *Ioachaz*, apprehendens, poſſidens.

2. Reg. 15. v. vlt. אָחָז *Achaz*, apprehendens.

1. Par. 4. 5. אֲחֻזָּם *Achuzzam*, apprehenſio eorum.

CCCXLVIII.

בְּאֵרִי Beeri. Beeri. Βεήλ. Βεώχ. Βεώρ. Bnei.

Gen. 26. 34. al. 27. 1.

QVaſi d. *In leone*: à ב præfixo, ſeu nota præpoſitionis *in*: & אֲרִי *leo*: qui & אֲרִיֵּה. Hinc Ariel nomen altaris holocauſti Eſa. 29. 1. quaſi *Leo Dei*: quia, ut exponunt Rabbini, ignis ſanctus, qui è cælo deſcenderat, cubabat ſuper illud ut אֲרִי *leo*. Vel quod ſanguine victimarũ maderet, ut leo prædã diſcerpẽs ſanguine perfluit. Synecdochicè capitur p urbe Hieroſolymitanâ: quãdoq; pro Magnatib⁹, 2. Sam. 23. 20. Verbũ אָרַר eſt *colligere, carpere, decerpere, avellere* pro-

propriè fructus. Inde est αἱρέω, *capio*, Ἄρης, *Mars. Aries*; qui ut אַרְי inter greges primus ac præcipuus : sic ἐρρήνωδος, *verres*, sc. porcus non castratus.

Esa. 29. 1. אֲרִיאֵל *Ariel*, leo Dei: unde *Aram* Latinis dictam credibile est: cuius hæc vox apud Hebræos erat cognomentum.

Est. 9. 8. אֲרִידַי *Aridai*, leo abundans.

Est. 9. 7. אֲרִידָתָא *Aridatha*, leonis lex.

Genes. 46. 16. אֲרְאֵלִי *Areli*, lux Dei vel visio Dei, vel leo Dei: ab אוֹר vel רָאָה vel אֲרִי.

4. Esr. 9. 26. *Ardatha*, leonis lex.

Actor. 17. 22. Ἀρειαγῶ, Martius vel leoninus pagus.

CCCXLIX.

בָּשְׂמַת Basmath. Bosmath. Basemath. **Basmath** Βασεμάθ. Βασεμάθ.

Genes. 26. 34. al. 27. 1.

NOmina בֹּשֶׂם בֶּשֶׂם בָּשֶׂם & eiusdem sunt significantiæ, designantque *odorem pretiosum*, vel *rem odoriferam in hortis satione vel cura hominum crescentem vel ad cibos condiendos, vel ad medicamenta.* Omni ex parte hîc consentit Germanicum biesem/besem/unde biesemknopff. סַמִּים quoque notat odoramenta quæ conficiendis unguentis aut suffumigationibus accommoda sunt. Communiter בֹּשֶׂם Hebræis est *aroma*. Quadrat hoc nomen in delicatulam Esavi uxorem ex Hethitis odoramentorum & suffumigationum studiosis prognatam, quæ consuetudo luxuriosis, & exquisitæ mundiciei deditis ubique terrarum semper in usu fuit.

Ierem.

Jerem.39.3. סַמְגַּר *Samgar*, aroma peregrini.

CCCL.

פַּדַּן אֲרָם Paddan Aram. Padan-aram.

Gen. 28. 2.

פַּדָּן Chaldæis & Syris est *jugum, par boum.* Addunt Rabbini in linguâ Iismaëlitica פַּדָּן esse הַשָּׂדֶה, id est, *agrum*: unde nostrum boden queas decerpere: agri enim est einen guten boden haben: Græcis πέδον, πεδίον est *ager, solum, campus.* אֲרָם est *Syria*: de quo in Aram Naharaim, num. CCCXXVIII. *Paddan Aram* est Mesopotamia, inter duos fluvios, Tigrim videlicet & Euphratem sita & inde *jugi* nomen sortita: cuius formam duo illa flumina ductu suo quodammodo deformant. Est & *Aram* seu Syria Damasci, & *Aram* Beth-rechoboth, & *Aram* Tzobah ad Eleutherum fluvium, 2.Par.8.v.3. *Aram Maachah* 2.Sam.8. ut docet Chorographia sacra.

Dan.11.45. אַפַּדְנוֹ vel אַפַּדְנוֹ est *palatium.*

Iudith 2.12. *Phudim*, agricolæ.

CCCLI.

לוּז Luz. Luza. Lus. ἐλαμμαούς. ἐλαμλούζ.

Gen. 28.19.

BEthel prius Luz vocabatur. לוּז est *nux* aut *corylus, avellana, amygdalus.* Arborem & fructum notat. Aliquid ex Hebræo habet *Corylus*: ex quo originationem queas præsumere. Ratio originationis dari potest ex verbo לוּז *recedere*: facile enim cortices ex corylis atque amygdalis abscedunt: ut patet ex facto Iacobi decorticantis virgas virentes ex

corylo, easq; pecudibus substernentis. Gen. 30. 37. Quia לוּז de *perversitate* ac *declinatione* seu *deflexione* ab eo, quod rectum est, capitur, semperque in vitio est, rectè Germanicum Letsch huc revocatur: distortis namque pedibus qui incedunt, de ijs dicimus, das sie letsch gehen. Facit huc etiam λοξὸς, *obliquus*, λοξεύω, *obliquo*.

CCCLII.

רָחֵל Rachel. Rahel. ῥαχάλ. Rachel. ῥαχήλ.

Genes. 29. 6.

ID est, *Ovis*, fœmina scilicet. Hîc Græci ל in ρ verterunt: dicunt enim ῥηνὸς, *ovis*, πολύῤῥηνος, *dominus multarum ovium*. ῥῆνες sunt ἄρνες Eustathio, id est, *agni*. ἔριον & ἔλιον est *lana*, ἐριουργία, *lanificium*. *Rheno*, *onis* est vestis ex pellibus ovillis vel villosis animantibus, zippelpeltz/schaspeltz. Hinc Isid. lib. 19. c. 23. *Quibusdam*, inquit, *nationibus sua propria vestis est, ut Parthis sarabara*, (סַרְבָּלִיהֹון Dan. 3. 21. saraballa eorum) *Gallis linnæ*, *Germanis rhenones*, *Sardis mastrugæ*, &c. Vide Cluverium in Germaniâ, & Cæsarem lib. 4. de bell. Gall. & Sallustium, cuius ista sunt: *Germani intectum rhenonibus corpus tegunt*. Isidorus à Rheno fluvio rhenones dictos arbitratur, sed malè. Faciunt etiam huc ἄρς, ἀρνὸς, ἀρνίον, *agnus*, *agna*: ῥηλὴν, *aries*.

CCCLIII.

לֵאָה Lea. Leah. Lia. λεία Lea.

Genes. 29. 16.

MAjor Labanis filia *laboriosam* vel *fatigatam* significat: à לָאָה cuius synonymum לָהַהּ *laborare*;

rare, fatigari, molestè, aegrè ferre, lassari. תָּלָאָה est *fatigatio.* Hinc *lassus* & labor: לֹשׁ/i.e. *labore fessus,* λύομαι, *solvor*: solvuntur enim nimia defatigatione membra. לֹשׁ/i.e. *helare*: *helucus* affectio capitis ab oscitatione & hiatu dictus; vel à gravedine nauseabundâ.

CCCLIV.

זִלְפָּה Zilpah. Zelpha. Ζελφά. Silpa.

Genes. 29. 24.

QVi vilia omnia putat & sua decoquit ac prodigit, nihilque aliud curat, quàm ut abdomini serviat & ingluviem expleat, זִלְלָה propriè dicitur: hinc eadem vox sæpe ad res viles & nullius pretij transfertur: ut Ier. 15. 19. *Si eduxeris pretiosum à vili, tanquam os meum es.* זְלוּלָה est vilitas, à זָלַל vel זָלָל *vilescere, contemnere, spernere, abjicere* ut vile. Zilpa ergo est vilitas vel luxuries oris: die gern gute bißlein isset. nam פֶּה os significat: de quo in Mephiboschet, numer. CXVII. A זָלַל est ἀζελγεῖν, *lascivire*, & *salax*, & schwelgen/schlurffen/sipperen.

CCCLV.

בִּלְהָה Bilhah. Bilha. Βαλά. Bala. Bilha. Βαλλά.

Genes. 29. 29.

ID est, *Inveterata*, à בָּלָה *vetustescere, inveterascere, consumi.* Coincidit ergo cum παλαιὸς & παλαιόω, בָּלַל est *vetustas* παλαιότης: בָּלֶה *vetus*, Gallice *vieil.* Proximat etiam nostrum Alt. Hæc est incestuosa illa fœmina, quæ cũ Rubene concubuit. Sanè פִּלֶגֶשׁ Chaldæis est antiqua *pellex*, meretrix: unde pellicem

dictam esse conjicias. Aliàs בִּלָּהָה est *formido*: unde *pallor* deduci potest.

Gen.36.27. בִּלְהָן *Bilhan*, inveteratus.
Iob.2.11. בִּלְדָּד *Bildad*, vetusta dilectio.
Genes.64.21. אֶשְׁבֶּל *Aschbel*, ignis vetustatis.
Num.22.3. בִּלְעָם *Bilhham*, vetustas populi.
Num.34.v.11. רִבְלָה *Ribla*, jurgium inveteratū.
Jos.17.11. יִבְלְעָם *Iiblehham*, inveteratio populi.

CCCLVI.

דּוּדָאִים Dudaim. Dudaim.

Genes.30.14.

LVtherus nomen Hebraicum retinuit ob nimiam interpretationum diversitatem. Communior est sententia LXX. & Veteris Latini interpretatione nixa, mandragoras hoc nomine notari. Hanc approbans & exponens Fullerus cap.6.lib.6. ita nomen exponit. *Animadverti*, inquit, *velim, quod & à Dioscoride annotatum, Mandragoram φίλτροις vel amoris illecebris idoneum habitum fuisse à veteribus: nam & nomen Hebræum Dudaim perinde sonat ac si dicas philtra vel amatoria: unde mandragoras & cupidissimè appetivit Rachel, & agerrimè eidem concessit Lea: illa ne quid sorori supeteret, quo mariti amor à se ad eam transferretur; hæc ne qua re careret, cuius beneficio conciliari posset idem amor atque confirmari. Huc accedit mandragoræ vis* שנה, *somnifica: quæ vel ob hanc causam Veneri grata est & amica, quod retinendi seminis facultatem vulvæ conferat, ut docent Medici. Prærere à purgando ad conceptum prodesse mandragoram monent rerum naturæ periti. Tradit Dioscorides mandragoræ mala alicubi esitari solita à pastoribus: qualis erat Iacobus unà cum suis omnibus vxoribus. Mala sunt gallinacei ovi vitello similia & colore tanquam aurea.* Hæc ille.

Nostro-

Nostrorum autem Agyrtarum imposturas, quas circumferunt, detexit Matthiol. in Dioscor. lib. 4. 71. ita scribens: *Vanum ac fabulosum est, quod mandragoræ radices ferant, quæ humanam effigiem repræsentent, ut ignarum vulgus & simplices mulierculæ certò credunt & affirmant: quibus etiam persuasum est, eas effodi haud quaquam posse nisi cum magno vitæ periculo, cane qui effodiat radicibus adalligato & auribus pice obturatis, ne radicis clamorem audiant effodientes, quod audita voce periclitentur, pereantque fossores. Quippe radices illæ, quæ humanam formam referunt, quas impostores ac nebulones quidam venales circumferunt, infœcundas mulieres decepturi, factitiæ sunt ex harundinum, bryoniæ aliarumque plantarum radicibus. Sculpunt enim in his adhuc virentibus tam virorum quàm mulierum formas, infixis hordei & milij granis ijs in locis, ubi pilos exoriri volunt: deinde facta scrobe tamdiu tenui fabulo obruunt, quousque grana illa radices emittant: id quod fiet viginti ad summum dierum spatio. Eruunt eas demum & adnatas è granis radices acutissimo cultello scindunt, aptantque ita, ut capillos, barbam & cæteros corporis pilos referant.* Hæc ille. Curiosè & plene de Mandragora doctiss. Matth. Martin. in Lexico Philologico. De דוֹד & דּוּדִים, i.e. amores, dilecti, amici, ubera, &c. vidimus suprà in Dodanim num. CCXXXI.

CCCLVII.

תְּרָפִים Teraphim,

Genes. 13. 19.

NOmen est pluralis apud Hebræos numeri tantum. Radicem non habet ordinariam: ex quo peregrinum esse colligunt ipsi Hebræi. Vulgata versio per idola, Iunius per *Deos penates* exponit, consen-

sentiens cum San. Pagnino, qui talia hæc fuisse simulachra ex Rabbinis docet, quæ in domibus asservata & culta responsum dederint, erecta nimirum sub certa cœli constellatione, ex qua virtutem hauserint scilicet, & influentiarum capacia facta sint. Longa est insania, longæ ambages. Consule interpretes, & inprimis Seldenium de Dijs Syris cap.2.pag.17. Habuisse hominis effigiem colligi potest ex 1. Sam. 19.13. Reducitur ad R. רָפָה *remisit, sivit, missum fecit*: eò quod ex domibus, quibus tales adscriptæ & destinatæ erant imagines, non dimitterentur, nec aliò transferrentur. Iud. 18.v.24. 25. Vel potius ad R. רָפָא *sanauit*: quod sanitatem & prosperitatem domui & eius habitatoribus afferre crederentur: de qua in Riphat, num. CCXXVI. Certè תְּרוּפָא Chaldæis est θεραπεία, *sanatio, medicina*. Quò si respicimus, ambagiosâ nullâ hariolatione opus esse arbitror: ut quid fuerint Teraphim intelligamus: cum *Amuletorum* anilis superstitio plus satis hodieque frequentata sit.

CCCLVIII.

דְּבוֹרָה Debora. Deborah. Debora. Δεβώρρα. Δεβόρρα.

Gen. 35. 8.

DEbora notat *verbum, rem, negotium*: quod Hebræis est דָּבָר latissimâ significatione. Inter דָּבָר & אֲמַר hoc ponunt Grammatici discrimen, quod illud nunquam absolutè ponatur, sed semper ad aliquid referatur: hoc verò ipsam loquendi facultatem, quæ hominis propria est, notet. Hinc est antiquum verbum döberen/& nomen gedöber/quod usurpamus de multitudine nugantium vel colloquentium inter se: qualem strepitum & susurrum

apes cum excitent inter operandum, ideo דְּבוֹרִים dicuntur: quod nomen idcirco ὀνομαλοπεποιημένον videri possit. דְּבוֹרָה est *apis* Esa. 7. 18. quo modo Debora etiam reddi potest. Nostrum wort nullam ex דָּבָר perdit literam. Porro verbum דָּבַב quoque significat *loqui*: Sed in malam partem frequentius capitur, & est *detrahere, infamem reddere*. Inde דֹּב ursus, à murmure: ut volunt: ex quo est βαβάζω, *inarticulatè loquor*, & βάβαξ, *nugator*. Si ר abscindis ex R. דָּבַר existet inde *far* & *fari*: & *verbum*. At à דֶּבֶר, i.e. *pestis* est nostrum sterben.

Ios. 10. 3. דְּבִיר *Debir*, oratorium, templum interius: sive verbum aut res.

Ios. 19. 12. דָּבְרָה *Dabera*, verbum, negotium.

2. Sam. 9. 4. לוֹדְבָר *Lodabar*, ipsi verbum.

Debaria. 4 Esr. 13. 45. Sermo Dei.

CCCLIX.

עֵדֶר Hheder. Eder. Heder. Eder.

Genes. 35. 21.

NOmen עֵדֶר *gregem* notat: quod etiam Vulgata versio exposuit. Rectius alij ceu proprium retinent. עָדַר est *colligere disponere, ordinare*: quod eorum qui greges alunt & curant est proprium. Germania hîc cum Palæstinâ concordat, nisi quod monosyllabum faciat herd/sive herde: sic paullo ante ex דָּבָר fecit wort: nimirum monosyllabicis dictionibus gaudet. Faciunt quoque huc *grex*: nam γ in g facile transit. Hirt/i.e. *pastor*: cuius est disponere gregem. ἀγείρω, *colligo*: unde ἀγύρτης, *agyrta*, ὁ ἀγείρων τὸν ὄχλον. Hesych. Quidam in vrbe Venetâ istius furfuris homo conscensâ mensâ in medio foro gladium quem manu tenebat ex vaginâ eductum ostentabat populo, identidem exclamans:

Questa la spada, i. e. *Hic est ille gladius.* Cum jam magnus populi concursus factus esset, de admirabili illo gladio toties totiesque cum magna vociferatione ostentato quid tandem futurum esset avidissimè expectantis audire, ibi ille furcifer: Et questa la vagia, inquit, i.e. *Et hæc est vagina.* Atque ita populum risu tantum non emorientem suis porro fabulis & lusibus demoratur. Sed vt originationi fidem faciam pleniorem & ἀγύρτας à congregando dictos meritò fuisse ostendam, en tibi aliud spurcius quidem, sed multò ingeniosius factum, quod Scaligeri verbis referam ex Ep. 34. ad Sen. Burdig. *Est Decurio à Bovisvilla vir probus sed humanarum rerum nequaquam prudens, adeo ut alienæ perversitatis fraudem effugere non potuerit. Adit ad impostorem: Ecquid, inquit, à me quantum velis accipis: modo mihi meam pristinam reddas valetudinem? Quid, inquit ille, tibi morbi est? Dolores, inquit, in utroque ventre non sine rugitu ijque penè perpetui atque antiqui. Catulos videor intus alere famelicos. Iste qui jam spe illius bona devorâsset, diu cunctabundus: Serpentes tibi in ventre esse nescis? Ad cuius fraudis denuntiationem ille pene concidit. Bono, inquit impostor, animo esto: crastino die sanus eris. Animo recepto divertit in domum impostoris. Interea planus ille colligit aliquot lacertos. Recipi jubet multa inepta, vt fraudi fidem faciat: quæ in clysterem immittat: inditur enema: educitur. Ibi homo vafer lacertos alios vivos, alios mortuos, quos in manibus habebat in pelvim injicit, statimque clamat, En quæ tibi monstra! Ille continuò pauere, stupere, interdum lacrymari, alias latari, id pro vero credere. Ita emunctus est aliquantâ pecuniâ. Nunc plus laborat ex metu, quàm ex morbo, ita ut vix apud se sit. Habes historiam testibus ipsis confirmatam, omnibus civibus detestabilem.* Hæc ille. Sed

Quid

Quid non colligerent fraudumque dolique magistri?
Porrò à עָרַר est *ordinare* ordenen/&ordo ordnung/ Gallicè *ordre*:& ὀρθόω, *dirigo*, ὀρθὸς, *rectus*.
1.Sam.18.18. עַרְרִיאֵל *Hhadriel*, grex Dei.

CCCLX.

אֲלִיפַז Eliphaz. Ἐλιφάζ. ἐλιφάς. Eliphas.

Gen, 36. 4.

ID est, *Dei mei aurum*, ab אֵל num.XLII. in Elohim: & פָּז *aurum optimum & purissimum*, à verbo פָּזַז, quod in Piel significat *viriliter agere*, se *fortificare*, *roborare*, *consolidari*, *confirmari*: quam verbi vim si attendis, Eliphas per *robur Dei* poteris exponere. Dicitur autem hoc aurum ideo à fortitudine, seu soliditate: quod auri generibus reliquis omnibus præemineat: ita ut igni non minuatur nec consumatur prorsus. Affine est verbo פָּזַז puzen/i.e. *purgare*: revera enim quodlibet aurum quantumvis impurum eò usque vi ignis in Athanore, ut loquuntur artifices, ab impuritate metalli adscititij perpurgari potest: ut fiat פָּז vel אוֹפָז vel obryzum, i.e. solidissimum: quod ad gradum puritatis altiorem adscendere nequeat: quale aurum igni non minuitur, sed magis magisque exsplendescit, si vel septies recoquas, ut dicitur Ps. 12. v. 7.

Apoc.21.19. Τοπάζιον à טוֹב & פָּז. aureo enim fulgore splendet hic lapis.

Alijs est à תָּפַשׂ apprehendere.

Ier.10.9. אוּפָז *Vphaz*, aurum optimum. Est nomen loci.

CCCLXI.

אָהֳלִיבָמָה Oholibama. Aholibama. Aholibamah. Ελιβαμά. ἐλιβᾶ. ὀλιβεμά. λιβεμά. Aḫalibama.

Geneſ. 36. 5.

IDeſt, *Tabernaculum ſeu tentorium meum excelſum.* Nomen אֹהֶל eſt *tabernaculum, tentorium.* R. אָהַל in Hiph. הֶאֱהִיל *tendere tabernaculum.* Hinc אֲהָלוֹת *aloe,* ἀλόη, *aloe*/forte quia odorem ſuum procul extendit. Ab אֹהֶל eſt *aula, aulæa* & αὐλή, αὐλαῖα, quibus aſſonat quodammodo noſtrum ſaahl. בָּמָה ſignificat *excelſum, ſacellum, altare:* quia in loco ſublimi ferè erigitur, & ipſum ſublime eſt: ex eo græcum deformatum habemus βωμός, *altare.* Inde & noſtra böhmen/ auffböhmen/i. e. *extollere, elevare.* Proprium extat

Num. 21. 19. בָּמוֹת *Bamoth*, altaria.

Exod. 31. 6. אָהֳלִיאָב *Oholiab*, pater tentorij.

1. Chron. 3. 19 אֹהֶל *Ohel*, tabernaculum.

Ezech. 23. 4. אָהֳלָה *Ohola*, tabernaculum, tentorium.

Ezech. 23. 4. אָהֳלִיבָה *Oholibah*, tabernaculum vel tentorium meum in eâ.

CCCLXII.

עֲנָה Hhana. Anah. Ἀνά. ἀνάν. ὠνά. ὠνάν. Ana.

Geneſ. 36. 24.

IDeſt, *reſpondens.* à עָנָה *reſpondere, loqui, teſtificari, clamare, canere, cantare:* item *affligere, depauperare,* &c. latiſſimè enim patet. Ad duo tamen ſignificata principalia

cipalia revocatur: nempe ut aut denotet unius ad alterum respectum, præcipuè in sermone aut colloquio: aut humilitatem & paupertatem insinuet. עֳנִי *afflictio.* עָנִי *pauper, humilis.* Hinc ἀνία, *afflictio.* Et ex priore significatione, γνώμη, *sententia* seu *responsum*: *nam* עָנָה est *considerate respondere*: itaque & νοέω & νοῦς huc referri possunt.

2. Sam. 4. 2. בַּעֲנָה *Bahhanah*, in responsione.

Iud. 5. 6. בֶּן־עֲנָה *Ben-hhanah*, filius responsionis.

Ios. 15. 59. בֵּית־עֲנוֹת *Beth-hhonot*, domus afflictionis.

Ios. 15. 50. עֲנִים *Hhanim*, respondentes.

Ios. 12. 22. תַּעֲנַךְ *Tahhanach*, humilians te.

1. Chron. 6. 60. עֲנָתוֹת *Hhanathot*, responsio.

2. Reg. 17. 31. עַנַמֶּלֶךְ *Hhanammelech*, responsio regis.

Num. 32. vers. 3. בְּעוֹן *Hebhon*, in afflictione vel loquela.

Matth. 21. 17. *Bethania*, בֵּית עַנְיָה domus pauperis vel afflicti.

1. Par. 6. 60. עָנֶם *Hhanem*, responsio eorum.

CCCLXIII.

צִבְעוֹן Tzibhhon, Sibon. Sebeon. σεβαγών. Σεβεγών. Zibeon.

Genes. 36. 2.

JD est, Stans iniquitas: à צָבַב quod in Niphal est *stare*, in Hiph. *statuere, collocare.* Nomen מַצָּב *statio* seu *præsidium militum*: מַצֵּבָה *statua, monumentum.* Cum his aliquam habet convenientiam stab/baculus cui innitimur, & *scipio* & stemmen/stehen: & ἵστημι, *sisto*, ἵσταμαι, *sto.*

1. Par. 11. 46. מִצֹּבָיָה *Metzobajah*, statio Domini.

Altera

Altera vox est עִוָּה *iniquitas, perversitas,* propriè *curuitas, declinatio*: à עָוָה *iniquè agere, perversum, curvum esse.* Eius synonymum est עָוַת *pervertere.* Potest huc trahi *curvus, cavus, cavea,* fach/*vacuus.*

Ios.18.23. עַוִּים *Hhavvim,* iniqui.

2.Reg.17.24. עַוָּה *Hhavah,* iniquitas.

Esr.8.14. עוּתַי *Hhutai,* perversitas.

Gen.36.36. עֲוִית *Hhavith,* iniqua perversa. Vide plura num. DLXX.

CCCLXIV.

יְהוֹשׁ Jehhusch. Jeus. Jehus. Ἰεούς. Ἰησοῦς. Ἰεούλ. Ἰησοῦς. Jeus.

Genes.36.5. al. 4.

JD est, *Tinea corrosus.* עָשׁ est *tinea*: unde עָשַׁשׁ, *rosit, erosit, arrosit.* hinc κὶς, κὸς, vermis in ligno: & ὁ Ζὴς ὁ τὸς *tinea.* Alludit nostrum naschen. Est & עָשׁ sidus septentrionale, quod *Vrsam, Arcturum, Caudam Arietis, Plejades* alij atque alij esse volunt. Vide Pinedam Comment. in Iob.c.9. vers.9. Rad. est יָעַשׁ *congregare.* Hoc modo יְעוּשׁ erit *collectus, congregatus*: ut intelligatur congeries illa stellarum seu septem Trionum, i.e. boum aratorum, ad plaustrum, ut vocant, pertinentium. *Triones* boves dicuntur, quasi teriones, quod simul juncti terram arent. Abblandiatur zu/zuschieben: quod de plaustris & carris propriè usurpatur. Vox est etiam celeusmatica

huſch.

CCCLXV.

CCCLXV.

קֹרַח Korach. Corah. Core. Κορέ. Korah.

Geneſ. 36. 5.

IDeſt, *Glacies, grando, gelu, canities*: à verbo קָרַח *depilare, decalvare caput.* קָרֵחַ *calvus*, קָרְחָה *calvities.* A calvitie ſenum, quæ cum canitie plerunque juncta eſt, ad glaciem fuit itum, quæ ſignificatur Hebræis voce קֶרַח: *gelu* quoque eodem ipſis venit nomine. Quadrat omninò graw/it. κρύος, *frigus*, κειρεύω, *tondeo*, κούρη, *tonſura*, κορσεὺς & κειρεύς, Kirſchner/der mit graw/werck vmbgehet/ κόρση, *crinis. Ciris*, i.e. alauda: *Ciris & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.* Sic Ovidius. *Cirrus*, i.e. intortus capillus, krauſe haar.

1. Par. 12. 6. קָרְחִים *Korchim*, calvi.

2. Reg. 25. 23. קָרֵחַ *Kareach*, calvus.

CCCLXVI.

תֵּימָן Teman. Theman. Theman. Θαιμάν. Θεμάν.

Gen. 36. 11.

IDeſt, *Meridies, & ventus Auſtralis*, à יָמִין *dextera*: V. ſupra in nomine Benjamin num. XLVIII. תֵּימָנָה cum ה locali eſt *verſus meridiem.* Tria ſunt huius plagæ nomina apud Hebræos: 1. נֶגֶב à ſiccitate & ardore. 2. דָּרוֹם à דָּר & רוֹם ab altitudine: quòd ibi Sol *habitet altè.* Vide num. 172. & 12. 3. תֵּימָן à ſitu vel relatione partium mundi ad hominem ſtantem: cuius facies converſa eſt ad Orientem.

1. Macc. 4. 15. *Iamnia*, dextera.

CCCLXVII.

CCCLXVII.

גַּעְתָּם Gahhtham. Gatham. γοθώμ. Γαθόμ. Gantham.

Geneſ.36.11.

ID eſt, *Mugitus eorum*: à גָּעָה *mugire*, גְּעִיָּה *mugitus*. Verba eſſe πποιημένα nemo ambigit, ſicut & *mugire* & noſtrum *Kuhe*: quas voces à vaccâ edi aures noſtræ judicare poſſunt. Inconditus iſte ſonus effecit, ut diverſæ linguæ diverſas aſſumſerint literas ad eius prolationem & ſcriptionem: ſicut in allatis dictionibus patet. Grammatici accentum quendam גְּעָיָה vocant, qui dictionibus adhibitus pronuntiando velut mugitum edit. Poteſt etiam præſens nomen decerpi ex verbo נָגַע i.e. *tangere, tangendo fatigare, lædere, percutere.* Vel à יָגַע *fatigari, laborare, laſſari*: quæ omnia facile ad convenientiam alicuius ſignificationis vicinæ trahi poſſunt.

CCCLXVIII.

תִּמְנַע Timnahh. Thimna. Thamna. Θάμνα Thimna.

Gen.36.12.

ET Concubinæ hoc in loco, & infra verſ.40. civitatis Idumæorum hoc eſt nomen, ſignificans *perfectam* ſeu *conſummatam commotionem*, à תָּמַם *perficere*: de quo ſupra in Vrim Tummim, numer.LXXII. נוּעַ eſt *movere* vel *moveri*. Vnde κινεῖν, *movere*: & *cunæ* ob reciprocam motitationem. A R. מָנַע per *prohibitionem* exponi poteſt. Vide num.DC.

Num.26.33. נֹעָה *Nohhah*, movens.

Ioſ.19.13. נְעָה *Nehhah*, movens.

Num.

Num.32.8. קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ *Kadesch-barneahh*, sanctitas filij instabilis.

Ios.19.28. נְעִיאֵל *Nehhiel*, motus Dei.

Iudith 2. 4. *Holophernes* כָּלְפַּרְנֵעַ, i. e. omnem taurum movens.

CCCLXIX.

שַׁמָּה Schamma. Samma. Sammah. Σαμά. σομέ. Samma.

*Genes.*36.13.

IDest, *Perditio, desolatio*, à שָׁמַם, cuius synonymum שָׁמַם *desolavit, perdidit*, it. *obstupuit, admiratus est*: quare per admirationem quoque potest exponi. שׁוֹמֵם *desertus & stupendus.* שַׁמָּה *desolatio, solitudo.* Ex hoc fluit σμύχω, *attero, absumo, gladio fame peste devasto*, schwechen / schmehen: it. ἐρημόω, *desolo*, ἐρήμωσις, *desolatio.*

Numer.33.49. בֵּית-הַיְשִׁמֹת *Beth-hajschimoth*, domus desolationis.

1.Sam.23.24. יְשִׁימוֹן *Ieschimon*, desolatio.

CCCLXX.

מִזְרֶה Mizza. Meza. Μοζέ. Misa.

*Gen.*36.13.

I.e. *Destillatio*, vel *adspersio*, aliàs מִזָּה: à verbo נָזָה *adspersit, effluxit, diffluxit.* Conveniunt nezen / einnezen / naß: & νίζω, νίζω, νίζομαι, *adspergo, lavo*: μεταννίζω, *refundo in aliud vas.*

Dan.1.3. אַשְׁפְּנַז *Aschpenez*, magus adspersus.

Esr.10.23. יִזְרִיָּה *Iizzrijah*, adspersio Domini,

CCCLXXI.

CCCLXXI.

אֵצֶר Etzer. Eſer. Aſer. Ἀσάρ, Ezer.

Gen.36. 21.

NOmen אוֹצָר notat *theſaurum, thecam, penum, cellam*, locum abſtruſum. ubi quid reponitur, ut aliquando depromatur. Hinc *acervus* & noſtrum ſchatz/& Σωρὸς, *acervus*, θησαυρὸς. αὐρὸς, *dives, abundans*. Quibuſdam θησαυρὸς eſt à Τίθημι εἰς αὔειον repono in craſtinum. Satis prope accedit etiam *ſervo, aſſervo*.

εἰ δὲ καὶ σμικρὸν ὀπὶ σμικρῷ καταθεῖο
καὶ θαμὰ δ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Adde parum parvo, parvo ſuperadde puſillum:
Idque frequenter agas, magnum cumulabis acervum.

Perſis theſaurus eſt גִּנְזָךְ, unde *Gaza* גִּנְזֵי theſauri. Vide DCCLXXV.

Dan.1.7. בֶּלְטְשַׁאצַּר *Belteſchatzar*, in occulto theſaurisans.

Ier.39.3. שַׂרְאֶצֶר *Saretzer*, princeps theſauri.

1.Chron.3.18. שְׁנְאַצַּר *Schenatzar*, eboris vel dentis theſaurus.

CCCLXXII.

אַיָּה Aijah. Ajah. Aja. Aja. Aïé. ἀϊά. ἀϊέ.

Gen.36. 24.

אַיָּה eſt *pica, milvius, vultur*: quod ferè conſentit cum noſtro weihe. אִי eſt *inſula*, Anglicè Ey. P. Bertius in Breviario Orbis: Ierſey & Gerneſey inſulæ ſunt Britannicæ: in quibus vocibus vltima ſyllaba ey inſulam ſignificat. Quidam hæc ita conciliant, quod ut avis in aëre, ſic inſulæ in aquis natare videantur.

Exod.

Exod.6.23. אִיתָמָר *Ithamar*, insula palmæ.
Num.26.30. אִיעֶזֶר *Ihhezer*, insula adjutorij.

CCCLXXIII.

חֶמְדָּן Chemdan. Hemdan. Hamdan. Hemdan. ἀμαδά.

Gen. 36.26.

ID est, *Desiderium, cupiditas, appetitio*: à חָמַד *desiderare, optare, concupiscere, utilia vel pretiosa expetere.* חֶמְדָּה *appetitus, desiderium*: sic & מַחֲמַד. Hinc θυμός, *animus*: θυμέω & ἐπιθυμέω, *desidero*. μήδομαι, *curo*. Muth/ anmuthen/ anmutig.

CCCLXXIV.

יִתְרָן Jithran. Ithran. Jethran. ἰεθδεάν. ἰθεάν. Ιεθεάν. Jethran.

Gen. 36. 26.

ID est, *Excellens*, qui Hebræis est יֶתֶר & יִתְר. à R. יָתַר *remanere, relinqui, exsuperare, supereſſe, excellere, exuberare, superabundare.* יֶתֶר *excellentia, dignitas*: it. *nervus, virga*, gerte/ rute. Assonant & יתר, יתרפ, i.e. *superior.*

Exod.3.1. יִתְרוֹ *Iithron*, Jethron, qui Mosi & universo populo erat in deserto oculorum loco. Num. 10. i.e. *excellens.*

1.Sam.22.20. אֲבִיתָר *Abiathar*, pater excellens.
Iudic.8.21. יֶתֶר *Iether*, excellentia.
Ios.15.48. יַתִּיר *Iattir*, excellens.
1.Par.25.4. הוֹתִיר *Hothir*, excellens.
2.Sam.3.5. יִתְרְעָם *Iithrehham*, excellentia populi.
2.Sam.17.25. יִתְרָא *Iithrah*, excellens.
2.Sam.23.38. יִתְרִי *Iithri*, excellens.

CCCLXXV.

כְּרָן Ceran. Charan. Cheran. Charan. χαρράν.

Geneſ.36.26.

ID eſt, *Quaſi cantans, vel ovans, vel clamans fortiter*, ſive hoc fiat ex lætitia, ſive in luctu. כ eſt nota ſimilitudinis. רָן eſt Benoni Kal, radicis רָנַן *clamare, cantare, lugere, præconiſare, orare.* Eius ſynonymum eſt רָנָה *ſonare, ſtrepere, clamare.* Hinc *Rana* coaxando ſatis vocalis & ſtrepera: cuius cantilena perpetua: βρεκεκεκὲξ, κοὰξ, κοὰξ: ut eſt apud Ariſtophanem. Et apud Ovid. de ruſticis in ranas mutatis:

Quamvis ſint ſub aquâ, ſub aquâ, maledicere tentant.

Virgil.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Græcis φρύνη eſt *rana*: ex quo eſt noſtrum Froſch.

2.Sam.24.17. אַרְוָנָה *Arvena*, canticum.

Num.21.13. אַרְנוֹן *Arnon*, exultans, clamans.

2.Sam.2.29. בִּתְרוֹן *Bithron*, domus cantici.

1.Chron.3.21. אַרְנָן *Arnan*, exultatio.

CCCLXXVI.

זַעֲוָן Zahhavan. Zaavan. Zavan. Saban. Ζαάμ.

Gen.36.27.

NOmen זַעֲוָה eſt *commotio & tremor*, planéque convenit cum Germanico zagheit / zaghafftigkeit / à R. זָעָה & זוּעַ zagen / *commovere ſe, contremere, concuti.* Sumitur duntaxat intranſitivè, prorſus ut noſtrum zagen. Eiuſdem ferè ſignificationis eſt apud Græcos ζεύω, & Latinos cieo:

CCCLXXVII.

CCCLXXVII.

עָכָן Hhakan. Acan. Achan. οὐκάμ.

Geneſ. 36. 27.

IDeſt, *anguſtia, coarctatio*, à R. עָכַ֫ק vel עָכַ֫ר *arctavit, anguſtavit.* עָקָה & מוּעָקָה *anguſtia, coarctatio.* Ipſo ſono ſe prodit Latina & Germanica harmonia in ängſten/*arctare, anguſtare*, ἀναγκάζειν, ἀνάγκη.

Numer. 33. 31. בְּנֵי־יַעֲקָן *Bene-Iahhakan*, filij anguſtiæ.

CCCLXXVIII.

בָּצְרָה Botzra. Boſrah. Boſra. Bazra. Βοσόρ. Βοσόρρα. Βόσερα.

Geneſ. 36. 33.

IDeſt, *Munitio*: item *vindemia*. R. בָּצַר *vindemiare, excidere, decerpere*, ut fit in vindemia. בָּצַר *munire, roborare.* מִבְצָר & בָּצְרוֹן *munitio, munimentum.* Dido circa annum mundi 3127. arcem Carthaginis condit, quam ſua lingua dicit *Botzram*, Gr. βύρσαν: unde fabulæ locus de corio bubalo, Æn. 1.

Mercatique ſolum facti de nomine byrſam:
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

A בָּצַר, quatenus ſignificat *decerpere*, eſt brechen/abbrechen; & *frango*: βρύζω, i. e. *dentibus comminuo.*

Deut. 4. 43. בֶּצֶר *Bezer*, munitio ſeu vindemia.

1. Maccab. 5. 26. *Botzra & Betzer*, munitio.

Gen. 36. 42. מִבְצָר *Mibzar*, munitio.

Baſſareus Βαζσαρεύς, *Bacchus*, dictus Deus vini & vindemiarum.

CCCLXXIX.

הֲדַד Hadad. Adad. Hadad. Ἀδάδ.

Gen.36.35.

NOmen הֵידָד est quod Græci propriè dicunt κέλευσμα *celeusma*: quod est clamor nautarum & aliorum: cum vno aliquid jubente omnes uniformiter respondent quasi se invicem jubentes. Hinc Martialis: *Lentos tingitis ad celeusma remos.* R. הָדַד non est in usu: potest ad eam trahi nostrum heten / heissen / & ὕδω, ἀείδω, *cano, laudo.*

1.Reg.11.14. הֲדַד & אֲדַר (nam per א & ה scribitur) i.e. *celeusma, clamor.*

1.Reg.15. בֶּן־הֲדַד *Ben-hadad*, filius clamoris.

Zach.12.11. הֲדַד רִמּוֹן *Hadad-rimmon*, celeusma mali granati.

CCCXXC.

בֶּדַד Bedad. Badad. Bedad. Βαεδάδ.

Genes.36.35.

NOmen adjectivum בָּדָד est *solus* tam masc. quàm fæm. generis. Cum ל deserviente לְבָדָד & לְבַד significat *tutò, solitariè, seorsim.* Hinc *viduus, vidua, viduo*, Witber / Witbe.

Esr.10.35. בְּדְיָה *Bedejah*, solus Deus.

CCCXXCI.

הֲדָר Hadar. Adar. Hadar. Ἀεδάδ. Ἀεδάθ.

Gen.36.39.

NOmen הָדָר & הֲדָר est *decor, pulchritudo, dignatio, ornatus.* R. הָדַר *ornare, decorare.* Hinc ἄδρος, *amplus,*

plus, magnus, abundans: adorea, i.e. gloria in militia rebus præclarè gestis parta: & *Hedera*, qua coronabantur, qui honorabantur. Nos hehr amplum & spectabile ac pretiosum dicimus.

2. Sam. 8. 3. הֲדַרְעֶזֶר *Hadarhhezer*, decor auxilij.

CCCXXCII.

שַׂמְלָה Samlah. Samla. Semla. Samla σαμαδά.

Gen. 36. 36.

ID est, *Sinistra*: à שְׂמֹאל, vel potius שְׂמָאל, i.e. *sinistra, læva*. שִׂמְלָה *vestis* propriè externa. Germanis hinc est schlim: Latinis *splen*, Ϛπλω, viscus in sinistro positū latere. Per inversionem ex Hebræo fit propemodum nostrum lincks/ mutato מ in נ euphoniæ gratiæ. Vide Salmah num. DCXV. תְּמוֹל est *heri*.

Esr. 2. 46. שַׁמְלַי *Schamlai*, sinister.

CCCXXCIII.

פַּעוּ Pahhu. Pau. Phau. Pagu. φογώρ.

Genes. 36. 39.

ID est, *sibilans*, à פָּעָה *sibilare*: quod viperarum cum sit proprium, inde *viperam* dici conjicimus. אֶפְעֶה *serpens, basiliscus, regulus*: unde ὄφις, i.e. *serpens*. Adsonant *fistulo*, φυϚάω, i.e. *inflo*, it. schischen/ vel ziischen/ pfischen. Apparet omnino פָּעָה ex natura ipsa expressum esse: nam פ litera diductione labiorum constat, ע rursus spiritus expulsionem vehementem requirit, cum apertione oris conjunctam. Referri huc quoq; debet βαύζω & *baubari*, quod canum est, à pau, vel bau/ bau. Nos peffen dicimus, i.e. *latrare*.

Exod. 1. 15. פּוּעָה *Puhha*, sibilans.

CCCXXCIV.

Tobias.

PLacet hîc nomen notissimum præfigere: ut per illud alia minus nota explicemus. In textu occurrit מְהֵיטַבְאֵל *Mehetabel*, quod perinde est ac si dicas: *Quàm bonus est DEVS*. Vt Græcis καλὸν est *bonum* & *pulchrum*, sic Hebræis טוֹב. Radix טוב in Hiphil. הֵטִיב *benefacere*: cuius synonymum est יָטַב *bonum, jucundum, pulchrum esse, disponere, dirigere*. Hinc Polonicum vulgò notum doberzi: & nostrum dapffer: & vetus Latinum *Topper*, i. e. alacriter. Sic Festus & Nævius exponunt. Si demas lit. ט, *bonus*, & si טוֹב retrorsum legas, *beatus* inde confieri potest. De מִי & מַה egimus in Michal num. CXVI. De אֵל *Deus fortis*, num. XLII.

Tobias. Tob. 1. 1. bonitas Dei.

2. Par. 17. 8. טוֹב אֲדוֹנִיָּה *Tob-adonijah*, bonus est Dominus Deus.

Num. 33. 33. יָטְבָתָה *Iotbatha*, bonitas eius.

Iud. 7. 22. טַבַּת *Tabbath*, bona vel bonitas.

Iud. 11. 13. טוֹב *Tob*, bonitas.

1. Sam. 14. 3. אֲחִיטוּב *Achitub*, frater bonitatis.

2. Sam. 10. 6. אִישׁ טוֹב *Isch tob*, vir bonus.

1. Reg. 15. 16. טַבְרִמּוֹן *Tabrimmon*, bonum malogranatum.

2. Reg. 21. 19. יָטְבָה *Iotbah*, benefaciens.

1. Macc. 5. 13. *Tob* nominatur regio Syriæ: & *Tobiani* Iudæi 2. Maccab. 12. 17. item *Tubin*: à טוֹב.

CCCXXCV.

מַטְרֵד Matred. Matred. ματρεδ.

Gen. 36. 39.

DEst, *Virga imperantis*: מַטֶּה est *virga* vel *baculus*: à נָטָה *tendit, extendit, expandit, inclinavit*: unde מִטָּה *le-*

ctus, super quem reclinatur homo, sicut baculo innititur. Ex his vocibus מַטֶּה & מַטֵּא grauis illa disputatio augeri potest de punctis textus Hebraici, an scilicet literis adjecta sint à Mose & Prophetis. Negantem sententiam constabilit & validè roborat collatio Ep. ad Hebr. ex cap. 11. 21. cum Gen. 47. v. ult. Hîc enim constanter omnes codices legunt מִטָּה *lectum*: at ibi ῥάβδῳ habetur, מַטֶּה seu *baculus*, ex Græcâ LXX. interpretum translatione. Ambagiosa est quæstio: quæ in has angustias se cogi non sinit. Videantur majorum gentium Theologi. Ex מַטֶּה est τείνω & *tendo*: τόνῳ, *tonus*; vocis sc. intensio. Altera R. est רוּד *dominari*: de qua in Arvadim, nu. CCLVII.

CCCXXCVI.

מִיזָהָב Mezahab. Me-zahab. Meza-ab. Mesahab. μαιζωάβ.

Genes. 36. 39.

IDest, *Aquæ auri*. מַיִם in regimine מֵי *aquæ*: non enim nisi in plurali vsurpatur: de quo in Hanamim, num. CCXLIV. זָהָב est *aurum*, & per translationem quicquid mundum ac purum est. Per metathesin inde formari potest hübsch: sicut & ipsum פָּז i.e. *aurum* obryzum seu purissimum ex זָהָב per conversionem fieri potest.

Deut. 1. 1. דִי זָהָב *Dizahab*, sufficientia auri.

CCCXXCVII.

מַגְדִּיאֵל Magdiel. Magdiel. μαγεδιήλ. *Gen.* 36. 43. *al.* 42.

IDest, *Annuntians* vel *evangelisans Deum*: ab אֵל Deus: de quo num. XLII. & verbo נָגַד in Hiphil הִגִּיד *annuntiare, indicare, coram referre*. inde נֶגֶד *coram*: ex quo per metathesin licet facere fund: nã ג in ד facilè

transit. Et propinqua sunt aliàs δεικνύω, δείκνυμι, i.e. ostendo, δάκτυλος, digitus, ἀφ' τὸ δείκνυειν: zeugen/zeigen/zeugnus. Cæterum מֶגֶד ex inusitata radice מָגַד rem quamlibet pretiosam ex fructibus, auro, argento, lapidibus pretiosis seu gemmis ac vestibus exprimit. Si de opibus capitur, per κειμήλιον rectè potest exponi: si de cibis; per *cupedias, delicias, suavitates.* Hinc μακτύαι & *mactea* apud Sueton. in Calig. capit. 38. vel *mactya* apud Martialem Epig. 59. *omne scitamentum, omnem cupediam, jucundumque & pretiosum edulium notat:* ut est apud Athenæum lib. 14. Et *macte* in sacrificijs frequentari solitum de re quavis exquisita rara & pretiosa seu digna sacrificio.

Ios. 12. 21. מְגִדּוֹ *Megiddo*, annuntiatio, evangelisatio.

CCCXXCVIII.

עִירָם Hhiram. Iran. Hiram. Iram.

Genes. 36. 43.

ID est, *Civitas eorum*: à עִיר *civitas*, ex עוּר *excitare, suscitare, evigilare*: quod convenit cum ἐγείρω. Sortita est ex hac radice nomen Civitas; quia excitata est muris, turribus, domibus. *Vrbs* non longè abit: quam tamen ab *urbo* seu aratro dictam volunt. עֵר est *magister*, qui discipulos excitat. Hinc ὄρω & ὀρέω, *excito, concito, incito.*

Num. 32. 34. עַרְעֵר *Hharobher*, vigilia vigiliæ: *myrice* vel *juniperus*: quæ est עַרְעָר Ier. 17. 6.

Num. 26. 36. עֵרָן *Hheran*, vigiliæ earum.

Num. 23. 32. פְּעוֹר *Pehhor*, os pellis: nam עוֹר est pellis: unde *corium* dictum est.

Num. 21. 15. עָר *Hhar*, suscitatio.

Gen.

Gen.46.16. עֶרִי *Hberi*, civitas.
Gen.38.6. עֵר *Her*, vigil, magister.
Ezech.25.9. עָרִים *Hharim*, civitates.
Ios.19.41. עִיר שֶׁמֶשׁ *Hhir schameſch*, civitas ſolis, Sonnenſtadt/ Sonnenburg.
2.Sam.20.26. עִירָא *Hhirah*, civitas.
1.Par.7.7. עִירִי *Hhiri*, vigil.

CCCXXCIX.

דֹּתָן Dothan. Dothan. δωθαείμ.

Geneſ.37.17.al.16.

HVnc locum ſuo etiamnum tempore ſuperfuiſſe in duodecimo à Sebaſte milliario ſcribit Hieronymus. Significat nomen דָּת *legem, ſtatutum, edictum, decretum, mandatum.* Sæpiſſimè occurrit in libro Eſteræ: unde Chaldaicum eſſe magis quàm Hebraicum ſunt qui opinantur. German. ſatzung huc pertinet, & *ſtatutum*, & τάξω, *ordino*, τάγμα, *ordo*: & νεθμὸς, *lex, ſtatutum, edictum.*

1.Par.8.16. יְדוּתוּן *Ieduthun*, legalis: vel confeſſionem ſive laudem dans. à יָדָה & נָתַן.
Num.16.1. דָּתָן *Dathan*, lex.
Iudith.3.13. *Dothajima*, ſtatutum.
1.Maccab.5.10. *Dathema*, legis impletio. à תָּמַם.
Mithridates מִיתְרִדָת *magnus legiſperitus*, à יִתֵּר.
Vide Jithran CCCLXXIV.

CCCXC.

פּוֹטִיפַר Potiphar, Phutiphar. Potiphar. πεντεφοῆ. πετεφρῆ.

Geneſ.37.36.al.35.

FErè coincidit hoc nomen cum Germanica expoſitione Fetter/ farr: פּוֹט enim ſicut fett *craſſum* & *pin-*

& *pingue* sonat: ut diximus supra, num. CCXXXII. פָּר est *juvencus*, ein farr/ut Lutherus reddidit: quod quidam reducunt ad radicem פָּרָה *fructificavit*, de qua vide Ephraim, num. LV. פּרה est *vacca*.

Esr. 4. 10. אסנפר *Asnaphar*, periculum vel infortunium tauri.

Num. 34. 25. פְּרְנַךְ *Parnac*, taurus percutiens.

Iudith 2. 4. כלפרנע *Colparneahh*, omnem taurum dispergens.

CCCXCI.

שׁוּעַ Schuahh. Sua. Suha. σαβά. σύμα.

Genes. 38. 2.

ID est, *Clamans*, à שׁוּעַ in Piel שִׁוַּע *clamare*: שַׁוְעָה *clamor*: unde κραυγή, *clamor*, κραυγάζω, *clamo*: & scaturigen: item *vagio*, demta primâ radicali.

1. Par. 7. 32. שׁוּעָה *Schuhha*, clamans.

Ezech. 23. 23. שׁוֹעַ *Schoahh*, nobiles: sic Vulgata versio exposuit. Alij *per divitias* exponunt: & esse peregrinum arbitrantur.

CCCXCII.

שֶׁלַח Schelah. Sela. Selah. Sela. σηλώμ.

Genes. 38. 5.

VErbum שָׁלָה est *pacificare*, *pacificum*, *felicem*, *fortunatum*, *salvum* esse, *quiescere*, *oblivisci*. שָׁלֵו *pacificus*: שַׁלְוָה & שַׁלְוָה *salus*, *quies*, *tranquillitas*. Hinc omnino est, *salus*, *salvo*, *salvator*. Affine est צָלַח *prosperari*, *felicem esse*: unde nostrum schlig.

Gen. 49. 10. שִׁילֹה *Schilo*, felix, pacificus.

Ios. 18. 1. שִׁלֹה *Schilo*, pax, abundantia. 1. Reg.

1.Reg.11.29. שִׁילוֹנִי *Schiloni*, tranquillus.
Silas. Act. 15.27. ſalvus.

CCCXCIII.

אָסְנַת Aſenath. Aſeneth. Aſnat. Aſenath. ἀσενέθ.

Geneſ. 41.45.

NOmen אָסְנַת notat *periculum*, *infortunium* ſive ipſam etiam mortem. Gen.42.4. & 38. Et c.44. 29.Exod.21.22. Hinc ἄϱσα, *parca*, *fatum*: ἀΐσιμος, *mortalis*, σῖνος, *noxa*, σίνω, σινόω, *noceo*, σιναρὸς, *noxius*. νῆσα, *calamitas*, *ſtrages* ἄση, *moleſtia*. Lat. *ſiniſter*. Ex אָסְנַת tranſpoſitis literis fit שָׂנְאָה *odio habere*. R. אָסַן nō eſt in uſu.
Eſr.2.50. אַסְנָת *Aſnath*, periculum, infortunium.
Eſr.4.10. אָסְנַפַּר *Aſenaphar*, periculum tauri.

CCCXCIV.

פּוֹטִי־פַרַע Potipherahh. Poti-pera. Potiphera.

Geneſ. 41. 45.

EX ſcriptione huius nominis ſatis apparet diverſum hunc fuiſſe ab illo Potiphare, de quo modò egimus num.cccxc. cui in ſervitutē addictus & venditus fuit primum Ioſephus: & cuius uxoris maleficio innocens adoleſcens in vincula fuit compactus. Quare perplexatur Torniellus & nodum in ſcirpo quærit, dum diſquirit, ſintne duo. Res perſpicua eſt ijs qui Hebraicè ſciunt. Ioſephi ſocer eſt *Potiphera*: qui Ioſephū emit eſt *Potiphar*. hic erat Saris סָרִיס, quæ vox nō tantū *Eunuchū*, ſed quēvis aulicū ſignificat: de qua n.DCXXCIX. ille erat Cohēl כֹּהֵן Sacerdos vel prefectus Heliopoleos. Dubitationis anſam ingerit Vulgata: q̄ hęc nomina, pmiſcuè habet, ſed p-

peram.

peram. An enim adulteræ & maleficæ matris filiam duceret Ioſephus caſtiſſimus? an ſocerum adſciſceret herum tam infelici conjugio infamem? adde etiam iniquum erga ſervum obſequentiſſimum. Obſervavit hoc ipſe Lyra: qui etiam vulgarem errorem meritò caſtigat. Sonat פּוֹטִיפַרַע eum, qui pinguedinem diſſipat vel denudat, vel ſolvit: à פּוֹט, de quo vide CCXXX. in nomine Put; & פַּרַע in Pharao, num. LII.

CCCXCV.

פַּלּוּא Pallu, Phallu. Pallu. φαλλύς. φαλλός. φαλλού.

Gen. 46. 9.

ID eſt, *Mirabilis* vel *occultus*. R. פָּלָא *mirificare, mirabile eſſe, difficile, abſconditum, ſeparatum, abditum, arduum eſſe*, quod homines haud facile aſſequantur, & quod humanum captum & communem naturæ curſum excedat. Toar eſt, פְּלִאי & פְּלֵא *mirabilis, arcanus, occultus*: פֶּלֶא *miraculum, abſconditum, arcanum*. Pallada hinc aliqui dictam arbitrantur, quaſi obſcuritatis naturæ ſcrutatricem ſignificet. *Aſphaltidem* quoque mirabilem illum lacum, ubi Sodoma fuit, ſtagnantem ſulphure & bitumine & favillas eructantem, ex eadem originatione poſſis deflectere: ut ſit vox compoſita ex אֵשׁ ignis & פֶּלֶא mirabilis: qualis profecto eſt hic lacus, ſeu mare mortuum. Græcis θαυμάσιος & θαυμαστός eſt *prodigioſus*.

1. Par. 15. 18. אֱלִיפֶלְהוּ *Eliphelehu*, Deus mirabilis.

1. Chron. 3. 24. פְּלָיָה *Pelajah*, miraculum Domini.

2. Reg. 15. 29. תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר *Tiglath-pileſer*: captivitatem miraculoſam abſtulit.

CCCXCVI.

CCCXCVI.

כַּרְמִי Carmi. Charmi. Charmi. χαρμὴ. χαρμί.

Geneſ. 46. 9.

NOmen כֶּרֶם eſt *vinea*, pl. כְּרָמִים *vineæ*. כַּרְמִים autem ſunt *vinitores*. Hinc *corymbi*, κόρυμβοι: quã vocem quidam propriè notare volunt uvas hederarum: ſed revera communior eſt, & fructus quoque chryſocomæ ſive chryſitis herbæ deſignat, ut confirmat Plin. lib. 2. c. 4. Κάρμα, *muſtum*.

Neh. 3. 14. בֵּית הַכֶּרֶם *Beth-haccerem*, domus vineæ.

Ioſ. 12. 22. כַּרְמֶל *Carmel*, circumciſio vineæ.

4. Eſr. 15. 30. Carmanij כַּרְמִים vinitores.

CCCXCVII.

חֲמוּל Chamul. Hamul. Amul. ἰεμιὴλ.

Geneſ. 46. 12.

IDeſt, *Pius, miſericors*: à R. חָמַל *parcere, affectu ſeu commiſeratione duci*. חֶמְלָה indulgentia. Deſcendunt hinc *mollio, emollio, mollis*: & noſtra mild / mildern / & Græca μαλακὸς, ἁμαλὸς, *mollis*, μαλάσσω & μειλίσσω, *demulceo, mollio*.

CCCXCVIII.

תּוֹלַע Tolahh. Thola. Thola. θωλά.

Geneſ. 46. 13.

ALiàs תּוֹלָעַת eſt *vermiculus coccineus*, & *color ille, qui vulgò carmeſinus dicitur*, Gallice *Cramoyſi*, nobis ſcharlach: quod vocabulum aliquo modo accedit

cedit ad græcum κωλήκιον, *vermiculus*. Si ת in ס mutaretur, & cum adspiratione pronuntiaretur, satis prope abesset scharlach à תּוֹלַע, i.e. coccinum. Rei ipsius origo hæc est: *Grana collecta in areis collocantur & quotidie rigantur per aliquod tempus: post hanc rigationem vertuntur in vermiculos: quorum in tingendis lanis usus est.* תּוֹלַעַת & תּוֹלָעָה est *vermis*. Psal. 22. 7. Esa. 41. 14. Ion. 4. 7. Hinc forte est *luteus*: & λύθρον, *cruor*, λυθρώδης, *cruentus*, λυθρόω, *cruento*.

CCCXCIX.

פּוּוָה Puvva. Puva. Phua. Phua. Φθά.

Genes. 46. 13.

AR. Mont. per adverbium loci exponit. פֹּה est *hîc* vel *huc*: geminatum significat *huc illuc*: *hinc illinc*. Sunt qui reducant hoc adverbium ad פָּנָה *respicere*: eò quod loci respectum indicet. Potest etiam per *os, ris* exponi, vel per *oratorem*, à פֶּה *os*: de quo in Pichol, num. CXVII.

CCCC.

יַחְלְאֵל Jachleel. Jahleel. Jahelel. Jahleel αἰηλ. ἀχοήλ.

Gen. 46. 14.

ID est, *Exspectatio Dei*, à יָחַל *exspectare, sperare, desiderare, incipere, sustinere*, & quidem anxiè calideque. תּוֹחֶלֶת *exspectatio*. Consonat nostrum verlangen: & ἱμείρομαι, *cupio, vehementer desidero*. De אֵל Deus, numer. XLII.

Ios. 15. 58. חַלְחוּל *Chalchul*, principium doloris.

CCCCI.

CCCCI.

חַגַּי Chaggi. Aggi. Haggi. Aggi. ἀγγίς.

Geneſ.46.16.

ID eſt, *Feſtivus, ſolennis, tripudians*, à verbo חָגַג *ſubſilire, ſaltare, cum tripudio ire, diem feſtum agere.* חַג eſt *ſolennitas diei feſti*: & metonymicè *pecus vel hoſtia feſto diei conſecrata, & ſolenniter immolata.* Ex hoc fonte nomen ſuum habet Haggæus Propheta, dictus quaſi ἑορτάζων. Ab חַג & חָגַג ſunt ἅγιος, *ſanctus*, ἁγιάζειν, *ſanctificare*: item εὐωχέω, *publico conuiuio excipio, epulare feſtum celebro.* Et noſtrum Hochzeit. Ἅγιος ſolenne nomen Gentilium erat, quo rem quamque religioſâ veneratione dignâ exprimebant.

Ioſ.15.6. בֵּית חָגְלָה *Beth chogla*, domus feſtivitatis.

Num.26.33. חָגְלָה *Chogla*, feſtivitas eius.

Eſr.5.1. חַגַּי *Chaggi*, feſtum, ſolennitas.

Act.11.28. *Agabus*, feſtivus.

2.Sam.3.4. חַגִּית *Chaggith*, feſtiva.

CCCCII.

שׁוּנִי Schuni. Suni. Suni. σαννίς. σαυνίς.

Gen.46.16.

ID eſt, *Dormiens.* à יָשַׁן *dormire, veteraſcere*: in quâ poſteriore ſignificatione maximam habet cognationem cum שָׁנָה *mutari*: de quo numer.ccxcviii. Ad יָשַׁן *dormivit*, referri poteſt ſanfft: dicimus enim ſanfft ruhen: ut & νυστάζω, *dormito*: & κνώζω, *dormio*. Et quia יָשַׁן etiam ſignificat *veteraſcere*, inde *ſenex, ſenium, ſeneſco* oriri potuerunt.

2.Par.

2.Par.13.19. יְשָׁנָה *Ieschanah*, dormiens.

Ios.19.18. שׁוּנֵם *Schunem*, dormitatio eorum.

2.Sam.23.32. יָשֵׁן *Iaschen*, dormiens.

1.Reg.1.3. שׁוּנַמִּית *Schunammitis*, dormiens: vel iteratio dormitionis, à שָׁנָה & נוּם.

CCCCIII.

אֶצְבֹן Hetzbon. Esebon. Ezbon.

Θαζοβάν. *Genes.*46.16.

ID est, *Festinatio intelligentis*. Radix prior est אוץ *festinare, accelerare, urgere*: item *arctare, instare, in angustias cogere*. Hinc הֲצָה, i.e. *instare feris*: cine haze/venatio, quæ agitatione & insectatione ferarum, præsertim leporum constat. Assonat ὠκὺς, i.e. *velox*: & ὀξὺς, & Ζωεύδω, *festino*.

1.Chron.2.15. אֶצֶם *Otzam*, festinatio eorum.

Posterior Radix est בִּי׳ *intelligere*: בִּינָה *intelligentia*. Inde est φαινύω, *moneo, sapere facio*, πέπνυμαι, *sapio*, φαινοῖς *intelligentia*: & Lat. *opinio*, wahn: fortasse etiam biene apis ob intelligentiam in favis construendis & mellificando. Inter בִּינָה & חָכְמָה idem ferè discriminis faciunt Hebræi, quod Philosophi inter νοῦν & ἐπιστήμην. חָכְמָה inquiunt est, ubi res luce quadam mentis certò cognoscuntur: בִּינָה locum habet, ubi res ex rebus colliguntur, & vnum ex altero deducitur.

Num.21.30. דִּיבוֹן *Dibon*, abundantia vel sufficientia intelligentiæ, à דִּי׳ num.CCCCXL.

Ios.11.1. יָבִין *Iabin*, intelligens.

2.Sam.23.31. אֲבִיעַלְבוֹן *Abihhalbon*, pater superintelligens.

2.Sam.23.32. שַׁעַלְבֹנִי *Schahhalboni*, vulpis intellectus.

2. Reg.

2.Reg.18.18. שֶׁבְנָה *Schebnah*, qui intelligit.
1.Chron.2.29. אַחְבָּן *Achban*; frater intelligens; verſtendiger bruder.

CCCCIV.

בֶּכֶר Becher. Becor. Becer. Becher.

χοβόρ. βοχόρ. βοχώρ.

Geneſ.46.21.al.22.

NOmen בְּכוֹר eſt *primogenitus*: בְּכֹרָה *primogenitura*. Quia nomẽ hoc primogenitis pecorum quoque tribuitur, & de oblatione eorundem accipitur, Latinum *pecus* inde deduci poſſe arbitramur. Alludit πρόπρ& prior, & vorder/fürder/ fürderſt.

1.Sam.9.1. בְּכוֹרָה *Bechora*, primogenitura.
2.Sam.20.1. בִּכְרִי *Bichri*, primogenitus.

CCCCV.

אֶחִי Echi. Ehi. Ehi. εἰγχείμ. ἀγχίς.

Geneſ.46.21.

IDeſt, Frater meus. אָח *frater*: אָחוֹת *ſoror*: אַחֲוָה *fraternitas*. Quidam huc arceſſunt ôhm/ oheimb. אָח eſt etiam *arula*, *receptaculum ignis*: unde ἀγμὴ focus. Significat etiam *Heu*: unde noſtrum ach)/& εὖγε, *euge*. Interdum אָח eſt אֶחָד *unus*: de quo in Iachdai DCCIX.

2.Sam.15.12. אֲחִיתֹפֶל *Achitophel*, frater inſulſitatis.
Eſr.6.2. אֲחְמְתָא *Ecbatana*: frater mortalium, à מָתִים.
Num.1.12. אֲחִיעֶזֶר *Achihhezer*, frater meus auxiliator.
Num.1.15. אֲחִירַע *Achirahh*, fratris mei amicus.
Num.13.23. אֲחִימָן *Achiman*, frater dexteræ.

Iud.1.31. אַחְלָב *Achlab*, frater cordis.
1.Sam.14.3. אֲחִיָּה *Achijah*, frater Domini.
2.Sam.6.3. אַחְיוֹ *Achjo*, frater eius.
אַחְיָן *Achjan*, frater vini. Weinbruder.
2.Reg.18. יוֹאָח *Ioach*, fraternitas.
4.Esr.13.45. *Echanus*, frater gratiosus.
Tob.1.24. *Achikar*, frater pretiosus.
Iudith.5.5. *Achior*, fratris lumen.
1.Sam.14.3. אֲחִיטוּב *Achitub*, frater bonitatis.
1.Par.24.3. אֲחִימֶלֶךְ *Achimelech*, frater regis.
1.Sam.14.50. אֲחִינֹעַם *Achinohham*, fratris pulchritudo.
1.Paral.4.2. אֲחוּמַי *Achumai*, frater aquarum: vel pratum aquarum. ab אָחוּ ex eadem R. quod germinetum vel pratum notat.

CCCCVI.

ראש Rosch. Ros. Ros. ῥώς.

Genes.46.21.

JD est, *caput*: item *Dux*, *Princeps*: ut כֹּהֵן הָרֹאשׁ *summus Sacerdos*. Hinc nomen accepit litera Resch: cuius figura capitis humani formam quodammodo imitatur. Vox prima, quæ libros Mosaicos orditur est בְּרֵאשִׁית, i. e. *in principio*: à qua etiam ipse liber primus, qui Græcis *Genesis* dicitur, nomen est sortitus: ut Hebræis dicatur Bereschith. Syris ἄνωθεν est מִן דְּרִישׁ *de novo*, *denuò*: inde fortasse, servata etiam capitis voce, Gallicum illud est *derechef*, quasi recapitationem sive reinitiationem dicas; id est reditum ad suum caput & initium: quoniam videlicet in Christo restauratur homo ad amissam imaginem, in qua ab initio fuit conditus: quo etiam

verbum

verbū ἀνακεφαλαιοῦσθαι fortassis spectat Eph.1.v.10. Hęc Beza in Notis ad locum Ioh.3.3. & 7. ubi regeneratio per phrasin γεννηθῶσι ἄνωθεν, à Christo exponitur. Hodie apud nostros Saxones Land Rossen dicuntur *Toparchæ*, i. e. Capita provinciæ, à רָאשִׁים capita. Alludunt etiam Germanica *Rostrum* & rüssel.

Esræ 4.2. אַחַשְׁוֵרוֹשׁ *Achaschveroschֿ*, seu *Ahasverus*, i.e. princeps & caput. Achasch teste Herodo bellicosum significat, ut observavit Capellus in Historia ad an. Mundi 3479. Idem ad an.3638. exponit אַחַשׁ per κλινικὸν, ἄρχοντα, ἅμβεμον. Buxtorffius Persicam vocem esse judicat, eamque per *Satrapam* reddit in Lexico Chaldaico.

Ios.15.44. מָרֵאשָׁה *Mareschah*, à capite vel à principio: fortasse hinc est Maresechal.

CCCCVII.

חֻפִּים Chuppim. Hophim. Huppim Ophim. Huppim. ὀφειμεῖμ. ὀφιμίν. Genes.46.21.

VErbum חָפָה est *tegere, operire, celare, velare*, præsertim ignominæ caussa: ut Hamani factum. Esth. 7.8. quē cū ad suspendium Regis iracundi oculi destinâssent, חָפוּ *operuerunt* ministri faciem eius. Idem Romanis mos fuit, ut illa Tullij & Livij verba testantur: *Vade lictor, colligā manus, caput obnubito, infelici arbori suspendito.* Horat. Sat.3.l.2.v.37. *Cum vellem mittere operto Me capite in flumen:* ἐγκαλυψάμενος: ut solebant morti addicti, aut eam sibi conscituri. Sic Anaxagoras voluit mori: sic necat⁹ est Cęsar & Pōpejus: Sic obnubi caput Horatio tergemino victori de

Albanis jussum. Xylander Commentar. in Horat. חֻפָּה est *thalamus conjugalis*: quòd operta esse deceat, quæ ibi fiunt. חוֹף *litus, portus.* Faciunt huc Græca ὀπαῖον *operculum ollæ*, quo olla tegitur: κοφίνῳ *corbis operculo clausus vel tectus.* πωμάζω & Ϛεπάω, *tego operculo*, πῶμα, *operculum.* Adproximat etiam Cavus & fober: inprimis Cappa Italorum, & nostrum kappe/ harꝛ, kappe.

Num. 26. 39. חוּפָם *Chupham*, tegmen vel portus vel thalamus eorum.

1. Reg. 11. 20. תַּחְפְּנֵיס *Tachpenes*, occulta fuga.

Ier. 2. 16. תַּחְפַּנְחֵס *Tachpanches*, operimentum confidentiæ.

Ier. 44. 30. חָפְרַע *Chophrahh*, operimentum iniqui: schalcksdecke.

1. Par. 24. 13. חֻפָּה *Chuppah*, thalamus.

CCCCVIII.

גּוּנִי Guni. Guni. γωυνί. γωνί.

Geneſ. 46. 24.

IDest, *Protegens*, à גָּנַן *protegere, abſcondere, concludere ſepto, muniendi cauſſa.* מָגֵן *clypeus*, it. *protector. Magnates* מָגְנֵי אֶרֶץ dicuntur Pſ. 47. 10. i. e. *ſcuta terræ*: גַּן *hortum munitum* ſignificat: unde γάνος, i. e. *lætitia, amænitas, voluptas.* גִּנְאַי *crater*: quod circumſeptus ſit coronâ. Cognatum eſt מָגַן *tradere.*

Ioſ. 15. 34. עֵין גַּנִּים *Hhen-gannim*, i. e. fons hortorum.

Eſa. 20. 1. סַרְגוֹן *Sargon*, auferens protectionem.

Neh. 10. 6. גִּנְּתוֹן *Ginnethon*, hortus.

1. Reg. 16. 21. גִּינַת *Ginath*, hortus.

Matth. 14. 34. *Genneſaréth*, hortus principis: mare hoc dicitur Num. 34. 11. יָם-כִּנֶּרֶת: de quo numer.

CCCCIX.

יֵצֶר Jetzer. Jeser. Jeser. Gezer. ἰσσάχαρ. ἰσσααρ.

Gen. 46. 44.

ID est, *figmentum*, *plasma*, à יָצַר *formavit, cogitavit, operatus est, fecit, finxit, formavit ex luto*: it. *arctavit, strinxit.* יוֹצֵר *plastes, formator.* יֵצֶר *desiderium, cogitatio cordis humani, propensio, natura, indoles, imaginatio*, &c. latissimè enim patet. Ad primam eamque propriam Radicis significationem appropinquant κεράννυμι, *misceo, tempero*, κεκραμένων, *fingo, formo figuras in argilla*, κέκραμεὺς, *figulus*; κηρὸς, *cera*: κηρόω, *cera obduco*: unde *primicerius* Notarius Principis aliis præcellens honore & loco; quasi in primâ cerâ scriptus. Latiore posteà significatione *Primicerius* dici consuevit, qui in quolibet ordine sive Ecclesiastico sive Politico primus est ordine & dignitate.

CCCCX.

שִׁילֹה Schiloh. Siloh.

Genes. 49. 10.

QVam variæ sint huius nominis interpretationes, nemo θεολογώτων ignorat; nobis in illud pelagus discrepantium opinionum vela tendere non libet, sed sententias diversorum diversas breviter attingere. Aut ergo שִׁילֹה *filium eius* notat, sicut reddiderunt Tremellius & Iunius; seu *secundas eius*, hoc est Christum; ut Chaldæa paraphrasis utraque, & interpretes Hebræi ferè omnes consentiunt: est enim metonymia rei continentis pro contentâ. שִׁיל id est בֵּן *filius*, inquit R. David, & שִׁלְיָה *secundi-*

secundina. Quidam affixum fœminini generis in voce שִׁילֹה ad Virginem referunt: quod ex ea Christus sine virili semine esset nasciturus. Alij Schiloh *felicem* esse volunt seu *fortunatum*, sc. Messiam: quippe cui omnia adversus Diabolum & mundum prosperè essent cessura. Vide num. cccxcii. in Schela. Perperam Vetus interpres reddidit: *qui mittendus est*: quasi esset שִׁלֹּחַ à שָׁלַח *mittere*. Longè abeunt qui שִׁילֹה cum שֶׁלּוֹ conferunt, q.d. *cuius sunt omnia*. Primam originationem tantâ testium nube roboratam veram esse statuimus. Plurimas aliorum conjecturas congessit in Lexicō Etymolog. Matth. Martinius: ubi etiam infelicium Rabbinorum, φρεβλότητα castigat, locum hunc variè torquentium in suam ipsorum perniciem.

Ios. 18. 1. שִׁלֹה *Schilo*: vrbs æditima, tabernaculi & Arcæ mysticæ custos: ut in assignato habetur loco.

CCCCXI.

אָטָד Atad. Atad. ἀτάδ.

Genes. 50. 10.

SVnt qui Atad viri nomen hoc loco esse existimant, ab areâ sic nuncupatum, ad quam venisse memorantur lugentes Jacobum. Sed probabilius videtur, inquit Cevallerius in Thesauro, hanc aream à rhamnis, quibus esset circumsepta, sic fuisse appellatam: est enim אָטָד genus *spinæ vel cardui*, quod *rhamnum* appellat Hieronymus: asperrimum quidem aculeis: sed flore gratissimum. Rei herbariæ scriptores tradunt, rhamnum hodieque Afris vocari *Atadim*. Dioscorides habet ἀτάδιμ. Tremellius vertit Cynosbatum. Quadrant huc Græca

οὐλάω & οὐλόω, *vulnero*, ἀλάω, *lædo*: *dumus* item & dorn/ ut τρίβολος, *tribulus*. Consule Nicol. Fullerum de אָטָד & דַּרְדַּר cap. 1. lib. 6. Miscellan. ex quo est dorn. Guichardus ab אָטָד *tædam* dictam esse speciosis rationibus docere nititur.

CCCCXII.

מָכִיר Machir. Macir. Machir. μαχείρ.

Genes. 50. 23.

ID est, *Vendens*. Conspirant hîc linguæ מָכַר marck/ten/mercari. Cognatum est מְחִיר pretium. Impositum hoc fuit nomen filio Manassis procul dubio ob venditionem Iosephi avi. מֶכֶר est mercimonium, mercatura. Faciunt huc *merx*, *cis*, kram/ *Mercurius* Deus mercatorum; *mercenarius*, *merces*, &c. מְכֵרָה exponitur per *gladium*: unde μάχαιρα, *machæra*: & nostrum messer.

Act. 14. 12. *Mercurius*, à mercando.

2. Maccab. 10. 12. *Macron*, quod est cognómentum Ptolemæi per opprobrium ei impositum: significat enim *venditorem*.

CCCCXIII.

שִׁפְרָה Schiphra. Siphrah. Sephora. Siphra. σεπφόρα. σεφώρα.

Exod. 1. 15.

ID est, *Pulchra*, *decora*, à שָׁפַר *pulchrum & decorum esse*, *pulchrescere*: in Piel *ornare*. שֶׁפֶר *pulchritudo*. שׁוֹפָר tuba vel buccina, Gall. *clairon*, German. clarin/ à pulchritudine vel perspicuitate dicta. Hinc sauber: & σφαῖρα, *sphæra*: nam שֶׁפֶר *rotunditatem* includit; rotunda enim figura nihil speciosius:

ciosius : unde etiam ipse Sapiens & vir honestus *Totus teres atque rotundus* dicitur.

Num.33.23. שַׁפֶר *Schapher*, pulchritudo.

CCCCXIV.

צִפֹּרָה Tzippora. Sipporáh. Sephora. Zipora. σεμφόρα.

Exod.2.v.21.

IDest, Avis aut passer. Passeris nomen catholicum est, ex ipso vocis passerinæ sonitu desumtum, צִפּוֹר, i.e. *passer*, ϛάρϴ, Sperling/ pullorum pipientium vocē egregiè æmulatur: quæ nobis est tschirp/ tschierp. Radicem צָפַר per *maturare* exponunt Grāmatici, & etymi rationem ad passerem transferentes ideò à maturitate eum dici ajunt, quod statim ex ovo excluſus secum plumas ungueſque producat. Sed nostra de sono conjectura evidentior est & solidior : præsertim cum quadratum צְפְצַף sit *garrire more avium*: cui & linguæ consonant. ϛάρ enim & ϛάρϴ, item ϛρϑὸς, *passer* est : nobis Sperling. צְפִיר *caprum* notat: ubi Latinum ex Hebræo deflexum esse, aurium demonstrat judicium. צְפִירָה est *corona*: unde *sphæra*, ϛφαῖρα.

Iob.2.11. צוֹפַר *Tzophar*, matutinus.

Num.23.22. צִפּוֹר *Tzippor*, avis.

CCCCXV.

יִצְהָר Jitzehar. Jitzhar. Ishar. Isaar. Jezear. ἰσσαάρ.

Exod.6.18.

IDest, *Oleum*, sic appellatum à claritate, puritate & limpiditate. Cum enim omne aliàs oleum voce שֶׁמֶן de-

שֶׁמֶן designetur, illud propriè יִצְהָר dicitur, quod recens calcatum est: unde fit, ut cum תִּירוֹשׁ sæpe conjungatur ob similem utriusque rationem. צֹהַר *fenestra*, à claritate, quæ per eam ingreditur. צָהֳרַיִם *meridies*: ubi forma dualis numeri, monentibus Rabbinis, indicat, lucem in meridie quasi conduplicari & ex utraque diei parte geminam, maximeque fortem existere: dum in medio cœlo Sol inter ortum & occasum clarissimè fulget. Quære *Tzoḥar*, numer. CCCXXVI. Hinc σείρ, Σείριος, Sol, Σειράω, *fulguro*: & Lat. *serenus*.

CCCCXVI.

נֵפֶג Nepheg. Nepheg. νεφέκ.

Gen. 6. 21. al. 22.

ID est, *Remissus, debilis, quiescens*, à נוּף *remissum, debilem, lassum esse, lassescere, debilitari*. Gen. 45. de Iacobo, qui nuntium ex inopinato acceperat, quo Iosephum adhuc esse superstitem confirmabatur, dicitur: וַיָּפֹג לִבּוֹ & *debilitatum est cor eius*: quia non credebat eis, es pochte jhm das Hertz. Nomen נִפּוּגָה *lassitudinem* vel *remissionem* notat. Potest hinc deflecti *piger, pausa*, pausiren/schwach/ παύω, i.e. *quiesco*.

CCCCXVII.

זִכְרִי Zichri. Zechri. Sichri ζεχρεί.

Exod. 6. 21.

ID est, *Memor*: à verbo זָכַר *recordari, reminisci*, it. *odorari*. In Hiph. est *facere reminisci*, seu *monere, denuntiare*. זֵכֶר *memoria* & *odor*. quæ duo satis benè conspirant: nam quæ reminiscimur aut suspicamur, *odorari* dicimur. Affine est זָהַר *commonefacere*: it. *clarescere, serenum esse*. Pertinet huc Cor, κέαρ, κῆρ, καρδία, i.e. *cor*:

cuius est reminiſci, juxta illud, quod 1. Reg. 2.45. *Tu nôſti omne illud malum, cuius ſibi conſcium eſt* COR *tuum.* Hinc appoſitiſſimè ſanè fluxit verbum *recordari.* A זָכָר quatenus *maſculum* notat, eſt Gall. *garçon.*

Num. 13.6. זַכּוּר *Zaccur*, memor.

2. Reg. 12.21. יוֹזָכָר *Iozachar*, recordatio Dei.

2. Reg. 14.29. זְכַרְיָה *Zecharjah*, Zacharias, memoria Domini.

1. Maccab. 32. *Bethzecharia*, domus recordationis Dei.

CCCCXVIII.

עַמִּינָדָב Hhamminadab. Amminadab. Aminadab. Amminadab.

ἀμιναδάμ. ἀμιναδάβ.

Exod. 6.23. al. 22,

ID eſt, *Populus ſponteus, ſive Princeps populi.* De עַם i.e. populus, vide Benammi, num. XVII. R. נָדַב eſt *ſponte aliquid elargiri, munificum, liberalem eſſe, alacriter donare.* 2. Cor. 9. ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός: *hilarem datorem diligit Deus.* De ijs qui ad tabernaculum & vaſa templi munera attulerunt, ferè ſemper uſurpatus hoc verbum, ut & de oblationibus alijs. נָדִיב eſt *ſponteus, voluntarius, liberalis:* it. *Princeps:* cuius eſt εὐεργέτειν: unde & Reges gentium εὐεργέται dicuntur Luc. 22.25. Feminum נְדִיבָה etiam de anima hominis uſurpatur: quia nihil ſic liberum eſt, ut animus hominis: cuius invicta quædam eſt αὐθεξουσία, καὶ αὐτοκρατορία. Iob. 30.15. נְדִיבָה eſt *voluntas, ſponſ, tis, liberalitas, principatus, ſponteneitas* barbarè. Adſonant voces Græcanicæ δαπάνη, *ſumptus*, δαπανᾶν, *expendere*: δαψιλὴς, *largus, liberalis: dapes, dapſilis, dapalis, dapare*: & noſtrum

noſtrum dapffer: cui opponitur ſauſer/ qui omnia *timidè gelideq; miniſtrat.* Horat.

1. Chron. 3. 18. נִדְבְיָה *Nidbejah*, libertas Domini.

Exod. 6. 23. נָדָב *Nadab*, ſpontaneus.

Eſr. 10. 40. מַכְנַדְבַי *Machnadbai*, pauper vovens, vel paupertas voventis.

1. Sam. 16. 8. אֲבִינָדָב *Abinadab*, pater ſpontaneus.

1. Par. 5. 19. נָדָב *Nodeb*, vovens.

CCCCXIX.

אַסִּיר Aſsir. Aſer. Assir. ἀσείρ.

Exod. 6. 24.

IDeſt, Incarceratus, vinctus, à R. אָסַר *vincire, ligare*: it. *accingere*: it. *obſtringere, devincire, obligare.* Nomen אָסוּר *carcer.* מֹסֵרֶת *vinculum & diſciplina.* ex Ezech. 20, 37. unde eſt Maſoretharum nomen, quod aliàs arceſſi ſolet à Rad. מָסַר *tradidit in diſciplinam*: מָסֹרָה *traditio* ſeu ἀκρίβεια: unde illud vulgi Calmeuſer, à כֹּל *omnis* & מָסַר: q. d. omnis diſciplinæ à majoribus acceptæ gnarus. Ab מָסַר, i. e. *ligavit*, eſt σειρά, *catena*, & *reſtis* & *ſera*, item ſtrick/ ſtrang: nam & funibus ſolebant firmari & occludi fores ante ſerarum inuentionem, teſte Geſnero.

Numer. 33. 31. מֹסֵרוֹת *Moſeroth*, eruditio, diſciplina, vinculum. Sic מֹסֵרֶת Deut. 10. 6.

2. Reg. 17. 2. שַׁלְמַנאֶסֶר *Schalmaneſer*, pax ligata.

Eſr. 4. 2. אַסַּרְחַדּוֹן *Eſarchaddon*, ligans acumen.

2. Reg. 15. 29. תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר *Tiglath-pileſer*, captivitatem miraculoſam ligans, ſeu arctius ſtringens.

Tob. 1. 24. אַסַּרְחַדּוֹן *Aſarchaddon*, acuta vel arcta colligatio.

CCCCXX.

אֵתָם Etham. Ἐθάμ.

Exod. 13. 20.

NOmen solitudinis: ad quam venerunt Israëlitæ profecti Succothis. Exponi potest per *adventum eorum*, ab אָתָה i.e. *venit*, cum affixo plur. num. Hinc ἴθι, *veni*, ἰτέον & ἰτητέον, *eundum*, & ὁδὸς, *via*, ὁδεύω, *iter facio*, θέω, *curro*, δύω, *subeo: iter, itero, itineror, ito.* Sed frequentior est ea expositio, qua per *fortem, robustum, durum* redditur. *Anno mundi* 2507. *Nisan* 16. *Aprilis* 17. *Israëlitæ* (inquit Cappellus) *veniunt in Etam, i. e. robustum: sic aliquando vocant aspera loca deserta & inhospita tesqua. Deus enim à brevi & trita via populum abduxit in inviam, ne Ægypti allia adhuc spirans in ergastulum ultrò rediret.* Accipitur אֵיתָן etiam substantivè pro *fortitudine, robore, pertinacia, vehementia.* אֵיתָנִים *fortes.* & אֵיתָן est nomen mensis septimi 1. Reg. 8. v. 2. inde dictus, quod omnia ad maturitatem & summum incrementum eo tempore perveniant: vel quod eo tempore mundus sit conditus: & quod in eo nati sint *fortes mundi*: vel, ut alijs placet, *fortissima*, scilicet fundamenta: vel propter *solennitates fortes*, i. e. celebres, quæ erant in eo. Hunc mensem antiqui primum habuerunt: Moses vero anni Ecclesiastici conditor septimum esse jussit: qui etiam de eo loquens periphrasi utitur Exod. 23. 16. & 34. 22. *In exitu* (inquit) *anni*: *in revolutione anni*: ubi de anno loquitur rustico, qui à satione incipit & in messe desinit: qualem omnes ubique agricolæ semper habuerunt: quicquid fiat de anni Ecclesiastici principio. Hoc eodem mense festum collectionis frugum seu tabernaculorum celebrabatur: quare etiam ab

אֵיתָנִים Autumnum dictum credimus: eius enim initium est September. אֵיתוֹן locus erat Templi Salomoniaci, & exponitur per *ingressum*, Ezech. 40. 15. Faciunt huc ἀτενὴς, *rigidus*, *inflexibilis*, *constans*: ἴκμος, *violentus*, *audax*: ἰσχύς, *vis*, *robur*.

1. Reg. 8 2. אֲתָנִים *Athanim*, robusti, fortes.

2. Sam. 15. 19. אִתַּי *Ittai*, robustus.

1. Cor. 16. 22. מָרָן אָתָה Μαρανα θά, Dominus noster venit.

CCCCXXI.

פִּי הַחִרֹת Pi-hachiroth. Phihahiroth. Pi-hahiroth. Hiroth.

Exod. 14. 2.

ID est, *Os montium Chirotarum*, ut exponit Iunius, ubi fuit quarta statio Israëlitarum in deserto: de quâ Geographia sacra consulatur. De פֶּה, i. e. *os*, *ris*, in regimine פִּי numer. cxvii. in Mephiboscheth. חִירֹת *Chiroth* est à חָרַת vel חָרַט *exaravit*, *sculpsit*, *descripsit*: convenit enim exactè cum Græco χαράσσω, *sculpo*, unde χαρακτὴρ, *character*, & stylus scribarum: ex quo etiam fluunt sequentia: χάρτης, χαρτίον, *charta*, Karthen/γεγράφειν, *scribere*, *graphiarium*, &c. Alij ex facto Israëlitarum venantes nominis præsentis originationem פִּי-הַחִירֹת ἀνυφεσικῶς dictum volunt *os libertatis*: cum potius esset *os carceris*: ibi namque inclusos putans Israëlitas, cum curribus sexcentis & toto equitatu Ægypti suisque peditibus accurrit festinus Pharao. Rabbinis חֵירוּת est libertas principum & magnatum, qui dicuntur חוֹרִים herren/Heroës, ut diximus nu. cl. in nomine Paschchur. At חָרֶט est *stylus scribarũ*, *typus*, *forma*:

forma: ex quo non dubito fluxisse vocem חַרְטֹם quæ *genethliacum* notat, eum scilicet qui ex suis figuris & characteribus fortunas hominum sculpere nititur. *conatu* certè impio, & in Christianorum Rebuspublicis minimè ferendo. Inde Gallis est *Charlatan*.

1. Sam. 22. 5. חֳרֶת *Chereth*, sculptura.

CCCCXXII.

מִגְדֹּל Migdol. Migdol. μάγδολον. Exod. 14. 2.

TVrris Hebræis dicitur מִגְדָּל: à quo *Magdalum*, ut Latina habet versio, & Μάγδαλα, ut Græca Matthæi 15. v. ult. R. גָּדַל *magnus fuit vel factus est, magnificit, crevit, enutrivit.* Toar est גָּדוֹל *magnus* sive quãtitate sive qualitate, putà tẽpore, duratione, celebritate: גְּדֻלָּה *magnificẽtia, magnitudo.* Est ab eadẽ radice *Magdalena*, i. e. *florida, vegeta, magnifica*, dicta à vico *Magdala*: non est nomen propriũ, ut patet ex Matth. 27. 56. Μαρία ἡ Μαγδαληνή. A גָּדַל est ἡλίκος quantus, τηλίκος tantus, & μάγδαλος species ædificij: item Held. In quibusdam oris Germaniæ matronæ infantem ex sacro fonte susceptrices, quas matres natalitias vocamus, dicuntur Godel/compellatione honorificâ: id quod satis huc congruit.

Ios. 19. 38. מִגְדָּל *Migdal*, turris.

2. Reg. 25. 23. גְּדַלְיָהוּ *Gedaljahu*, Gedolias, magnitudo Dei.

1. Par. 25. 4. גִּדַּלְתִּי *Gidalti*, magnitudo aut fimbria. גְּדִילִים fimbriæ.

CCCCXXIII.

אֵיפָה Epha. Ephi. Epha. οἰφί.

Exod 16.36.

Epha genus mensuræ est aridorum, continens tria *sata* Revocari solet hæc vox ad Rad. אָפָה *coxit*: quasi sit mensura, semel coqui solita in panificio. Matth.13.33. Piscatori vngefehr so viel als ein Straßburger sester. Hinc אֹפֶה *pistor*: מַאֲפֶה *coctio*. Congruit huc ofen/backofen/*furnus*: item hafen/in quo aliquid coquitur: ὀπτός, *coctus*, ὀπτάω, *asso, torreo*: ἅπτω, accendo, sc. ignem ad coquendum: ἕψω, *elixo*, ὄψον, *opsonium*. Serapis שַׂר אֹפִים i.e. *princeps pistorum*: hunc Iosephum esse ab Ægyptijs cultum nonnulli arbitrantur. Pingebatur modium habens in capite, & bovem à latere. Sic Capellus An.M.3714. Nos aliam vocis originem suprà tradidimus. Quibusdam Rad. placet inusitata אָיַף: ex qua Epha deflectunt, & consignificantia quædam, ut פֹּה ποῦ, i.e. ubi. אֵיפֹה ubi, אֵיפוֹא & אֵיפוּא *ubi, hic, nunc*. Vnde ὅπως, ὅπου, πῶ: quæ omnia re & significatione conveniunt cum *Vbi*.

Ep.ad Phil.v.2. אַפְיָה, Ἀπφία, *Apphia*, pistrix, coctrix.

CCCCXXIV.

רְפִידִים Rephidim. Raphidim. Raphidim. ῥαφιδίν.

Exod. 17. 1.

ID est, *Reclinatoria sive stramenta*, à רָפַד *sternere ornatus* vel *necessitatis caussa*, item *tubare*: cui synonymũ est רָבַד quamvis inusitatum. רְפִידָה *stratum* dicitur Cant.3.10. Non longè abest *sterno* & strewen/strew/strew machen: quod agimus, quando stramenta congerimus ut in ijs cubemus. ῥίπτω, i.e. *sterno subter*: hoc omnes Radicis literas retinet. Ma-

Matronæ & Virgines noſtræ ornamenta quædam ſua vocant Rabbatten, à רָבִיד, quod ornamentum colli eſt & gutturis, ut exponit R. David in libro Radicum. Extat hæc vox Gen. 41. 42. Ezech. 16. 11. ubi de ornamentis colli ſermo eſt; qualia vetus Interpres nomine *torquis* indigitat. Opinor noſtros à Gallis, (quibus frequens & notiſſima vox rabbat) Gallos ab Orientalibus & rem & verbum accepiſſe. Aliàs מַרְבַּד *ſtragulum* eſt vel *ornamentum lecti ſeu tapes, quo tegitur.* Prov. 7. 16. unde eſt κραββατος Latine *grabatus*. i. e. lectus.

2. Reg. 18. 33. אַרְפַּד *Arpad*, ſternens.

CCCCXXV.

חֹרֵב Choreb. Ηoreb. Horeb. χωρήβ.

Exod. 17. 6.

Hic *Choreb* nomen petræ eſt, aliàs totum montem in regione Midianitarum ſitum & ipſam ſolitudinem circumvicinam deſignat: quæ etiam communi nomine *Sinai* ſæpe venire ſolet. Pulchrè autem hæc duo nomina concordant. Sinai enim à ſpinarum multitudine tracta eſt, ut diximus num. CCLVI. & חָרֵב à ſiccitate atque acie pungente, qualis eſt in gladio: ſignificat enim חֹרֶב & חֹרֵב *ſiccitatem, æſtum, ſolitudinem, deſolationem*: it. *gladium, pugionem.* à חָרַב *areſcere, ſiccari à Sole, igni; gladio, æſtu confici: deſolare, deſtruere, gladio occidere.* Hinc romphæa & rapir/item καρφω, *ſicco*, καρφος, *palea*, gluma à ſiccitate ſic dicta: *Carbo: februo*, id eſt purgo per ignem: κραμβος, *aridus, ſiccus, aſſus, toſtus*: κραμβαλιζω, *torreo.* Facit huc

huc noſtrum ſcharpff: it. hergen/verhergen: *orbare* & *orbus*. Hieronymi Comment. in cap. 2. Sophoniæ verba ſunt: חָרֵב *nos tranſtulimus corvus: nam ſecundum lectionis diverſitatem vel ſiccitatem vel gladium vel corvum ſignificat*. Verum רב y eſt corvus, חָרֵב nunquam.

2. Reg. 18. 13. סַנְחֵרִיב *Sancherib*, rubus deſtructionis.

Eſt. 7. 9. חַרְבוֹנָה *Charbonah*, deſtructio, vel gladius eius nunc.

CCCCXXVI.

שִׁטִּים Schittim. Sittim. Setim.

Exod. 25. 5.

LIgna *Sittim*, quæ Luth. reddidit voce Forenholtz/ quamvis aliæ verſiones nomen Hebræum retineant, Rabbini ſpeciem eſſe tradunt cedri optimę. cuius lignum non putreſcat, & quod omnium ſit lævissimum; robore, ſoliditate, nitore & pulchritudine cætera omnia facilè ſuperans: ex quo tabernaculi vaſa lignea & ipſa arca ac ſtylobatæ ſunt facta. Piſcatori außerleſen Cedernholtz / welches nicht verfaulet. Singulare שִׁטָּה à שׁוּט *exploravit, luſtravit, inveſtigavit, circuivit* (quæ omnia in ſelectiſſimam cedrum conveniunt) it. *diripuit, ſpoliavit*. שׁוּט eſt *circuitus*, it. *flagellum, ſcutica*. שֵׁט *remex*: unde ſcheid/ ruder/ ſcheid. Quatenus autem R. ſignificat *circuire*, facit huc σείχω, *incedo*, & zoten/herumbzoten/ i.e. circumvagari. De שָׁטָה *declinavit*, vide num. LXXXVI. in Abel-ſchittim.

CCCCXXVII.

שֶׁקֶל Siclus. Seclus. Sekel.

Exod. 30. 13.

SIclus, cuius in Scriptura V. T. toties fit mentio,

dicitur à שָׁקַל, *liberavit, ponderavit*: erat enim modus & regula omnium ponderum: & mos erat veterum nihil nisi appensum accipere aut dare. Iunius ad cap. 24. Genes. v. 16. Siclus in Lege est duplex: communis jam ante latam legem in rebus politicis receptus, & sacer ad res sacras institut⁹ lege, altero duplo major. Erat autē sacer 20. gerarum. Exod. 30. 13. Ezech. 45. 12. Gera 16. granarum hordei. Continet igitur communis siclus 10. geras, id est 160. grana hordei. Efficiunt autem 160. grana scrupulos nostrates sex & duos trientes sive duas drachmas & grana 16. Sic 400. sicli argenti efficiunt 111. uncias argenti, duos scrupulos & 2. trientes scrupuli. Hæc ille. Ad nostram si monetam hæc compares, est plerorumque sententia, *siclum sanctuarij* non procul abfuisse à dimidio thalero imperiali, *communem* autem à quadrante thaleri: id est, æquâsse hunc pondere duas drachmas, illum quatuor. Siclus sanctuarij altera facie aram præferebat, cum tali inscriptione שֶׁקֶל יִשְׂרָאֵל *siclus Israëlis*: in alterâ hæc verba gerebat יְרוּשָׁלַם הַקְּדוֹשָׁה *Ieruschalem sancta*. Porro à מִשְׁקָל est *pondus*. Nobis hinc innotuit in vernaculâ seckel/ geldseckel. Siclus autem non Hebræis solum, sed Syris, Persis, Arabibus, Chaldæis, Ægyptijs notus & frequentatus.

Ios. 13. 3. אַשְׁקְלוֹן *Aschkelon*, statera, sive appensio sive libratio. CCCCXXVIII.

קִנָּמוֹן Kinnamon. Cinnamomum. Cinnamet. κιννάμωμον.

Exod 30. 23.

VOx hæc catholica facta est, postquam res ipsa mundo innotuit: olim tantum vox Hebræa in his

his nostris regionibus habebatur : nunc ad ipsos usque rusticos etiam res & usus quotidianus præstantissimi & saluberrimi corticis dimanavit. Mittitur ex urbe Româ Bonifacio Germanorum Apostolo & Episcopo Moguntino, magni loco muneris, cinnamomum unciarum quatuor & piper librarum duarum, tempore Zachariæ Papæ circa annum CHRISTI 745. ut narrat Baron. Tom. IX. Annal. pag. 182. ex quo usum huiusce aromatis eo adhuc tempore longè infrequentissimum fuisse constare potest. Clusius Hist. Aromat. lib. 1. c. 15. in Ceilan & vicinis quibusdam insulis ac locis duntaxat nasci prolixè demonstrat contra eos: qui etiam in Arabiâ & Æthiopia, Alepo & Græcia, imò & insulis non ita pridem detectis in Occidente inveniri crediderunt. Conjecturas idem de nominis originatione aliquas attingit. Nobis illa rei conveniens & maximè obvia videtur; ut Cinnamomum vel Cinnamum sit à קָנָה *calamus* : unde & *Canella* nobis à figura canalium dicta est, & נְעִים *suavis, delectabilis, gratus:* nihil enim hoc calamo in cibis delectabilius, & in medicamentis est salubrius. De נָעַם vide in nomine *Nahhomi*, num. CV. De קָנָה *acquirere*, ad quam R. קָנָה *calamus, canna* pertinet; vide Kajin num. III.

CCCCXXIX.

הִין Hin. ἴν. εἶν. Hin.

Exod. 30. 24.

EST hęc mensura liquidorũ continens ova 72. vas scilicet cubicũ ex semipede Hebræorũ confectũ capiens Logos 12. (Log. n. sex ova habet) Kabos

tres. Ab *Hin* est χοῦς, χοῶ. Græci enim ex nominibus peregrinis desinentibus in N formant accusativos suos, ut à Jonathan Ιωνάθης, Ιωνάθλω. A χοῦς est Lat. *congius* non ob æqualitatem sed analogiam harum mensurarum. Reduci solet יְהוֹן ad הוֹן, i. e, *substantia, opes, divitiæ, copia ex multis collecta*: it. *satis, sufficit, abunde est*. Huc han contractè pro haben/unde habe/ pertinet. *Non proderit* הוֹן *substantia in die iræ*. Prov. 11. 4. & 13. 11. Ezech. 7. 19. Nec oberit egestas atque inopia pijs in tempore afflictionis & famis : quò minus Deus eos velit & possit recreare & consolari, Psal. 23. 1. & 37. 25. & *vel ex rupe mel*, Deut. 32. 13. & *ex comedente dulcedinem educere*. Iud. 14. 15.

Gen. 36. 20. בִּלְהָן *Bilhan*, id est, sine opibus : à בְּלִי, i. e. non, absque.

CCCCXXX.

אֲחִיסָמָךְ Achisamac. Ahisamach.

Achisamach. ἀχισαμάχ. ἀχισάμαχ.

Exod. 31. 6.

ID est, *fratrem suum fulciens: fratri suo innitens*. De אָח *frater* egimus num. CCCCV. in Echi. R. סָמַךְ est *inniti, jungere, fulcire, stabilire, confirmare, sustentare* : unde Samech litera inde Hebræis dicta : quod in semetipsam per orbem quasi rediens sese fulciat ac sustentet : unico enim unius lineæ ductu in orbem circumacto consummatur. Vetustissimus ritus *impositionis manuum* hinc nomen accepit : dicitur enim סְמִיכָה. Ferè synonymum est תָּמַךְ *sustentare*. Potest huc referri Germ. simmes / sims : fulciendæ enim

seu

seu sustentandæ omnis generis supellectili servit: & Lat. *scamnum*: cum quo satis convenit nostrum schemel.

CCCCXXXI.

אֵפֹד Ephod. Ephod.

Exod.39.8.

VAriè exponitur hoc indumenti genus, per *amiculum, superhumerale*, græcè ἐπωμίδα, ut reddidit Hieronymus, eò quod humeros tegeret, *ornamentum*, ἐπενδύτω, *superindumentum*, &c. & adjectiuè per *cinctum*, quod videlicet ei accingeretur *Rationale*: eratque Sacerdoti, quod bellatori thorax. Quidam *flaminium* reddere audent, quod pepli species erat apud Romanos, quo caput ad humeros usque cingebatur. Alij arbitrantur *scapulari* nostrorum Monachorum, quod vocant, potius simile fuisse: de quibus consule, si libet, conjecturas Ariæ Montani in lib. qui inscribitur Aaron. Germani quidam exponunt per harnschkappe. Duplex fuit Ephod, alterum quo summus Sacerdos, alterum quo Sacerdotes & Levitæ imò & Reges induebantur. Cl. Petrus Cunæus de Rep. Hebræorum ipsum omninò Davidem sibi applicuisse amiculum ostendit adversus Iunium: qui verba 1. Sam. 30. v. 7. ita vertit: *Edixit David Ebjathari Sacerdoti, Applica quæso meâ causâ amiculum: applicavitque Ebjathar amiculum Davidis caussa.* Hæc veritati Hebraicæ minus esse consona probare nititur. Peculiariter tamen & propriè gestare *Ephod*, est Sacerdotio fungi, 1. Sam. 22. 18. Exinde est אַפְדְּנוֹ Dan. 11. 45. ab אַפַּדֹּן, vel אַפַּדּוֹן: quæ vox de magno Antichristo usurpata varijs variorum expositionibus obnoxia est. Ab אָפַד est *aptare*, & ἅπτω.

CCCCXXXII.

אַרְבֶּה Arbeh. Arbeh.

*Lev.*11.22.

INter reptilia volucria ambulantia quatuor pedibus primo loco hoc genus recenſetur: de quo quamvis res plana eſſe videatur, ſiquidem אַרְבֶּה *locuſtam* ſonat Hebræis, ita ut hinc liqueat à locuſtarum omnium uſu in cibis non fuiſſe prohibitos Iſraëlitas, apertè tamen Iunius in Notis ad hunc verſ. *Hæc inſectorum genera*, inquit, *neque Hebræis, neque Hiſtoricis neque nobis ſunt cognita: ideo Hebræas voces retinuimus.* Certum autem eſt in Oriente locuſtas & cicadas fuiſſe cibo ex Matth. 3. & Plin lib. 11. cap. 26. & 29. Rectè igitur nomina Hebraica in translationibus quarumq; linguarũ retinentur, tantiſper dum res ipſa innoteſcat. אַרְבֶּה *locuſta* eſt, à R. רָבָה *multiplicare*: cuius etymi ratio extat Prov. 30.27. *Rex non eſt locuſtis, tamen procedunt conferta omnes.* & apud Ariſtotelem de hiſtor. anim. lib. 4. cap. 2. Vide Rabbinum, CLXXV.

CCCCXXXIII.

סְלְעָם Solhham. Selaam.

*Levit.*11.22.

ALtera eſt hæc ſpecies quadrupedis volucris, cui ut ait ex Rabbinis Pagninus eſt calvities, quæque cauda caret & habet oblongum caput. Sic autem nominatam putant, quod habitet in rupibus & petrarum fiſſuris: סֶלַע enim eſt *petra, rupes*: Vide ſupra num. CX. in nomine Selahh. Sunt qui Solhham ad R. סָלַל *extulit, elevavit*, revocãt, & continuam pedum elevationem, quam ſaltitando hoc animal exerceat

erceat, causſæ loco assignant: Sed hi ע literam temerè prætereunt. De סָלַל vide Salu infrà numero CCCCLXXI.

CCCCXXXIV.

חַרְגֹּל Chargol. Hargol.

Lev. 11. 22.

HÆc ipsa quoque vox, testibus Hebræis, genus quoddam locustæ notat: quod tamen Vetus interpres ex LXX. *ophiomachum* reddit. At ut Sixtus Amama in Censura Vulgatæ versionis ex Steucho monet, Ophiomachus, ut nomen indicat, *animal est, quod cum serpentibus pugnat: de quo nec Aristoteles, nec alij boni Scriptores quicquam prodire: putoque*, ait ille, *nihil omnino esse. Ac etiamsi extaret, non fit tamen hoc loco de eo mentio.* Potest derivari à חוּר *albus*: de quo in Paschchur CL. & רֶגֶל *pes*: de quo in Rogel CXX. Erit igitur חַרְגֹּל animal, quod albis pedibus est præditum. Græcis ἀκρίδες est genus quoddam anguium.

CCCCXXXV.

חָגָב Chagab. Hagab.

Lev. 11. 22.

EX permissis in cibū generibus locustarum hęc species quarto loco à Mose recensetur. Sunt qui *cicadam*, alij *bruchum* vertunt. Piscatori est *cicada*, sicut Chargol *cantharus*, & solhham *bombyx*. Describitur Chagab, quod recuruum dorsum & quatuor genicula, habeat supra pedes, quorum adminiculo saltitet. Sed hæc gratis dicuntur & audiuntur.

Est. 2. 45. חֲגָבָה *Chagabah*, locusta.

Agabus. Act. 11. 28. i. e. locusta.

CCCCXXXVI.

אבות Oboth. אוב Ob.

Levit. 20. 6.

HOc nomen, quod aliquæ versiones retinuerunt, vaticiniorum quoddam genus notat, exponiturque à plerisque per *ventriloquos*: ex quorum scilicet ventre Satan responsa dedisse perhibetur. אוב, inquit Seldenius Syntagmate 1. de Dijs Syris pag. 39. *Spiritus erat seu dæmon, qui ab immundis, & quæ honestè nominari non possunt partibus, nonnunquam à capite seu axillis, sive harioli, sive mortui submissâ voce, & quæ ex telluris cavitatibus videretur egredi, nec audiri, sed à consulente duntaxat mente concipi posset, responsa dabat.* Hæc ille varijs variorum Rabbinorum testimonijs declarat, tandemque addit: *Videsis historiam de Samuelis defuncti specie Sauli repræsentata à fœminâ, cuius ex obscœnis Ob loquebatur.* 1. Samuel 28. 7. Pythonissam, seu, ut LXX. vertunt, γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον illam, nominat scriptura אִשָּׁה בַּעֲלַת אוֹב, i.e. mulierem habentem Ob. Et Saul, *Divina*, inquit, *quæso mihi in Ob*: quod LXX. ita efferunt: Μάντευσαί μοι ἐν τῷ ἐγγαστριμύθῳ. *Ob* igitur est ipse spiritus ventriloquus. Pythonissa seu ariolus est *Baal* vel *Baaleth Ob*: locus vaticinij est *mortui sepulchrum.* Hactenus Rabbinorum traditiones. Vide Esa. 29. 4. & in Decretis 26. q. 3. Cæterum nomen אוֹב revocari potest ad R. אָיַב *inimicari*: de qua num. CXXXVIII: unde per allusionem haurire queas nostrum *affen* & *äffen*: revera namque non nisi diabolicæ erant illusiones. quicquid *Oboth* & *Ideonim* profitebātur. Ἰάπτω, *noceo*: & ἴπτω, *noceo*: & φῦκος, *fucus*: & φυκόω, *fuco illino*, unde *offucia* & *fucare*, *infucare*, hinc non sunt prorsus aliena. LXX. tamen quia per

θελητὰς

θεληθὲς sæpe reddiderunt, haud dubiè ad R. אָבַר respexerunt: de qua num. XII. Ex אוֹב esse potest *Phœbus*, φοῖβος, i.e. vaticinans: φοιβάζω, *oracula edo*: φοιβασὴς, *vates*.

CCCCXXXVII.

יִדְּעֹנִים Jiddehhonim.

Levit. 20. 6.

IDdeoni, inquiunt Rabbini, est *ariolus*, qui osse animantis יִדְּעֹנִי dicti in os suum posito futura doceret, & quærenda solveret. Animal autem scribunt illud nescio quod *Iadoa* fuisse, cui humana undiquaque figura: sed quod ad funem cuiusdam radicis ligaretur, & à primo ortu perpetuò hæreret vivum, donec qui ob innatam eius sævitiam propius accedere minus sunt ausi, sagittis conficerent. Hæ Hæbræorum nugæ sunt nugacium. Nomen tractum est ex R. יָדַע *scire, nosse*, prorsus ut dæmonibus quoque contigit à scientia nomen, vel ipso Platone in Cratylo teste, qui δαίμονες quasi δαήμονες ob scientiam & sapientiam vocatos tradit (à δάημι, *scio*: quod est ex יָדַע:) id φ confirmat Græca translatio: quæ יִדְּעֹנִים per ἐπαοιδοὺς, & περιπτεροὺς & γνώστας exponit. Nempe Diabolus ut Adamo sic aliis semper spondet scientiam, eademque de caussa ipse sibi ex ea quam affectavit sapientia exterminium accersivit: idemque Rex est eorum, qui scientiâ suâ superbiunt, vel per ambitionem immodica eius æstuant desiderio. Græcis ἰδωναγὴς est *vates*: quod satis assonat. De יָדַע nu. CCXCVI. in nomine Tidhhal egimus.

CCCC XXXVIII.

חֹמֶר Chomer. Homer. Homer.

Lev.27.16.

RAdix חָמַר est *rubescere, turbare, turbidum esse & lutulentum, intumescere, fervescere*: ac propriè usurpatur de vino: unde & mustum seu vinum recens Rabbinis est חֲמָרָה: & חֶמֶר est *vini rubedo vel fervor*: inde *merum* & *meracum* & μάρων eadem significatione: unde *Maro*: qui docuit vineas plantare. חֹמֶר est *cæmentum, pix, bitumen, lutum*, (unde murus massiver:) it. *mensuræ genus* ut in versu præsente, quod Latini & Græci vertunt *Corum*. Et quia חֲמוֹר asinum notat, ideo mensuram frumenti hoc nomine quidam significari ajunt, quantum asinus portare potest. Continet Corus xxx. modios, id est, x. Ephas sive medimnos. עֹמֶר autem, quod etiam mensuræ genus est, complectitur decimam partem Ephæ. Chœnicem Atticam fuisse credunt, quantum homini in vnum diem satis erat. Exod.16.36. Chomer est genus maximæ mensuræ, Hhomer alias Gomer ferè minimæ.

Iudic.9.28. חֲמוֹר *Chamor*, asinus, Princeps Sichemitarum.

CCCCXXXIX.

שַׁדְיאוּר Schedeur. Sedeur. Zedeur.

σεδεούρ. σεδειούρ.

Num.1.5.

ID est, *Vberum lux*. De אוּר supra diximus in *Vrim* num.LXXII. שַׁד est *mamma*, pl. שָׁדַיִם in regimine שְׁדֵי uberi, à שָׁדָה inus. quod esse volunt *lac colligere in mammillis*. Facit huc σαλάζω, *stillo*, σαλαγμὸς, *gutta*, &

σήλ Ge,

שַׁדַּי, *pectus*: & ſtutte/i.e. *equa*. Thaddæus à Thad (ut ait Hieronymus) quod eſt שַׁד *mamma*: unde τιτθή, *mamma*, & ziţ/ziţen/tuden. Syris enim תַּד eſt *mamma*, *mammilla*, *papilla*.

CCCCXL.

צוּרִישַׁדַּי Tzuriſchaddai. Suriſaddai. Zuriſaddai σουριαδδαί.

Numer.1.6.

ID eſt, *Petra mea omnipotens*. De Tzur vide nu. LVII, שַׁדַּי eſt epitheton Dei, & exponitur per Omnipotentem ſeu αὐτάρκη & παντοκράτορα. Vix tamen hæc nomina aſſequuntur emphaſin Hebraicam: non enim Omnipotentem ſolùm notat שַׁדַּי, ſed & eum qui efficax ſit, & efficaciter omnia in omnibus agat. Act.17.25. & 28.1. Corinth.12.6. Eph.1.23. Combinatut ex שׁ relativo, tracto ex אֲשֶׁר *qui*: & vocula דַּי, quæ per αὐτάρκειαν ſeu *ſufficientiam* exponitur. In regimine eſt דַּי: cum quo nomen θεὸς & *Deus* rectius multò conciliaveris, quam cum Græco θεῖν, i.e. *currere*: quamvis nec hæc originatio à Scripturâ & Dei naturâ ſit aliena. *Iehovæ enim oculi diſcurrunt per totam terram: ut firmum ſe exhibeat erga eos, qui ipſum requirunt.* 2. Cor. 16.9. A שַׁדַּי eſt præterea δένδρον, *robur*, δένω, *valeo*: à דַּי *dives*, forte etiam ζεὺς & δεὺς: nam utrumque dicitur: & δῖος, *dius*, *divinus*, *Deus*.

Num. 1.12. עַמִּישַׁדַּי *Hhammiſchaddai*, populus omnipotentis.

Num. 21.30. דִּיבוֹן *Dibon*, abundantia intelligētię.

Deut. 1.1. דִּיזָהָב *Dizahab*, ſufficientia auri. Locus, *ubi auri erat plurimum*: ut exponit Hieronymus. Onkelos habet: *in eo, quod fecerunt ibi vitulum aureum*.

CCCCXLI.

CCCCXLI.

עַמִּיהוּד Hhammihud, Ammihud, Ammiud. Amihud.

σεμιούδ.

*Numer.*1.10.

ID est, *Populi mei gloria*. De עַם *populus* vid. Benammi num. XVII. הוֹד est *gloria, decor, pulchritudo, majestas*, propter quam quis celebratur, & quæ gloriosum aliquem reddit. Qui paucitatem radicum amant reducunt hoc nomen ad יָדָה *laudare, confiteri*: de qua in Iudah, numer. xxx. vel ad הָדַר *celeusma*: de quo in Hadad num. CCCLXXIX. Est inde ὕδω & ὑδέω, *cano, celebro*, & Oda, & αἰδώς, *reverentia*; αἰδέσιμος, *venerabilis*.

1.Par.8.3. אֲבִיהוּד *Abihud*, patris mei gloria.
Num.34.27. אֲחִיהוּד *Achihud*, fratris mei gloria.
1.Par.7.37. הוֹד *Hod*, gloria, decor.

CCCC XLII.

גַּמְלִיאֵל Gamliel. Gamliel. Gamaliel, γαμαλιήλ.

*Num.*1, 10.

ID est, *Retributio Dei*: ab אֵל Deus, num. XLII. & גָּמַל *retribuit*: item *ablactavit, maturavit*: גְּמוּל est *retributio*: גָּמָל, *camelus*, κάμηλος, Kamel. Ex eadem R. est litera Gimel: quæ pulchrè præcedentibus si adjunxeris, ex connexione trium primarum Alphabeti Hebraici & Græci literarum hæc emerget sententia: *Doctori domus retributio*: אַלִּיף enim est *doctor, dux, magister*. בַּיִת in regim. בֵּית domus, suprà in Bethel

XXVI.

XXVI. Gimel vel גְּמוּל & גֹּמֶל est retributio. Facit hæc sententia ad alenda discentium studia: quibus id agendum est, ut eò usque proficiant, quò suæ domui rectè præesse & ex ea doctrinæ ac laborum præmia capere possint. 1. Tim. 5. 8. Nam ubi non sunt boves præsepe mundum est. Prov. 14. Et οἶκος φίλος, οἶκος ἄρις, Eigener Herd/ist Goldes werth. Monet etiam, Doctori præmium & minerval suum deberi. *Væ*, inquit Ierem. 22. c. 13. *amici sui servitutem exigenti gratis, & mercedem operis non danti ei. Non est capistrandus bos triturans*, 1. Tim. 5. 18. Deut. 25. 4. 1. Corinth. 9. 9. A גָּמַל quatenus significat *ablactare*, forte est Germ. milch/melcken/ut & Græcum γάλα, *lac*: & *mulgeo*, Græcè ἀμέλγω.

1. Par. 24. 17. גְּמוּל *Gamul*, retributio.

Ier. 48. 21. בֵּית גָּמוּל *Beth-gamul*, domus retributionis.

Luc. 18. 25. *Camelus*, κάμηλος, גָּמָל.

CCCCXLIII.

פְּדַהְצוּר Pedatzur. Pedahsur. Phadassur. Pedazur. Φαδασούρ.

Num. 1. 10.

ID est, *Redemtio fortis, vel redemtio petræ*. De צוּר num. LVII. Verbum פָּדָה est *redimere, liberare, asserere à discrimine, angustia vel captivitate*. Græci reddunt per ἀπολυτροῦν: unde פְּדְיוֹן sumitur pro *pretio*, quo quis redimitur: quod Græcis est λύτρον, Gallicè *rançon*, nobis lösegeld. Pertinent igitur huc *pendo, dependo pretium*, sc. pro redemtione: item *vadari*, & *vas, dis*, id est, sponsor, qui fidejubendo quempiam à nexu, quo

quo debitori suo obstrictus est, liberat: item pfand: & φείδω, φείδομαι, *libero, servo, misereor, parco.*

Num. 34. 28. פְּדַהְאֵל *Pedaël*, redemtio Dei.

2. Reg. 22. פְּדָיָה *Pedajah*, redemtio Domini.

Esr. 2. 44. פָּדוֹן *Padon*, redemtio.

CCCCXLIV.

פַּגְעִיאֵל Paghhiel. Pagiel. Phepiel.

Pagiel φαγαήλ. φαγεήλ.

Num. 1. 13.

IDest, *Occurrit mihi DEVS*: à R. פָּגַע *occurrere, obviare, obviam ire, aggredi, precari*: vel etiam *occurrere ad nocendum*: est enim μέσον: item *resistere*. Hinc פֶּגַע *occursus*. Omninò hinc est nostrum begegnen: nam ע per g reddi ex sexcentis liquet exemplis. Cætera longius abeunt, ut κίω, κηκίω, i. e. *vado, eo obviam*: & weg/i. e. *iter*. De אֵל Deus, vid. num. XLII.

CCCCXLV.

חֹבָב Chobab. Hobab. Hobab. ἰωβάβ. ὀβάβ.

Num. 10. 29. *& cap.* 4. *v.* 11.

QVi Exod. 18. 6. *Iithron* dicebatur, idem hoc loco *Chobabus* nominatur, & *Rechab*, & *Reguel* Exod. 2. 18. Sed Reguel est Pater Iethronis: ut docet Jonathan. Targ. Quidam etiam *Kaïnum* dictum fuisse arbitrantur ex Num. 24. v. 22. unde familia Cinæorum inter Israëlitas permansit. Sunt, quibus Cin est filius Iethronis. Exponitur per *amantem, diligentem*, à חָבַב *amare, diligere*: unde ἀγαπάω: & *cupio*: amabilium enim cupidi sumus.

1. Par. 7. 34. יְחֻבָּה *Iechubbah*, amatus.

CCCCXLVI.

CCCCXLVI.

מִידָד Medad. Medad. μωδάδ.

Num. 11. 26.

ID est, *Aquæ leniter fluentes.* à מַיִם in regimine מֵי aquæ: de quo in Hanamim, num. CCXLIV. & verbo דָּדָה *incessit, paullatim migravit, tardè promovit:* docent enim Rabbini molliorem gressum hoc verbo indicari, qualis est matris infantem sensim ducentis, ut eum adsuefaciat ad ambulandum. Hinc *ito, as, are*: ὁδεύω, *vado.*

CCCCXLVII.

כָּלֵב Caleb. Chaleb. Caleb. χάλεβ.

Numer. 13. 7.

NOmen כֶּלֶב significat *canem*, & metaphoricè hominem vilem atque abjectum: in cæteris linguis *impudentem.* Planè hinc est nostrum Germanicum: kleffen / klaffen / i. e. *baubari, latrare*: Gallicè *clabauder*: cui consonat *calumniari*: calumniatorum quippe est & conuitiatorum allatrare alios. Verùm accedit propius R. כָּלַם *pudefacere & pudefieri, ignominia afficere*: unde כְּלִמָּה *ignominia, confusio.* כֶּלוּב est *canistrum*, it. *cavea.* *Cerberum* dictum à כֶּלֶב inserto ר non est dubium: ut & *Scylla.* Κρόμμον τὸν κύνα λέγουσιν, ait Hesychius.

1. Paral. 27. 27. כְּלוּב *Celub*, canistrum: unde *corbis* pro colbis: & Forb: *corbeille* Gallis.

CCCCXLVIII.

יִגְאָל Jigeal. Igal. Igeal. Igeal. ἰγάδ. ἰγαάλ. *Num.* 13. 8.

ID est, *Redemtor*, aliàs גּוֹאֵל vel גּוּאֵל, à גָּאַל *redimere*: item *polluere, inquinare*: & *affinitate seu ma-*

seu matrimonio jungi, in *matrimonium capi*. Omnia hæc in Christum Salvatorem nostrum conveniunt: de quo in scripturis hoc verbum usurpatum sæpissimè legitur. Is nos Satanæ & peccato mancipatos homo factus ceu propinquus ac vindex cognationis ac sanguinis jure, quo nobis devinctus est, eruit & in veram libertatem asseruit, regnique sui cives postliminij jure effecit: quę ipsa quoque liberatio inquinatione seu pollutione sanguinis constitit. Vide Esa.44.23. Levit.25.25. Ruth.3.13. & cap.4.1. Ps.19.15. Referri huc potest γάλως, *glos*, i.e. *soror mariti*, vel *vxor fratris*. Item gail/gaillern/quod sponsorum est conjunctionem fœminarum ambientium. *Gallos* sunt qui à גָּאַל dictos volunt: quod se tributis exemerint: unde & *Francorum* nomen adepti sint, à פָּרַק eadem ex causa.

1.Chron.3.22. שְׁמַעְיָה *Igal*, redemtor.

CCCCXLIX.

פַּלְטִי Palti. Phalti. Palti. φαλτί.

*Num.*13.10.

IDest, *Ereptus* vel *evasor*: à פָּלַט: cuius synonymum est מָלַט *evasit, eruit, eripuit*. פָּלִיט evasor, transfuga: פְּלֵיטָה evasio: sic מִפְלָט. Ex his sunt nostra flucht/flihen/flüchtig/& Græca πλατὺς, ἑῖα, *latus, à.* πλατύνω, dilato. Gallis *belitre* est homo abjectus, fugitivus.

2.Sam.5.7. אֱלִיפֶלֶט *Eliphaleth* vel *Elipheleth*, Deus liberationis.

1.Chron.2.47. פֶּלֶט *Pelet*, liberatio.

1.Chron.3.21. פְּלַטְיָה *Pelatjah*, Pelatias, liberatio Domini.

Ierem.15.27. בֵּית פֶּלֶט *Beth-palet*, domus liberationis.

Ezech.

Ezech.11.1. פְּלַטְיָהוּ *Pelatjahu*, vel Pelatias, liberatio Domini.

Num.34.25. פַּלְטִיאֵל *Paltiel*, liberatio Dei.

Ios.16.1. יַפְלֵטִי *Iaphleti*, liberatus.

CCCCL.

סוּסִי Susi. σουσί, Susi.

*Num.*13.12.

NOmen סוּס *equus* speciei magis quam individui nota est. Radicem faciunt נָסַס *elevavit, extulit*: quod equi non caput solum, sed & totum corpus ac vocem superbè attollant: de qua num.LXVIII.in *Iehova-nissi*. A סוּס est Ϛάϛω, i.e. *onera præsertim bellica impono*, quod ferè coincidit cum nostro *sattelen/ sattel*/i.e. *ephippium*. Appropinquant etiam ἕζω, *sedere facio*, ἕζομαι, *sedeo*: & *sessor, sessio*. סָס verò est *tinea*: Ϛής Græcis eadem significatione: Matth.6.19.Esa.51.8.

Ios.19.5. חֲצַר סוּסִי *Chatzar susai*; atrium equi vel equitatus.

1.Chron.2.4. סִיסְמַי *Sisemai*, tinea aquarum.

CCCCLI.

נַחְבִי Nachbi, Nahbi. Nahabi. Nahebi. ναάβι.

*Num.*13.15.

ID est, *Absonditus, latens*: à verbo חָבָה vel חָבָא *latere, abscondere*. Esa.26.20. *Vade populе mi* חֲבִי *absconde te paullulum: donec præterierit indignatio.* חֲבִיוֹן *absconsio*. Hinc κεύθω, i.e. *occulto*: κιβωτὸς, *cista*. κώπη, *ciepe* & *cophinus*: & inserto ρ κρύβω, *abscondo*: ex quo postea factum est κρύπτω.

Esr.2.61. חֲבָיָה *Chabÿah*, absconsio Dei.

2. Samuel 23. 32. אֶלְיַחְבָּא *Eljachbah*, Deus abscondet.

CCCCLII.

וָפְסִי Vophſi. Vopſi. Vapſi. Vaphſi.

σαβί. ἀβί. βαφσί.

Num. 13. 15.

PAuca extant nomina propria apud Hebræos, quæ literam à fronte præfixam gerunt. *Vaheb*, Numer. 21. v. 14. *Vaſchti*, Eſter. 1. & *Vanjah* Eſr. 10. 36. *Vaſchni* 1. Par. 6. 28. Præſens nomen pertinet ad R. אָפַס vel פָּסַס. hæc enim ſynonyma ſunt, & ſignificant *attenuari, rarum eſſe, conſumi, finiri, deficeri.* פַּס eſt *particula, un morceau* Gallis, nobis ein bißlin: ſicut פַּת *fruſtum, buccella*: de quo in Pathruſim ſuprà num. 245. Hinc tunica פַּסִּים *particularum* pro verſicolore ſeu polymita, à πολὺς, *multus*, & μίτος, i. e. *filum licium*. Gen. 37. 3. Pro *volâ* etiam ſumitur Dan. 5. 5. ſeu palma, quę ſcribebat & Regem externabat ſeu attonitum reddebat: ubi potius intelligendum eſt, partem duntaxat manus prodigioſam ſcripturam in pariete exarantis Regi conſpectam fuiſſe: id quod horrorem ei augebat. Ab אָפַס eſt אֶפֶס *conſumtio, terminus, finis.* Hinc ἀφανίζω. *aboleo, deſtruo*: & *Vaſto*, wüſt/wüſten/verwüſten: πάσσω eſt *variego, textilibus picturis deſcribo.*

1. Par. 7. 33. פָּסַךְ *Paſach*, fragmentum vel diminutio tua.

1. Par. 11. 13. פַּס דַּמִּים *Pas dammim*, portio ſanguinum.

Eſr. 2. 50. נְפוּסִים *Nephuſim*, diminuti, exciſi.

1. Sam. 17. 1. אֶפֶס דַּמִּים *Ephes dammim*, fines ſanguinum.

CCCCLIII.

גְּאוּאֵל Geüel. Guël. Guel.

γεδιήλ.

*Num.*12.16.

IDest, Exaltatio Dei, à גָּאָה *magnificare, exaltare, extolli, superbire, tumescere, crescere.* גֵּאֶה *superbus*, & גַּאֲוָה *superbia, majestas, tumor.* sicut גַּאֲוָה & גַּאֲוֹן & גָּוָה & גָּאוֹה. Hinc γαίω, i.e. *superbio*, & ἀγή, *admiratio*, ἀγαστός, *admirabilis*, γαυρός, *superbus.* Adsonant apud nos hoch/hoheit/gay/jach/jauchzen: quod vitulabundi, seque præ alijs efferentes faciunt. Synonymum est גָּבַהּ *superbire*: de quo num. CLXXVIII.

2. Samuel 23.11. אַגַּה *Age*, superbus ein hochmütiger Mann.

CCCCLIV.

צִין Tzin, Sin. Zin. σίν.

*Num.*13.22.

NOmen צִנָּה est *frigus*: item *scutum, pelta, clypeus, arma.* R. צָנַן exponitur per *frigere frigescere*: sed in Scripturis non extat. צִנִּים & צִנִּים *spinas* esse volunt Prov. 22.5. & omnino has omnes significationes in unam quasi compingere studentes Grammatici docent, vocibus istis, quas recensuimus, acuminis, penetrationis ac læsionis vel perforationis punctionisque notam inesse: cuius analogia quoque in frigore, & in gustu rerum supra modum acidarum sentitur. Nos dicimus zinderen/zinneren. Referri itaque huc debent *spina*, spitz/*conus* pro apice, &c. Est desertum צִן Tzin in tetra Edom, quod aliàs Kadesch, vel desertum Pharan dicitur, spinis acutis abundans, adeoque ex re nomen sortitum. Numer. 33. vers. 36. Exod. 16. vers. 1.

est סִ֫ין: quod idem cum צִ֫ין esse quidam volunt, alij distinguunt.

Iud.12.10. אִבְצָן *Ibtzan*, pater clypei.

Ierem.35.2. חֲבַצִּנְיָה *Chabatzinjah*, debitum clypei Domini.

Ios.15.37. צְנָן *Tzenan*, frigiditas vel scutum.

CCCCLV.

שֵׁשַׁי Scheschai. Sesai. Sisai. Sesai. σεσεί.

*Num.*13. 23.

NOmen שֵׁשׁ est *byssus* genus lini subtilissimi, candidissimi & omnium pretiosissimi, ab albore procul dubio sic dicti: nam & שֵׁשׁ marmor significat illud candidissimum, quod Parium vocant. Denique שֵׁשׁ est sex vel sextus à R. inusit. שָׁשָׁה, unde שִׁשִּׁים *sexaginta*, שִׁשִּׁי *sextus*. Mira est in numeris hisce harmonia: ut ab uno eodemque autore acceptos eos in orbem universum dimanâsse hinc evadat clarissimum: dicimus enim sechs/ἕξ, *sex*, *six*, &c. Erat *Scheschai* Gigas haud dubiè sedigitus, qualis ille, cuius est mentio 1.Paral.20.6. & 2.Sam.21.20. itaque ex re ipsa nomen accepit Scheschai.

1.Reg.4.3. שִׁישָׁא *Schischa*, sextus.

Ier.25.27. שֵׁשַׁךְ *Scheschach*, linum vel byssus tua.

CCCCLVI.

תַּלְמַי Talmai. Thalmai. Tholmai. Thalmai. θελαμεί.

*Numer.*13.23.

תֶּלֶם est *Sulcus* vel *area*, aut potius *porca*, seu ille terræ tumulus, qui in arvo inter arandum prominens

nens relinquitur: à תָּלַל *elevare instar tumuli, in altum fastigiare.* תֵּל *pharetra.* Consentiunt græca θόλος, *tholus*, i.e. *camera fastigiata*, & θολία, *pileus fastigiatus, qui in acumen desinit*: & *tellus*, in quâ aratâ sulci fiunt. θίλος, *acervus.* Et Lat. *tollo*: & πέλμα, *ager*, qui sulcis constat.

Ezech. 2. 25. תֵּל אָבִיב *Tel abib*, acervus novarum frugum. *Choma* reddit Iunius. De chomatis vide ff. de Extraord. crimin. lib. 47. tit. 11. Choma, χῶμα, ab Hebræo חוֹמָה esse arbitror: quod muri instar aquas cohibeat; *choma* enim agger est. Vide CCXVI. in Cham.

Esr. 2. 59. תֵּל מֶלַח *Tel melach*, cumulus salis: infrà DCCXCVII.

Matth. 10. 3. בַּר-תַּלְמַי *Bar-tolmi*, Bartholomæus, filius sulci.

2. Tim. 4. 10. *Dalmatia*, à תֶּלֶם, quasi benè culta, & porcis atque sulcis, i.e. cultis agris abundans.

CCCCLVII.

עֲנָק Hhanak. Anac. Enac. Enak. ἐνάκ.

Numer. 13. 23.

NOmen hoc est Gigantis celebris, à quo vocari deinceps alij voluerunt עֲנָקִים *Gigantes*, quasi torquatos dicas, à עֲנָק *torques*: talibus enim insignibus olim viri fortes ornabantur. עָנַק in Kal est *torque ornare.* Referûtur huc ἄναξ, ἀνάκτωρ, i.e. *rex, herus.* Cæterum numerosas Gigantum familias extitisse in terra Chanaan, ostendit varietas nominum, quibus hæc progenies formidabilis passim insignitur. Dicuntur נְפִילִים Genes. 6. 4. *defectores seu apostatæ*: vel quod vastando & grassando omnia prosterne-

rent: נָפַל enim, i.e. cadere, in Hiph. הִפִּיל, est prosternere. Vocantur אֵימִים *terrifici* Deut. 2.9. ab אֵיוֹם *formidabilis*. Et זַמְזֻמִּים Deut. 2.19. *iniqua & turpia machinantes*, à זָמַם. Item רְפָאִים à רָפָה *remissum esse: quòd terribili sua statura homines pavidos redderent & remissos.* זוזים Gen. 14.5. quasi *postes* & *cardines*, quod rerum omnium arbitri esse vellent. Denique גִּבּוֹרִים *fortes*: hanc enim vocem vetus Interpres sæpe per *Gigantes* exposuit: quę omnia suis sigillatim locis suprà elucidauimus.

CCCCLVIII.

זֶרֶד Zered. Zared. Sared. Ζαρέδ.

Num. 21. 12.

IDest, *Dispersa potestas*: à verbo זוּר *dispergere, compximere, frangere*: zerren / zerzerren: quod nostrum Germanicum plerisque Radicis significationibus respondet: quæ variæ aliàs sunt, & vix uno verbo Latino exprimi possunt. De רוּד *dominari* vidimus num. CCLVII. Est autem *zared* torrens in deserto Moab: de quo Deut. 2. 14.

Est. 5. 14 זֶרֶשׁ *Zeresch*, extranea paupertas. זָר extraneus.

1. Chron. 3. 19. זְרֻבָּבֶל *Zerubbabel*, pereprina confusio: vel ut alibi monuimus ex Theophylacto, *satus in Babylone*. à זָרַע.

CCCCLIX.

וָהֵב Vaheb. Vaheb. Ζοὼβ.

Num. 21. 14.

IDest, *Dilectio*, à R. אָהַב dilexit: sicut אֶפֶס ab וָפֶס num. CCCCLII. Pagninus in Lexico peculiarem inter Radices locum huic nomini assignat, & addit: *Nos vertimus, Quod dedit in mari Suph.* à יָהַב *dare*:

unde

unde alij molem vel onus exponunt. Non desunt qui וָהַב *lapidis nomen esse putent.* יָהַב *tradere, dare,* non nisi in imperativo reperitur apud Hebræos Prov. 30. 15. *Hirudinis duæ sunt filiæ,* הַבוֹהַב *Affer, Affer*, Plur. הָבוּ *date*: unde geben. Ab אָהַב (cui synonymum est עָגַב) est ἀγαπάω, i.e. *diligo*: quam radicem monstrat Scriptura in expositione cognominis, quod Nathan Salomoni discipulo dedit. 2. Sam. 12. 24. & 25. nempe *Iedideha*, i.e. amatus Deo.

CCCCLX.

נַחֲלִיאֵל Nachaliel. Nahaliel. Nahaliel. ναδιήλ· ναλιήλ.

Num. 21. 19.

ID est, *Hæreditas Dei.* Verbum נָחַל est *hæreditare seu hæreditariò accipere, possidere, succedere in familiâ*: in Hiphil, *hæredem instituere, hæreditate relinquere, hæreditario distribuere.* נַחֲלָה *hæreditas.* נַחַל autem est *torrens*: nam torrentis instar & sæpe nihil tale suspicantibus accidunt hæreditates: hinc aliqui glück / à נַחֲלָה deflectunt. Omnino autem ortum ab Hebræo suum habet λαγχάνω, *sortior*, λάχος, *sors*: cui consonat etiam langen / erlangen: & λάζομαι, *prehendo, apprehendo.*

Psal. 5. 1. נְחִילוֹת *Nechiloth*, hæreditates: ut quidam volunt. Sed nos *organa pneumatica* interpretantes, à חָלַל deduximus, num. CXCII. q. d. *perforata.*

NILVS antonomasticè à נַחַל, quia est omnium torrentium maximus & celeberrimus. Phœnices & Ægyptij *Neel* dicunt. Lucan. lib. 9. *Atq; alij Reges Nilo torrente natabunt.* Strabo tib. 1. Geogr. Torrens amplius quàm reliqua flumina augetur pluvijs aquis. Nilus ipsos torrentes eo ipso superat tanta copia aquæ tam longo turgens tempore.

Fullerum vide c. 8. l. 2. Misc. ubi cæteras vanas Græcorum ineptasque derivationes eviscerat atque exdorsuat.

CCCCLXI.

סִיחֹן Sichon. Sihon. Sihon. Sehon.

σηών.

Num. 21. 21.

E *Radicatio, evulsio, destructio*, à R. נָסַח *extirpavit, abrasit, destruxit*. Cognatum ei est סָחָה, quod propriè *scopis everrere* significat. מַסָּח *destructio, demolitio*. Hinc ϛίνω, *noceo*, & σμύχω, *tero, attero*. Vide numer. CCCXXXIV. de שָׁחַת *perdere*: & שָׁחַט *mactare*. מַשְׁחֵרֶת *internecio, laniena*, Gallis *massacre*, meßlung / meßschung.

1. Par. 7. 36. סוּחַ *Suach*, extirpatio, eradicatio.

CCCCLXII.

יְהַצָּה Jahatza. Jahas. Jasa. Jachza.

ἰασσά.

Numer. 21. 23.

NOmen civitatis tribus Ruben à rixâ, lite, contentione & jurgio dictæ: מְצָה enim est *lis, contentio, rixa*, à verbo נָצָה. quod in Kal est *velociter ire*: in Niphal autem significat *contendere, rixari, involare*: qui enim contendit, in alterum involat. Galli hinc habent *noise*: nos vnnůß / sich vnnůß machen: & Græci, νοϛέω, i. e. *seditionem vel litem moveo*. נוֹצָה est pluma. Latinis *noxia* est jurgium. Sic Ausonius:

Sæpe in conjugijs sit noxia, si nimia est dos.

נֵץ *accipiter*. Hinc Græcum νεοϛός, *pullus avium*, νίσϛομαι, *celeriter eo, & quasi volo*: νοϛιὰς, *nidus*, nest.

Ios.

Ioſ.18.26. מֹצָה *Motza*, jurgium: vel gluma. à R. מוּץ, i.e. *gluma, palea, quisquiliæ*. Vide DCCVIII. De Iahetza vide DCCXXXII.

CCCCLXIII.

חֶשְׁבּוֹן Cheſch bon. Hesbon. Heſebon. Ἡσεβών. Ἐσεβών.

*Num.*21.25.

NOmen civitatis Moabitarum in Gilead, *cogitationem, ratiocinationem* vel *numerum* notans Eccleſ.7.28.& 9.10. à חָשַׁב *cogitavit, exiſtimavit, putavit, imputavit, computavit, ſupputavit, ratiocinatus eſt* vel *imaginatus, arbitratus*. Reſpondet Græco λογίζεσθαι, quo verbo decies utitur Paulus in ſolo cap.4.Ep.ad Romanos: ubi etiam locum Pſalmi 32. verſ.2. inculcat. חָשׁוּב *ingenioſus, induſtrius*, qui ſubtiliter aliquid in artibus excogitat. חֶשְׁבּוֹן eſt *artificium, opus eruditè excogitatum*. Referri huc poteſt ſchefft/ geſchefft/ ſchaffen/ & Σοφὸς, i.e. *ſapiens*. ψῆφος *calculus arithmeticus, quo utimur in ſupputando*. Item *ſcabinus, ſcabinatus*: ubi graves cauſſæ eruditis ratiocinationibus deciduntur. Cognata Radix eſt חָקַר attendere: unde Σκέπτομαι & Σκοπέω, *ſpeculor*.

Neh.9.5. חֲשַׁבְנְיָה *Chaſchabnejah*, numeratio Domini.

Neh.8.6. חַשַׁבַּדָּנָה *Chaſchbaddanah*, cogitans judicium.

1.Par.9.14. חֲשׁוּב *Chaſchub*, æſtimatus aut numeratus.

1.Chronic.3.19. חֲשׁוּבָה *Chaſchubah*, cogitatio, numeratio.

CCCCLXIV.

נֹפַח Nophach. Nopha. Nophe.

Nopha *Num.*21.30.

ID est, *Insufflans, spirans*, à נָפַח *sufflavit, efflavit, spiravit.* Nomen מַפֵּחַ est *sufflatorium* seu *follis:* cuius synonymum est פּוּחַ. In Benoni גֹּפַח *flans, flator*, ut est apud Festum. *Tibia calamoque flantes.* ap. Arnob. lib. 2. Videtur R. præsens ex ipsa natura esse expressa, & spiritus ab ore exsufflationem in ipsa pronuntiatione repræsentare: id quod Græci quoque imitati sunt in πνεῦμα, & Latini in *Flo*, & Germani in blasen: omnia enim hæc nisum quendam vehementiorem cum celeri spiritus ex ore expulsione in pronuntiatione requirunt. פַּח est *laqueus*: unde παγὶς, ἰδ Ͻ, & παγὴ, *laqueus*: & *pedica.*

Jos. 12.17. תַּפּוּחַ *Tappuach*, exsufflatio, insufflatio: item pomum. V. DCCCCXVII.

1. Sam. 9.1. אֲפִיחַ *Aphiach*, flans.

1. Par. 7.24. רָפַח *Rephach*, relaxatio laquei.

CCCCLXV.

עוג Hhog. Og. Ogᵹ. ὠγ. *Num.*21.33.

ID est, *Subcineritius panis, placenta vel torta.* Hîc in re omnibus hominibus communi & necessaria iterum linguæ ad amussim consentiunt. R. enim עוג vel עגג est *coquere*, kochen/ Ital. *cucinare*, Gall. *cuire, cozinare* Hisp. koken Belg. עוּגָה kuchen/ torta subcineritia vel panis subcineritius. Philosophantur Grammatici de verbo *coquo*, quod dictum volunt quasi *coago*: eò quod calor humidum, quod aliàs est ἀδιόριστον, & seipso terminari non potest in coquendo cogat & congreget. Sed frustrà. Nos ubi ad Hebræos fontes ventum est, quiescere jubemur.

CCCCLXVI.

CCCCLXVI.

אֶדְרֶעִי Edrehhi. Edrei. Edrai. Edrehi. ἐδρεϊν.

Num. 21. 33.

A *Cervus fortitudinis* vel magnificentiæ ac roboris: est enim urbs vel arx Ogi Regis Basan. De עֲ, i.e. *acervus*, egimus in nomine Hai, nu. CCLXXXVIII. אַדִּיר est *magnificus, robustus, fortis, prævalidus, strenuus, insignis, grandis*. Est sæpe epitheton Dei fortis: à R. אָדַר, quæ in Niph. נֶאְדַּר est *roborari, magnificari*. Hinc αἰθὴρ, *æther*: immerito enim Aristoteles lib. 1. de Cælo cap. 3. Anaxagoram reprehendit, quod à splendore & luce ætheris nomen trahat: dum ipse ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, i.e. *semper currendo*, deflexum cupit. Certe æthra αἰθρα propriè est cælum illustre & coruscans. Aristoteli tamen succurrere potest Chaldaica significatio verbi אָדַר *subsilire, saltare*: unde θόρω & θορέω *salio* & *insilio* decerpi queunt: & θοῦρος, *impetuosus*, θουραῖος, *potens*. Ab אַדִּיר porrò & ἀδρὸς, *splendidus, opulentus*: adorea, i.e. *gloria ex rebus præclarè gestis parta*: item hetter/ i.e. *clarum, lucidum*.

Ios. 16. 5. עַטְרוֹת אַדָּר *Hhataroth-addar*, coronæ potentis.

Est. 3. 7. אֲדָר *Adar*, magnificus, nomen mensis XII. qui respondet Februario.

Num. 34. 4. חֲצַר אַדָּר *Chatzar-addar*, atrium magnificum.

2. Sam. 20. 24. אֲדֹרָם *Adoram*, potentia vel pallium eorum, ab אֶדֶר pallium.

2. Reg. 17. 31. אַדְרַמֶּלֶךְ *Adrammelech*, magnitudo vel potentia, vel pallium REGIS.

2. Maccab. 12. 26. *Atergation*, fortis exercitus; à גֵּד.

2. Reg

1.Reg.12.18. אֲרוֹרַם *Adoram*, robur excelsum.

CCCCLXVII.

בָּלָק Balak. Balac. Balak. βαλάκ.

Num. 22. 2.

RBLK est *evacuare, dissipare, effringere, desolare, nudare, depilare*: à qua postrema significatione dependet nostrum pflicken/i.e. *deplumare*, & *pilus*, flocke: & φλογὶς, ίδος, i.e. *pluma, squama, penna*.

CCCCLXVIII.

פְּתוֹר Pethor. Pethor. φαθυρᾶ. φαθυρά. φαθυρά.

Num. 22. 5.

HAnc urbem *Pacoriam* esse censet Junius impositam Euphrati: ut ex Ptolomæo constat. פָּתַר est *interpretari, exponere, declarare somnia*: de somnijs enim usurpata solùm reperitur. Si labialem unam in aliam, *p* nimirum in *m* vertas, exibit inde nostrum Traum. Verùm adsonant planius *pretor, interpretor*, & φράζω, ἐκφράζω, διαφράζω, μεταφράζω, i. e. *expono, eloquor, transfero*. item predigen.

CCCCLXIX.

קִרְיַת חֻצוֹת Kirjath-chutzoth. Husoth.

Num. 22. 39.

IDest, *Civitas platearum*. De קִרְיַת, i.e. *civitas* egimus in Kirjathaim cccv. Nomen חוּץ est *platea*, eine gasse/(quæ nostra vocula ab Hebræâ sumta est) item *extra, prater, foris, foras*: quia platea est locus exterior,

terior, opponiturque מִבַּיִת, i.e. *intrinsecus.* מִחוּץ est *extrinsecus*, Gen. 6. 14. von aussen. Sic hausſen/euſſerſt/ ἔξω, *extra: extro, as, are: externus*, &c.

CCCCLXX.

פְּעוֹר Pehhor. Phogor. Peor. Phegor. Peor. Βελφεγώρ. Φοβώρ.

Num. 23. 32. *c.* 25. 3.

ERat hoc idolum Moabitarum, quod infra cap. 25. 3. Bahhal-pehhor dicitur: à quo montis vertex, cuius hîc fit mentio, nomen quoque accepit. Quale autem illud fuerit præterquam idolum turpitudinis, haud invenit narratum apud Hebræos Origenes quamvis diligentiſſimus. Ita enim ille in Numeros Homil. 20. *Beelphegor idoli nomen eſt, quod apud Madianitas præcipuè à mulieribus colebatur. In huius ergo idoli miſteriis conſecratus eſt Iſraël. Interpretationem nominis ipſius cum requireremus attentius inter Hebræa nomina, hoc tantum invenimus ſcriptum, quod Beelphegor ſit ſpecies turpitudinis. Noluit tamen declarare, quæ vel qualis ſpecies vel cuius eſſet turpitudinis; honeſtati credo conſulens, qui interpretatus eſt, uti ne auditum pollueret audientium. Igitur cum multæ ſint turpitudinum ſpecies, una quædam ex pluribus turpitudinis ſpecies Beelphegor appellatur.* Hæc ille. Auguſtinus verò in Pſ. 105. *Adjuncti ſunt*, inquit, *Baal Peor, & comederunt ſacrificia mortuorum: unde intelligimus, victimas Diis manibus ſeu Iovi Stygio, qui Moth Phœnicibus dictus eſt, id eſt Pluto, ſive mortuorum Deus, mactatas fuiſſe & rite juſta facta ab epulantibus.* Aliàs communis fere eſt ſententia Patrum, Baal Peor, quem *Phegorium* dicunt, ipſum fuiſſe *Priapum:* de cuius fæditate plus eſt in ſcriptis Ethnicorum, quàm caſtitati legen-

legentium utile est. Vocabuli originatio torsit multos, nos paucis rem expediemus. פָּעַר dicunt esse *os aperire*, & in genere *aperire*, item *hiare* & *nudare*: Ps. 119.131. Iob. 16.10. Esa. 5.14. Idolum itaque dictum ajunt ab apertione & nuditate, quod *Peor* seu *Priapus* esset Deus turpitudinis ac libidinis, quæ in lingua Hebræa nuditatis nomine significatur. Mirè convenit huic Radicis expositioni lingua Germanica. Dicimus enim baarhewptig capite aperto esse, baarfüssig gehen / nudis pedibus incedere. *Priapum* proinde, à פָּעַר dictum esse minimè dubito, præsertim cum nimis frigida sint & longè petita, quæ Græci Originatores de βεμπύω nugantur, quasi is sit Priapus, in cuius sacris infames clamores excitari sunt soliti: à βε particulâ intensivâ, & ἤπυειν vociferari. Non est omittendum, quod ex Philone Hieronymus habet ad cap. 9. Oseæ; compositum nempe nomen βεελφεγὼρ esse ex tribus vocibus, בַּעַל & פְּ' & עוֹר, i.e. *superius os pellis*, τὸ ἀνώτερον στόμα δέρματος. Intelligit itaque Hieronymus fictum esse nomen ex his tribus, ac tantundem esse ac si dicetes: *Baal in ore seu in summitate habens pellem distentam: ut turpitudinem membri virilis ostenderet.* Chaldæis פָּעַר est *egerere*, *cacare*: unde πέρδω, *pedo*, & βδέω eiusdē significationis: & nostrum furtz / πόρδη, fürtzen. Hinc manavit egregia illa Scaligeri conjectura: *Baal Samajim* οὐρανῶν, *Baal-reem*, βρουτεὺς, *quem ridiculo nomine Scriptura Baal-Phegor vocat, quod est* πορδεὺς, non βρουτεύς. In Elencho Trihæresij Nic. Serar. pagin. 18. Vox עוֹר est *pellis*, *cutis*: de quâ in Rad. עוּר num. CCCXXVIII.

CCCCLXXI.

סָלוּא Salu. Salu. Sallu. σαλῶ.

*Num.*25.14.

ID est, *Æquiparatus*: à סָלָא vel סָלַל *æquiparare, conferre, æstimare, æquare*: item *conculcare, prosternere*: Sic סָלַל *sternere viam, exaltare, elevare*, propriè *viam*. Stetni autem solent & ordinari, quæ inter se æquantur & comparantur: sic sanè solent Grammaticè has Radices inter se conciliare. Quia, inquiunt, סָלַל propriè significat viam alicui sternere honoris caussa, inde fit, ut etiam sumatur pro extollere, evehere, elevare. Pertinet huc nostrum sahl ab æquando simul & sternendo: ut Luc.22.12. ἀνώγεον ἐστρωμένον, i. e. *cœnaculum stratum*. Quatenus autem æstimationem insinuat Rad. proposita, reduci ad eam potest *salarium*, quod pro magnitudine laboris alicui solet constitui, & sold/solden/schlagen/anschlagen. Pro *conculcare* autem sumtum סָלָה vel סָלַל affinitatem habet cum *solum*, sohle/*solea*, &c.

2.Regum 12.1. סִלָּא *Sillah*, æquiparatio, vel exaltatio.

Deuter.3.10. סַלְכָה *Salcah*, conculcatio, vel canistrum tuum: סַלְסִלּוֹת canistri.

CCCCLXXII.

נְמוּאֵל Nemuel. Nemuel. Namuel. ναμυήλ.

*Num.*26.9.

ID est, *Dormiens Deus*, à Radice נוּם *dormitare paululum, dormire* seu *dormiturire*: תְּנוּמָה *dormitatio*: cui assonant ὕπνος, *somnus*: & μένω, *dormio*: νυ στάζω,

νυσάζω, *dormito* : ad quod R. הָזָה accessisse videtur: nam & ista *dormiendi* significationem habet. Asperum spiritum Græcorum Latinis in *s* transire ex multis vocibus constat, v.g. ὗς, *sus*, ὑάδες, *suculæ*, ὕδωρ, *sudor*, ὑπὲρ, *super*, ὅμοιος, *similis*, ὕλη, *sylva*, : ita ex ὕπνος, *fit somnus* : *p* & *m* creberrimè inter se cõmutantur : ת etiam in תְּנוּמָה ad sibilum exprimendum cogitur usu pronuntiantium, præsertim ubi dictionem finit. De אֵל V. num. XLII.

Ios. 19. 33. צַעֲנַנִּים *Tzahhanannim*, lectus dormientis.

CCCCLXXIII.

חֵפֶר Chepher. Hepher. Hepher.

ὄφερ.

Numer. 26. 32.

ID est, *Fodiens, explorans* : it. *erubescens.* Duo enim significat חָבַר. primò *fodere, scrutari, explorare, pervestigare* : quas significationes nos quoque in graben & grůblen retinemus cum omnimodâ vocis Hebrææ convenientia. secundò *erubescere, pudore, suffundi* : quæ significatio in eo convenit cum superiore, quod qui probrosum aliquid commisit, unde erubescere sit necesse, latibula quærat, & locum circumspicere soleat, quò se possit abdere & hominum conspectum effugere. Præter graben & grube/ etiam bohren / bõhrer/ brun/ & consimilia huc spectant, ut & *foro, perforo, foramen*, φείρω, i.e. *transfodio, cavo, scrobs, scarabæus.*

Ios. 19. 19. חַפָּרַיִם *Chapharajim*, fodientes.

CCCCLXXIV.

CCCCLXXIV.

צלפחד Tzelophchad. Selophhad. Salphaad. Zelaphehad.

σαλφαάδ.

Num.26.33.

ID est, *Vmbra formidinis* vel *testiculi*. De צֵל *umbra*, v. num. CCVI. in nomine Tzilla. Verbum פָּחַד est *pavere, formidare, timere, trepidare metu*. פַּחַד *timor*: פַּחַד *testiculus*: hos enim pavoris sedem esse, & ad pericula tremere quidam tradunt. Hinc *paveo, pavito*, & ζαgen: & πλοίω, *terreo*, πλήσσω, πλώσσω, *timeo, formido*: πλωξ, *pavidus*. Si demas ex פְּחָרִים primam radicalē, exit inde nostrum hoden / quod est eiusdem significationis.

CCCCLXXV.

תִּרְצָה Thirtza. Thirsah. Thersa. Thirza. θερσά.

Num.26.33.

ID est, *Placens* vel *suavis*: à רָצָה *velle, placere, propensō in aliquem esse animo*. Quod Græcis est εὐδοκεῖν: item gratum, acceptum & approbatum esse: it. ambulare. רָצוֹן est *benevolentia, favor, gratia, placabilitas*, Gr. εὐδοκία, χάρις. Est hoc nomen etiam proprium Vrbis in terra Jisraëlis ab amœnitate sic dictæ Ios.12.& 1.Reg.15. Non longè abscedunt δρέσκω, *placeo*, δρετή, *virtus*, χάρις, *gratia*, gruß / i. e. *salutatio*.

2.Reg.15.37. רִצּוֹן *Retzin*, voluntas, voluntarius.

1.Par.7.39. רִצְיָה *Ritzjah*, idem.

CCCCLXXVI.

שׁוּתֶלַח Schuthelach. Suthélah. Suthala. Sethelah. σεθαλᾶ. σούθαλα.

Numer.26.35.

IDest, *Plantatio viriditatis* : à שָׁתַל *plantavit*: שְׁתִיל *plantatio, plantula, surculus.* Duci hinc potest ſtiel/ſtengel: & στέλεχος, i.e. *truncus, caudex*: it. *ſtolo.* De לַח, i.e. *viror, humiditas*, egimus in Ramath lechi, num. c111. Fuit iſte primogenitus Ephraimi, principium roboris eius, ut Ruben, Gen. 49.3.

CCCCLXXVII.

שְׁפוּפָם Schephupham. Sephupham. Supham, Schupham. Supham. σωφάν.

Num. 26. 39.

IDest, *Conterens eos*, à שָׁפָה vel שׁוּף *contudit, contrivit, fregit*: שֶׁפִי *contritio.* Hinc ſchifern: quod de eo dicimus, quod in minutas portiunculus confringitur. Gen. 3.15. תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב *conteres ei calcaneum.* Significat etiam R. propoſita, *eminere*: שֶׁפִי *altitudo*, pl. שְׁפָיִם *excelſa.* Hinc forte eſt ſchieben/in die höhe ſchieben. שְׁפוּר ſchaffeſe/*caſei lactis vaccarum.* שְׁפִיפוֹן *ceraſtes*, genus ſerpentis octo cornua præferens.

1. Paral. 8. 16. יִשְׁפְּא, *Iiſchpah*, Iaſpis.

Apoc. 21. 19, יַשְׁפֵּה *Iaſchpeh*, Iaſpis: quod nomen eſt usquequaque notiſſimum, ſicut & סַפִּיר Sapphirus. Vid. Fuller. lib. 6. c. 8. Miſc.

CCCCLXXVIII.

CCCCLXXVIII.

שׁוּחָם Schucham. Suham. Suham σαμέ. σαμεῖ.

Num. 26.42.

Fovea eorum, à שׁוּחָה *fovea*: de quo egimus numer. cccxxxiv. Sed potest negligi ש jamin, & pro eo substitui schmol: ut שׁוּחָם sit *meditatio* vel *loquela eorum*, à שׂוּחַ *loqui ore & corde, meditari, orare, confabulari.* Hoc extat Gen. 24. 63. Et egressus est Isaac לָשׂוּחַ *ad meditandum aut orandum in agro.* שִׂיחַ & שִׂחַ est *opus, negotium, meditatio, occupatio, eloquium*: unde est nostrum sagen/sage/& *sagio, præsagio.*

CCCCLXXIX.

רֶקֶם Rekem. Recem. Rekem. ῥὲ-κόμ. ῥόκον. ῥ᾽κόμ. ῥεκέμ.

Num. 31.8.

VNus ex Midianitarum Regibus, quos occiderunt Israëlitæ: à רָקַם *acu pingere, intexere varia fila, diversorumque colorum, variegare.* Moses duo vocabula usurpat מַעֲשֵׂה חוֹשֵׁב & מַעֲשֵׂה רוֹקֵם: ubi LXX. priorem vocem utplurimum vertunt ἔργον ὑφαντοῦ, posteriorem ἔργον ποικιλτοῦ; semel ἔργον ῥαφιδευτοῦ. R. Eliezer dicit, *Rokem* acu fieri, ideoque faciem unicam habere, *Choscheb* esse opus textile, atque ideo duas facies habere. Neque dubium est, quin Ital. *ritamare*, Hisp. *recamare*, Gall. *recamer* sint originis Hebraicæ: de ijs autem dicuntur, quæ acu fiunt. Vetus interpres utrãq; vocem modò *plumariũ* promiscuè, modò *polymitũ* vocat. Cap. in hist. p. 85. רִקְמָה vestis Phrygionica, i. e. acu picta ab autoribus vel

artificibus sic dicta. Inde sunt Rock / & ῥάκος vel ῥῶξ, & Phryx. *Rica* est velum mulieris.

CCCCXXC.

עַטָרוֹת Hhataroth. Ataroth. Atroth. Ἀταρώθ.

*Num.*32.3.

ID est, *Corona*, in sing. עֲטָרָה *corona, diadema*, & ex harmonia apertissima linguæ Latinæ & Græcæ κίδαρις, *tiara*. Synonymum, idque maximè affine est כֶּתֶר *diadema, corona, cidaris*. כְּתָרֶת *capitellum* in columnis. quod sit instar coronæ. R. כָּתַר cinxit. Hinc κίδαρις, *cidaris*: quod insigne erat Regum Persarum fascia cærulæa albo distincta. עָטַר est coronare. Quibus omnibus accedunt nostra krone / krönen / gekrönt.

1.Chron.2.26. עֲטָרָה *Hhatarah*, corona.

Ios.16.2. אַרְכִּי עֲטָרוֹט *Arci hhataroth*, longitudo coronarum.

Ios.16.5. עֲטָרוֹת אַדָּר *Hhataroth addar*, coronæ potentis.

CCCCXXCI.

שׁוֹפָן Schophan. Sophan. Sopham. Sophan. σοφάν.

*Num.*32.35.

ID est, *Cuniculus*. aliàs שָׁפָן vel צָפָן (de quo in Tzaphnat num.1111.) *abscondere*: quia in petris se recondit. סָפַן quoque est *operire, tegere*.

2.Reg.22.3. שָׁפָן *Schaphan*, cuniculus.

1.Par.8.22. יִשְׁפָּן *Iischpan*, absconditus.

CCCCXXCII.

CCCCXXCII.

שִׂבְמָה Sibma. Sabama. Sibama. σεβαμά.

Num.32.38.

IDest, *Canities multa*, à שׂוּב *canescere*: quod plus est quam זָקַן *senescere*, ut patet ex 1.Sam.12.2. ubi Samuel dicit: *Ego senui* וְשַׂבְתִּי *& canui.* שָׂב *canus, decrepitus,* שֵׂיבָה *canities.* Per inversionem inde exit nostrum weiß: quod proprium est senum. weissen/ i.e. *canescere.* Directè σέβω, σέβομαι, *colo, veneror:* hoc enim debetur senibus: juxta id: *Coram cano capite assurges:* Lev.19. unde & πρέσβεις dicuntur ab eadem origine. A זָקַן ablatâ primâ radicali, est *canus.* Alterum ex quo constat שִׂבְמָה est בָּמָה: de quo in Aholibamah, num. CCCLXI.

2.Sam.17.27. שֹׁבִי *Sobi*, canities.

CCCCXXCIII.

נֹבַח Nobach. Nobah. Nobe. Nobah. ναβάν. ναβά.

Num.32.42.

IDest, *Latrans.* Es.56. Canes muti non valentes לִנְבֹּחַ *ad latrandum.* Alibi non legitur. Facit huc aliquo modo *baubari* & βαύζειν: quod à sono esse deductum ipsa pronuntiatio edocet, nempe βαῦ, βαῦ: unde βαύζειν: quemadmodum à κόκκυξ, κοκκύζειν, à ὠὶπ, πίπ, πιπίζειν ap. Lucian.

2.Reg.17.31. נִבְחַז *Nibchaz*, nomen idoli caput caninum habentis. forte Hecate, ut Munsterus & Schindlerus arbitrantur. Forte *Anubis*, Canis ille

Ægyptiorum. Servius: *Anubis linguâ Ægyptiacâ dicitur canis.*

CCCCXXCIV.

דָּפְקָה Dophka. Dophcah. Daphca. Daphka. ῥαφακά.

*Num.*33.12.

IDest, *Pulsatio* seu *impulsio*, à דָּפַק *continenter pulsavit, impetum fecit.* Cognatæ significationis est verbum דָּבַק *persecutus est, comprehendit, compegit, consectando assecutus est*: item *adhæsit, agglutinatus est.* Hinc Græce & Latinè βάκτρον, βακτηρία, *baculus*: quo aliquid impellimus. Genes.33. וְדָפְקוּם *si impulerint pecora, morientur omnia.* Item κόπτω, *ferio, pulso.* Ad compactionem autem atque adhæsionem verbi דָּבַק optimè quadrat Græcum πήγνυμι, πηγνύω & πήσσω, i.e. *compingo.* Est *Dopkah* noua statio Iisraëlitarum in deserto. πηκτὸς, *compactus*, πίσσα, *pix*, pech/packen/packet/zusammenpacken.

CCCCXCV.

אָלוּשׁ Alusch. Alus. Alus. αἰλούς.

*Numer.*33.13.

IDest, *Conspersio, subactio, commistio*: à לוּשׁ *subigere farinam, miscere cum aqua, conspergere.* Videtur hoc verbũ quodãmodo exprimere sonitum eum, quẽ reddit farina, quando cum aqua ei infusa subigitur, & in consperſionem seu massam agitatione & compressione digitorum formatur ac cogitur. Aliàs

liàs referri huc potest Græcum λιάζω, *agito, turbo* ut fit in subactione. Est *Alusch* x. statio Israëlitarum in deserto.

CCCCXXCVI.

רִתְמָה Rithmah. Rithma. Rethma. Rithma. ῥαθαμᾶ.

Numer. 33. 18.

NOmen xv. stationis Israëlitarum in deserto, à *iuniperis* nuncupata. רֹתֶם est juniperus, ἄρχευθος & *genista*, à Rad. רָתַם *ligavit, vinxit*: genista enim lenta est & ad ligamenta peridonea. Græcis hinc est ἐξάδαμνος, *vimen* aptum ad fasciculos colligandos. *Germen* quoque & gerte & rute / ad R. satis propinquant.

Ierem. 50. 21. מְרָתַיִם *Merathajim*, juniperi. vide ad h. l. Iunij annotationes.

CCCCXXCVII.

רִמּוֹן פֶּרֶץ Rimmon-peretz. Rimmon-peres. Remmon-phares. Rimmonparez. ῥεμβὼν φαρές.

Num. 33. 19.

HÆc decima sexta statio Israëlitarum in deserto, à *divisione mali granati* nomen habet: רִמּוֹן n. est malum Punicum, vel malus Punica, pl. רִמֹּנִים. Rad. est inus. Habent hinc Græci suum ῥοὰ & ῥοιά, id est, malus Punica, & ῥοών, ῶνος, locus consitus malis Punicis. Propius abest Latinorum *ramus*, quæ

quæ vox κατ' αὐτονομασίαν & παροχλῶ fortasse ex Hebraâ Radice decerpta est, ob pulchritudinem arboris malogranati, atque adeo in omnes ramos derivata. Nos *limon*/*limonien*/ secuti Gallos, dicimus, quibus est *limon* malum citrium. Nec enim est infrequens speciei unius pro altera usurpatio & denominatio, præsertim ubi de arboribus, fructibus, lapidibus, gemmis & similibus rebus negotium est, L autem in R, & contra facile mutatur; ut evenire solet in Liquidis omnibus. De פְּרִי vide numer. XLIX.

Zach. 12.11. הֲדַד רִמּוֹן *Hadad-rimmon*, celeusma mali granati.

1. Reg. 15.18. טַבְרִמּוֹן *Tabrimmon*, bonum malogranatum.

1. Paral. 6.76. רִמּוֹנָה *Rimmono*, malum granatum, eius.

CCCCXXCVIII.

קְהֵלָתָה Kehelah, Ceelatha, Cehelah. Μακελάθ. Kehelatha.

Num. 33.22.

NOmen XIX. stationis, notans *collectionem* seu *congregationem*, à קָהַל *congregavit*, *consociavit*: unde est καλεῖν, i.e. vocare & *calare* antiquum verbum: à quo *intercalare* & *intercalares dies* vel menses: & *calendæ*, quibus populus *calabatur*, i.e. convocabatur: *procalare* est provocare: *classis* quasi calassis, unde *conclassare*, i.e. convocare. Nota quod in קְהֵלָתָה, sicut habetur in textu, ה finale sit locale. Hanc Radicem si ordine legis retrogrado, exit inde לָחַק, quod est eiusdem significantiæ; לְהָקָה enim est *cœtus*, *congregatio*. 1. Sam. 19. 20.

Num.

Numer. 33. v. 25. מַקְהֵלֹת *Makheloth*, congregationes.

CCCCXXCIX.

חֲרָדָה Charada. Haradah. Harada. Harada. χαραδάθ.

Numer. 33. 25.

STatio XXII. dicta, à *tremore, commotione, formidine*: חָרַד est *expaveſcere, timere cum trepidatione, tremere, turbari: it. anxium eſſe & ſolicitum ex cura & ſolicitudine*: μεεμνᾶν καὶ ὑρβάζεσθαι. quibus verbis apud Lucam de Martha c. 10. 41. uſurpatis proprietatem huius Radicis exprimi docet Beza in Notis, ubi ex Quintil. lib. 6. c. 4. declarat, quid ſit propriè ſatagere: ſic enim ille: *Aſer venuſtè Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam deïcientem & imponentem non agere dixit ſed ſatagere*: Hæc eadem Pagninus quoque annotavit, qui etiam Sunamitidis hoſpitæ Eliſæi piam curam & timidam ſedulitatem eodem declarari verbo docet 2. Reg. 4. 13. Sic enim ait ibi Propheta: הִנֵּה חָרַדְתָּ אֵלֵינוּ אֵת־כָּל הַחֲרָדָה *Ecce ſolicita fuiſti omni ſolicitudine.* Nomen חָרֵד eſt *pavidus, trepidus, tremens.* Reſpondent his Græca & Latina, *tremo*, τρομέω, τρόμος, *tremor.* Ταράττω, *turbo*, ταραχὴ, *turbatio.* Τάρβος, *terror*: Ὀρρωδέω, *timeo.*

Iud. 7. 1. חָרֹד *Charod*, ſtupor, timor.

2. Sam. 23. 11. חֲרָדִי *Charadi*, tremefactus.

CCCCXC.

תַּחַת Thachath. Thahath. Tahath. καθάθ.

Num. 33. 26.

NOmen ſtationis XXIII. ſumtum eſt ex particula תַּחַת

תַּחַת, quæ varias habet significationes. Propriè significat *subter, subinfernè, deorsum*: & sic referri solet ad R. חָתַת, quæ significat *prosternere, conterere*: de qua in nomine Cheth, num. CCL. egimus. Hoc sensu per descensionem vel pavorem reddi potest vocula Tachath. Aliàs תַּחַת est etiam *pro, loco, vice, quia, propterea, eò quod*. Ad primam eamque propriam significationem congruit Gr. κάτω infra, & *catonium*, quod Laberio est infernus.

2. Sam. 24. 6. תַּחְתִּים *Tachtim*, inferiores.

CCCCXCI.

מִתְקָה Mithkah. Mithka. Mitcha. Methca. Mithka. μαθεκκά.

Num. 33. 28.

NOmen XXVI. stationis, à *dulcedine dicta*. מֶתֶק & מַמְתַּק *dulcedo*: à מָתַק *dulcescere*: cui opponitur מָרַר *amarescere*. מָתוֹק dulcis. Hinc Meth/ *mulsum*: honig/ i. e. *mel*: & μέθυ, *vinum*: unde est antiquum *temetum*. Appropinquat etiam γλεῦκος. Act. 2. 14. *dulce vinum*, & γλυκύς, *dulcis*. Nobis Metke est muliebre nomen, & Magd/ *virgo, famula*: amores enim mulierum dulces. 2. Sam. 1. 26. Prov. 5. 18. 19.

CCCCXCII.

חֲצִיוֹן גֶּבֶר Hhetzjon Geber. Esion-gaber. Asion-gaber. Ezeongaber. γεθσιὼν γαβέρ. γεσιών.

Num. 33. 35.

HÆc XXXII. statio lignum vel arborem viri fortis sonat. עֵץ & עֵצָה est *lignum, arbor, frutex*: ei asso-

assonat ὀζός, *ramus*, & nostrum ast. R. עָצַר est agitare. גִּבּוֹר est *potens, fortis, robustus, strenuus, cordatus*, à R. גָּבַר *prævaluit, vicit, superavit.* גֶּבֶר *vir*, quæ latina vox per apocopen ab Hebræa manavit. Pulchrè huc quadrant *guberno*, κυβερνάω, κυβερνήτης, *gubernator*; & per metathesin Graff. *Algebra*. i.e. ars hominis excellentis. Virgo quoque & Virago per metathesin literarum veniunt à גֶּבֶר & גִּבּוֹר. Et *virtus* à *viro*, non *vir* à *virtute*.

Esr. 2. 20. גִּבַּר *Gibbar*, vir vel virilis. (sti.

1. Regum 4. 13. בֶּן-גֶּבֶר *Ben-geber*, filius viri robu-

Gabriel, Princeps Dei: vel fortis meus Deus.

Tob. 1. 16. *Gobrias*, princeps Dei.

De עֵץ arbor extat 2. Samuel 23. v. 8. עֲצֻנִי *Hhetzni*, ligneus: & 1. Paralip. 2. vers. 27. מַעַץ *Mahhatz*, i.e. sine ligno.

CCCCXCIII.

פּוּנֹן Punon. Phunon. Punon. Φινών. Φινώ Phunon.

Num. 33. 42.

STatio xxxvi. dicitur *Punon*, id est, gemma vel angulus: qui est פִּנָּה. At פְּנִינִים sunt *gemmæ, uniones, margaritæ.* Hinc *pinnæ* murorum: πτερύγια. Matth. 4. & finnen/i.e. varii seu pustulæ, & *grandines* in suillis carnibus: nam & pari modo margaritæ carnibus ostreorum innascuntur.

פְּנִנָּה *Peninna*, 1. Sam. 1. 2. i.e. *Gemma.*

CCCCXCIV.

CCCCXCIV.

עַלְמֹן דִּבְלָתָיִם Hhalmon-diblathajim. Almon-diblathaim. Helmon-deblathaim. Almon diblathim. γέλμων δεβλαθαΐμ.

Num. 33.46.

STatio XL. ſonat *occultationem maſſarum ex ficubus.* עַלְמוֹן eſt *occultatio* vel *adoleſcentia* : de quo vide Helam & Elymas CXXCIII. דְּבֵלָה eſt *maſſa ficuum ſiccarum*, quæ ſimul collectæ compreſſæque efficiunt unam maſſam : pl. דְּבֵלִים *palathæ* πάλαθαι ſeu maſſæ carycarum, ideo compactarum, & in morem laterum figuratarum, ut diu ſerventur. Eſt hinc Germanicum ſtaden / Oſterſtaden / ob ſimilitudinem quam cum palatha ficorum habet. Pertinet huc etiam πλάττειν deducere, formare, figurare.

Oſ. 1.3. דִּבְלָיִם *Diblajim*, palathæ vel maſſæ carycarum.

Ier. 48.21. בֵּית דִּבְלָתָיִם *Beth-diblatha*, domus palatharum ficuum.

CCCCXCV.

עַקְרַבִּים Hhakrabbim. Acrabim. Akrabbim. ἀκραββείμ.

Num. 34. 4.

VEl à ſcorpionibus vel à ſpinis dictum eſſe hunc locum docent Rabbini. עַקְרָב eſt *ſcorpio* : ab עָקֵב inſerta ר literâ, i. e. *calcaneo* : quia ſcorpius calcatus ferit & pungit. Vide Jacob num. XXII. De *ſpinis* verò idem

idem exponi posse vocabulum ideo arbitrantur: quod acritate sua aculeos scorpionum referant. Conveniunt hîc Græca & Latina σκόρπιος, *scorpio, scorpius*, scorpion: item krebs/Gallicè *escreviſſe*, ob figuræ convenientiam. Asperum spiritum Græcorum in ſ sæpe transire solere observavimus numer. CCCCLXXII. quare nihil mirum, si ע litera, quæ vehementem adspirationem requirit, in ſ hoc loco transierit: ita ut ex עקרב factum sit *scorpius*.

1. Maccab. 5. 3. *Hhakrabbatena* & *Hhakrabbæi* populi à scorpionibus dicti.

CCCCXCVI.

כנרת Cinnereth. Cenereth. Cinereth. χενερέθ.

Numer. 34. 11.

IDest, *Cithara*. aliàs כנור Græcè κιννύρα & κινύρα, à qua nomen sortitus lacus haud dubiè ob figuram & situm. In hunc lacum Jordan influit, ex eoque egressus & satis longum terræ spatium emensus tandem in Asphaltiten sese exonerat: ubi aquas laudatas, id est, totum illum tractum fœtificantes & circumcirca oleis, palmis, vitibus succum ministrantes perdit. Porro lacus Cinnereth dicitur in Euangelicâ historiâ mare Tiberiadis, item mare γεννησαρέτ: ibi literam ſ insertam videmus & ן in ם versam: id quod lapsu temporum facile fieri potuit. Hegesippus tradens huius nominis originationem lib. 3. c. 26. *Genesar*, inquit, *dicitur græco vocabulo quasi generans sibi auram aquæ dulcis & ad potandum habilis*. Et mox: *Prætendit autem regio Genesar eiusdem nominis lacum mirabili natura gratiâ & specie pulchritudinis*. Nam & spon-

spontaneos fructus soli ubertas ministrat, & nemorum ferax in universa genera sponte se subrigit proventus : arborum pomiferarum & cultura & solertia imitata naturam in quos voluit vsus opimæ fœcunditatis deflexit gratiam : ut nihil sit illic, quod natura negaverit, nihil quod cultura præterierit. Hæc ille. Sunt qui *Genesaret* ex Syro גִּנְסַר hortum Principis exponunt. à גַּן hortus. supra CCCCVIII. & שַׂר vel סַר *princeps.* num. XIII. A כָּנַר R. inus. est *canorus & canere*, κινύρεσθαι, *cantillare*, & sänger/ singen.

CCCCXCVII.

כִּסְלוֹן Cislon. Chislon. Chaselon. χασλών. χασελών. Chislon.

Num. 34. ✠.

ID est, Fiducia vel temeritas eius. כֶּסֶל est *fiducia, spes*: item *stultitia, temeritas.* כְּסִיל *stultus, insipiens, mutabilis.* Synonymum est סָכַל *infatuare, insanire, stultum esse.* סִכְלוּת stultitia. it. ilia. Ex utroque per metathesin fit χοιλός, *pravus*, & nostrum schalck : it. Καῦλος, *levis, inconstans.* כִּסְלֵו mensis est nomen nostro Novembri respondentis, ab inconstantia tempestatis forte sic dicti. *Solœcus* quoque & *Solœcismus* huc pertinent.

Ios. 15. 30. כְּסִיל *Cesil*, Arcturus, sive stultus.

Iosuæ 15. v. 10. כְּסָלוֹן *Cesalon*, fiducia aut temeritas.

Ios. 19. 11. כִּסְלֹת תָּבֹר *Cisloth-tabor*, temeritates electionis.

CCCCXCVIII.

פַּרְנָךְ Parnach. Pharnach. Parnac Varnach. χαρνάχ. ἀφαρνάχ. Φαρνάχ.

*Num.*34.25.

ID est, *Taurum percutiens.* De פַּר juvencus, taurus, farr/vidimus num. cccxc. in nomine Potiphar. נָכָה est *percutere*: à quo est *neco, icio*, νεκρὸς, νέκυς, *mortuus*: καίνω, *cædo.*

2.Reg.23.29. נְכֹה *Necho*, percussus.

CCCCXCIX.

אַרְגֹּב Argob. Argob. ἀργόβ.

*Deut.*3.4.

ID est, *Gleba terræ* vel *glarea*, quæ Hebræis est רֶגֶב. quam vocem propriè notare ajunt locum in valle conjunctum torrenti, qui plerunque silicibus abundat. vel terram sabulosam: qualis fuit hæc regio: quæ cessit tribui Manassis trans Iordanem. Deut. 3.v.4.13.14. 1.Reg.4.13. & sexaginta habuit urbes munitas. Alij *cretam*, alij *lutum* esse volunt, ex quo vasa fiunt: quo sensu ei respondet *argilla*: it. *grumus.*

D.

שִׂרְיֹן Schirjon, Sirjon. Sirion. Sarion. Sirion. σανιὼρ. σαριών.

*Deut.*3.9.

CHermonem montem, qui circa Cæsaream Palæstinæ situs est, à Tzidonijs *Sirionem* vocari dicit magnus Legislator, ab Emoræis autem *Schemirem*: tam diligens nominum propriorū observator est.

est. Significat autem שִׁרְיָן, quæ vox etiam per ס scribitur, *loricam*. Ier. 51.3. Cevallerius per ש sinistrum, Arias Montanus per dextrum scribi asserit: verum utrovis modo scriptum *loricam* notat. 1. Sam. 17.38. Et induere eum fecit שִׁרְיָן *loricam*. R. שָׁרָה *madefacere, humectare*: unde חֶשְׁרִי nomen mensis, qui nostro septembri respondet, ab uvarum expressione, ut volunt, & vindemiâ. שָׂרוֹן 1. Chron. 5.16. *Sarona* Act. 9.35. i.e. *planities, campus*: est enim campestris regio, locus utique pascuosissimus. 1. Par. 27.29. Esa. 33.9. Ad שִׁרְיָן, i.e. *loricam* accommodare possumus Ἁλυσὶς, *catena*: lorica enim vel squamata, vel hamis conserta *est*: ut habet Virgilius.

Ios. 12.18. לַשָּׁרוֹן *Lassharon*, planities, campus.

DI.

גְּרִזִּים Gerizzim. Gerizim. Garizim. Grisim. γαριζειν.

Deut. 11.29.

ID est, *secures* vel *scissores*: à גָּרַז *excidere, succidere*: *securis*. Multa ex Latinis, Græcis & Germanicis huc congruunt, puta kratzen/krätzer/*grassari*, κείρειν, id est, *tondere*, κόρση, *capillus*, κορσεὺς, *tonsor* & *pellio* seu *rasor exuviarum*, qui nobis est kirschner: item scheren/ξυρᾶν, i.e. *radere*. Est nomen montis Samariæ, cuius etiam fit mentio Ioh. 4.21. ubi Christus ad mulierem Samaritanam: *Mulier*, inquit, *crede mihi, venit tempus, quando neque in monte hoc neque Hierosolymis adorabitis Patrem*. Nempe Sanaballetes magni Alexandri permissu extruxerat in hoc monte Templum: in quo Samaritæ sacra sua peragebant spreto templo Hierosolymitano. Vide 2. Macc. 5.9. Fusè de his Cunæus

næus Vir eximius de Republica Hebræorum cap. 16. lib. 2.

1. Sam. 27. 8. גִּרְזִי *Girzi*, securis.

DII.

זַבְדִּי Zabdi. Sabdi. Ζαμβεί. Ζαβδί.

Ios. 7. 1.

IDest, *Dos* sive *dotatus*. זָבַד *dos*: cui nostrum gifft/ mitgifft/ satis respondet: it. *dos*, δόσις & stifft/ stifften. זָבַד. R. est *dotare*. Gen. 30. 20. זְבָדַנִי אֱלֹהִים אֹתִי i. e. *dotavit me Deus dote bonâ*. Cognatum est נָדַב liberalem esse.

1. Par. 27. 6. עַמִּיזָבָד *Hhammizadab*, populi dos.

1. Reg. 4. 5. זָבוּד *Zabud*, dotatus.

2. Reg. 12. 21. יוֹזָבָד *Iozabad*, Domini dos.

2. Reg. 23. 37. זְבִידָה *Zebidah*, dotata.

1. Chron. 2. 36. זָבָד *Zabad*, dos, vel procus: ut placet Capello, qui Iehozabad per Dei procum reddit, ad annum 3151. in Historiâ. *Sic hominis*, inquit, *impiam mentem pijs nominibus obtegunt*.

Matth. 4. 21. זַבְדַּי *Zabdi*, Zebedæus, dotatus.

DIII.

גִּבְעוֹן Gibhhon. Gibon. Gabaon. Gibeon. γαβαών.

Ios. 9. 3.

IDest, *Collis*, appellativè גִּבְעָה, i. e. *collis*: unde κόμβος locus editus. Vrbs erat tribus Benjamin in colle extructa, quæ 1. Sam. 14. dicitur גִּבְעָה Gibhha vel Gibea. Hinc גָּבִיעַ *scyphus* à similitudine: unde est & Latinis *gabata*: & מִגְבָּעוֹת *mitræ*, propter eandem causam. Affine est קוֹבַע *galea*, à קָבַע *rapere*, *vim inferre*.

ferre. Non longe abit *clivus*, nec βυνός. Ac reduci huc quoque possunt κώφων, *scyphus*, kopff/ köplin/ trinck/ kopf: κωβιός, *poculum*.

Ios.15.56. גִּבְעָה *Gibhhah*, collis.

Ios.5.3. גִּבְעַת עָרְלוֹת *Gibhhat-hharaloth*, collis præputiorum.

Ios.18.24. גָּבַע *Gabahh*, collis.

Ioh.19.3. *Gabbata*, à גַּבָּע, i.e. locus sublimis. Vide num. CLXXVII.

Tob.1.1. *Gebael* גִּבְעָל adscensio collis vel altitudinis.

Iudith.3.14. *Gebahhus*, collis vel collinus.

DIV.

כְּפִירָה Cephira. Chephirah. Caphira. Caphira. κεφιρά.

Ios.9.17.

NOmen huius Vrbis variè exponi potest, juxta varias Radicis כָּפַר significationes. In genere significat *tegere, operire, oblinere, bituminare*: it. *expiare, propitiare.* Et si Deo tribuitur, *propitium fieri, placari, condonare.* כֹּפֶר *expiatio, lustratio, absterſio:* כַּפֹּרֶת *tegmen, operculum, propitiatorium* quo Arca tegebatur, ἱλαστήριον, Rom.3.25. quia ibi se propitium ostendebat Deus propter Arcam: quæ typus erat Christi, ut docet Apostolus. כֹּפֶר est bituminis species, materia glutinosa, quâ quid oblinitur: unde *Camphura*, quam Medici *Caphoram* scribere malunt. Clusius lib.1.cap.9. Hist.Arom.pag.160. Est etiam כֹּפֶר *pretium redemtionis seu lytrum* & ipsa redemtio, Num.35. *Non accipies* כֹּפֶר *pretium redemtionis pro anima homicidæ.* Huc referunt *Cyperum* arborum odoriferam, quòd odore homi-

hominem reficiat, & fœtores arceat. כֹּפֶרֶת, i.e. *tegmen* ferè coincidit cum noſtro paret: ſober corbis, in quem aliquid abdimus כְּפִיר *leunculus* à latendo. כִּפּוֹר *crater, pelvis*, item *pruina*. כְּפִיר *villa*, &c. Reddatur Cephira per *leunculum* aut *propitiationem*.

Matth. 4. 13. כְּפַרְנַחוּם *Capernaum*, i.e. villa conſolationis.

Actor. 11. v. 19. *Cyprus*, à כֹּפֶר *pretium*: ut ſit *pretioſa*. A cupro dictam vult Plinius l. 33. c. 5. unde nobis & alijs linguis ſupffer.

1. Maccab. 7. 31. *Cephar-ſalma*, villa ſcalæ.

DV.

אֲדֹנִי צֶדֶק Adoni-tzedek. Adoni-ſedec. ἀδωνισεδέκ. Adonizedek. ἀδωνιϛεζέκ.

Ioſ. 10. 1.

ID eſt, *Domini juſtitia*, vel *Dominus juſtitiæ*. De צֶדֶק vide num. cxxcv. in Melchitzedek. אָדוֹן eſt Dominus: à Rad. inuſ. à qua eſt אָדָן *baſis, fundamentum*: Dominus enim ſeu paterfamiliâs ſuæ quiſque domus fundamentum eſt, quo ſublato familia confeſtim diſſipatur. Ab hac Rad. Athenienſes dicti ſunt quaſi *Domini*, vel ab Ἀθήνη Minerva, quam ceu *Dominam* colebant, & Dominam ſuam nuncupabant ab אָדוֹן. Non dubium eſt *Dynaſten* quoque hinc dici, & *ædes* (ab אָדָן) in quibus δύναμιν ſuam exercet paterfamiliâs.

2. Sam. 3. 4. אֲדֹנִיָּה *Adonijah*, dominator Dominus.
Iud. 1. 6. אֲדֹנִי בֶזֶק *Adoni-bezek*, Dominus fulguris.
2. Reg. 20. 12. בְּלַאדָן *Baladan*, abſque imperio.

DVI.

הוֹהָם Hoham. Oham. Hoham.

ἐλάμ.

Ios. 10.3.

IDest, Væ eis. הוֹי vel אֲהָהּ est interjectio dolentis, sicut *Heu* & *Ah*: hæc connectitur cum affixo 3.pers.pl.num. Potest etiam per *tumultum* seu *conturbationem* exponi, & referri ad Rad. הָמַם. de qua numer. CCCIII.

DVII.

פִּרְאָם Piram. Pîream. Pharam.

Φερραάν. Φερράμ.

Ios. 10.3.

IDest, *Fertilitas matris*; à פָּרָא *multiplicavit, auxit, fructificavit*: nimirum omninò convenit cum פָּרָה *crevit, fructificavit*: de qua R. in Ephraim, nu. 55. אֵם est mater: quæ vox catholica est: consentiunt enim linguæ, putà *mater*, μήτηρ, mutter/ &c. Μᾶμα mater, apud Euripid. Et *mamma*.

Martialis lib. I.

Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma potest.

Inde est etiam *amita*.

Quidam fingunt Rad. אָמַם: alij ad אָמַן recurrunt, naturalem atque ingenitam matrum fidelitatem & affectum in liberos considerantes.

Esd. 2. 57. אָמִי *Ami*, mater.

2. Sam. 23. 34. אֲחִיאָם *Achiam*, frater matris.

2. Sam. 2. 24. אַמָּה *Ammah*, cubitus.

Ios. 15. 26. עַמָּם *Amam*, mater eorum.

DVIII.

DVIII.

לָכִישׁ Laisch. Lachis. Laciſch. Lachis. λαχεῖς. λαχάς.

Ioſ.10.3.

ID eſt, *Ambulans* vel *vadens* eſt. Componitur ex R. הָלַךְ vel יָלַךְ (ſunt enim ſynonyma) *ambulare, ire, venire, proficiſci, tendere*: unde הֲלִיכָה *via, iter, veſtigium, greſſus, inceſſus*: הָלָךְ *viator*: unde Helotæ, i. e. *advenæ*, qui medij erant inter ſervos & liberos apud Lacedæmonios. Proximant huc etiam wallen/holen/abholen/& ἰάλλω, *mitto*, ἀλύω, *oberro*, λαγεύω, *fugio*, λαγῶς, *lepus*, à velocitate curſus quaſi levipes: & *lego, ablego*. De לָכַשׁ eſt vel *exiſtit* require in Eliſchah numer. CCXXIIX.

DIX.

עֶגְלוֹן Hheglon. Eglon. Eglon. ὀδολάμ.

Ioſ.10.3.

NOmen עֵגֶל eſt *vitulus* propriè plauſtralis: nam עֶגְלָה ſignificat *plauſtrum*, & מַעְגָּלָה, unde *magalia* dicta ſunt & noſtrum wagen/locum caſtrorum wagenburg/vel viam plauſtris tritam, quam actum vocant Jureconſulti. R. non eſt in uſu. Facit huc noſtrum Gaul/& γυλιὸς vel γύλιον plauſtrum. Toar עָגוֹל eſt *teres, rotundus*: ex quo nobis ceſſit fugel/fögelen. Ad vituli notationem quadrat ἀγέλη grex.

Ezech.47.10. עֵין עֶגְלַיִם *Hhen-hheglajim*, fons vitulorum.

2.Sam.3.5. עֶגְלָה *Hhegla*, vitula.

DX.

עזקה Hhazeka. Azecha. Azeca. Aseka. ἀζηκᾶ

*Ios.*19.10.

ID est, *Vrbs murata vel septa*, à עזק *sepire*, *vineam colere*: extat solùm Esa.5.2. de vinea, quam sepsit Dominus, vel, ut alij exponunt, coluit aut fodit. Hinc hacken/eggen/i. e. *occare*. עזקא Rabbinis est annulus obsignatorius.

DXI.

מקדה Makkeda. Maccedah. Maceda. Mekeda. μακηδά.

*Ios.*10.10.

ID est, *Adoratio, incurvatio*, à קדד *adorare, incurvare, inclinare verticem, supplicem esse*. Inde קדקד vertex capitis κορυφὴ Græcis: ex quo est προκοπὴ, *tonsuræ genus*, ἱκέτης, *supplex*: it. tücken/bücken/nec non Lat. *cado*.

Macedonia Act. 16. v. 9. ab hac R. desumtam qui statuunt, per adoratricem reddunt: ut Macedo sit adorator.

DXII.

אכשף Acschaph. Achsaph. Achsaph. ἀχιάφ. ἀζίφ. χασάφ. ἀχσαφ. *Ios.*11.1.

ID est, *Veneficus*: כשף est *præstigium, veneficium, incantatio, delusio, fascinum*. מכשף *fascinator, præstigiator*. R. כשף in Piel significat *maleficis artibus uti, magiam exercere*. Planè hinc videtur originem habere zauberey/& per metathesin βαζκανίαν, ut & fascinare.

DXIII.

DXIII.

עֲנָב Hhanab. Anab. Anab. ἀνάβ. ἀναβώδ.

Ioſ.11.1.

NOmen urbis vel loci prope Eſcol: ubi botrus fuit exciſus ab exploratoribus, Num.13. עֲנָב eſt *uva quæ eſt in racemo:* vel certè *granum ſeu acinus uvæ*: pl. עֲנָבִים *uvæ*. In *uva* lit. ב eliditur: quæ tamen ſervatur in οἶνος, *vinum*, Wein. Propinquum his quoque eſt οἰνόω, ubi rurſum *n* deficit in *bibo*: & *obba* vel *ubba* eine zeche/ ab *ob* & *bibo*: *ad obbam accedere*, zur zeche gehen.

1.Par.4.8. עֲנוּב *Hhanub*, uva.

CXIV.

גַּת Gath. Geth. γέθ. Gath.

Ioſ.11.22.

ID eſt, *Torcular*. Hinc גִּתִּית inſtrumentum Muſicum, cuius in Pſalmorum epigraphis crebra eſt mentio, à forma torcularis, quam repræſentabat, ita dictum. Aliter Iunius, in frontiſpicio Pſalmi 8. *Ad Gittæa*, inquit, *inſtrumenta, quibus utebantur poſteri Iedithunis tertiæ Muſicorum claſſis: ex quorum gente erat Obed Edom Gittæus & familia eius*, 1. Chron.16.38. *Dicuntur autem Gittæa, quia penes hanc familiam Gittæam aſſervabantur, & ab ea ſuo tempore pro miniſterio ſacro fratribus Muſicis ſubminiſtrabantur, ut docet locorum comparatio*, 1.Chron.9.28.& 26.20. Hæc ille. Alludunt huc *cadus*, quo ſuccus accipitur vel ſervatur.

Eſt.2.v.21. בִּגְתָן *Bigtan*, in torculari: vel cibum dans.

Eſt.1.10. אֲבַגְתָא *Abagta*, pater torcularis.

Matth.26.v.36. גית שמנים *Gethsemane*, torcular olei.

2.Sam.3.v.3. גתים *Gittajim*, torcularia.

Ios.19.13. גתה חפר *Gittah-chepher*, torcular fodiens.

DXV.

אפק Aphek. Aphec. Aphek. ἀφέκ. ὠφέκ.

Ios.12.18.

IDest, *Fortitudo, vigor.* Toar אפיק *fortis, vehemens*: item *aqua defluens cum impetu & rapiditate*, ein bach. Locus quoque per quem defluit huiusmodi aqua, eodem nomine nuncupatur, i.e. *vallis*: Pl. אפיקים *valles*. R. אפק in Hithpael est *continere se, reprimere se*. Gen.43.31.& 45.1. Trahi huc potest *baculus*, quo aliquem reprimimus & cohibemus: βακτηρία, i.e. *baculus*. Nos ficken/i.e. *virga cadere dicimus*. Sed & φαικὸς est *vivens, vividus, agilis, efficax*.

DXVI.

כרמל Carmel, Charmel. Carmel. χερμέλ.

Iehosch.12.22.21.

IDest, *Spica plena viridisq; ac tenera*: qualis in sacrificio primitiarum offerri solebat, Lev.2.14. Est quoque nomen notissimi montis, & juxta eum vallis feracissimæ: quare etiam sæpe appellativè sumitur, pro loco frugibus, arboribus & vineis consito. Combinari solet ex variis Radicibus. Nobis illa maximè obvia esse videtur, qua per præcisionem vel circumcisionem vineæ exponitur. כרם enim

enim est vinea: de quo in nomine *Carmi* CCCXCVI. מוּל est *excidere, præcidere, resecare, circumsecare*, sæpissimeque vsurpatur de absciſſione præputij. A מוּל *mutilo*: it. mahl / nota per incisionem impressa carni: & *molo, is, ere*: ὅλμος, *mortarium, pila culinaria*. Prov. *Holmus orit mihi cubile. Holmiscus* mortariolum: μολύω, *surculos demeto & abscindo*: μολεύω, *stolones amputo*.

Dan. 1, 11. מֶלְצַר *Meltzar*, circumcisio angustiæ vel vinculi.

1. Sam. 25. 1. מָעוֹן כַּרְמֶל *Mahhon Carmel*, habitatio loci culti & fructuosi.

DXVII.

שִׁיחוֹר Schichor. Sichor.

Ios. 13. 3.

A R. Mont. per *nigrum*, alij per *Nilum* exponunt. Junius proprium retinuit, & amnem esse dicit, qui petram Arabiæ præterfluens in Sirbonim paludem influit, & Ægyptum à terrâ promissa disterminat. A nigredine dici certum est: nam & ipsi Ægyptij quasi αἰγυπτοι, i.e. *vultures* dicti sunt à fusco seu vulturino colore. Rad. שָׁחַר est *nigrescere, nigrum esse*: à quo שִׁחוֹר *nigredo* vel *carbo*: שַׁחַר aurora: quia tunc cælum adhuc obscurum est. Assonant *scurum & obscurum*: & nostrum schwartz. Ajunt Nilum hodieque *Niger* vulgò vocari. Quia verò aurora Musis amica est, ideo שָׁחַר sumitur pro בָּקַר *inquisivit, scrutatus est*: sic *scrutor* & שָׁחַר qeoque inter se conciliantur.

1. Par. 8. 26. שַׁחַרְיָה *Schecharjah*, mane seu aurora Domini.

1. Par. 8. 8. שַׁחֲרַיִם *Schacharajim*, nigri.

1. Par. 2. 25. אַשְׁחוּר *Aschchur*, denigratus.

DXVIII.

עֶקְרוֹן Hhekron. Accaron. Ecron. Ekron. ἀκκαρῶν.

Ioſ. 13. 3.

ID eſt, *Eradicatio, evulſio, ſterilitas*, à עָקַר *eradicare, evellere, extirpare.* Conſonant graben/ außgraben/ *runcare, eruncare, runcina*: it. kratzen/ außkratzen. עָקַר fœm. עֲקָרָה *ſterilis*, στεῖρα.

DXIX.

גְּבָלִים Giblim. Gibli. Gibliter. γαμβλί.

Ioſ. 13. 5.

ID eſt, *Limitanei*. à גְּבוּל *terminus, confinium, limes, finis.* Populi ſunt civitatis Gebal, à גָּבַל *determinare, termino circumſcribere.* Hi enim in limitibus terræ Sanctæ habitabant. Sed & mirum, eoſdem Giblæos in omni artificio architectonico & fabrili excelluiſſe, & unà cum Sidonijs ac Tyrijs ad nobiliſſima Orbis terrarum ædificia adhiberi atque acciri à Salomone meruiſſe. 1. Reg. 5. 18. Quare & hac de causâ *Giblæi* dicti ſunt, quod eſſent lapidarij ſeu latomi, qui lapides certis terminis deſcriptos formabant, ſcalpebant, poliebant. Fullerus hęc enucleatius tradens *ſeptentrionales* alios, alios *meridionales* Giblæos fuiſſe demonſtrat lib. 5. Miſc. c. 15. qui & Idumæam *Gebalenam* quandoque dici Hieronymi teſtimonio confirmat.

DXX.

פִּסְגָּה Piſga. Piſgah. Phaſga. Pisga. Φασγά.

Ioſ. 13. 20.

ID eſt, *Collis*, ſicut גִּבְעָה. R. פָּסַג eſt *munire, roborare, fortificare ſeu attollere in muros*, ut inſtar collium emineant propugnacula, turres & palatia magnifica. Satis huc quadrat paſtey/verpaſteyen. item veſt/veſtung/beveſtigen: & πάγος, *pagus*, locus eminens.

Deut. 3. 1. אַשְׁדּוֹת פִּסְגָּה *Aſchdod-piſgah*, effuſiones collis.

DXXI.

בִּטְנִים Betonim. Betonim. Betonim. Βοτανίμ.

Ioſ. 13. 26.

ID eſt, *Ventres, uteri.* בֶּטֶן venter. Per translationem ſumitur pro *medio* cuiuſque rei, eò quod venter eſt in medio corporis. Non abludit hinc wanſt: & ἔντερον, *venter*: ἔντερα, *interanea*: unde *exentero*: item *abdomen*. Νηδὺς, ύος, venter eſt Græcis, νηδύια, *inteſtina*, βδέναξ & βδέννυσθαι apud Suidam eſt ventrem laxare. Cevallerius: Germani (inquit) Botin (Büttinge/Bötinge) vocãt avellanas: quæ vox ab Hebraica non abludit: בָּטְנִים *fructus terebinthi, pina*. Idem monet כָּרַשׁ vel כָּרַס eſſe, quod Germani dicunt kröß/gekröſe: ſanè ventrẽ interiorem ſeu inteſtina illud notat: & inde verbum quadratum כָּרַסֵּם *implere ventrem, devaſtare*.

Iudit 1. 9. *Batanæa*, ventroſa.

Ioſ. 19. 25. בֶּטֶן *Beten*, venter.

DXXII.

DXXII.

קַרְקַעְהָה Karkahha. Carcaa. Carcaa. ἀκκαρκέ.

Ioſ.15.3.

ID eſt, *Pavimentum, ſolum, fundum.* Nomen קַרְקַע quod hîc conjungitur in fine cum ה locali eſt *pavimentum:* & revocari ſolet ad Radic. קָרַע *expandit, extendit, firmavit in latum diducendo.* Vſurpatur in Scripturis de firmamento, de terra, de metallis & rebus aliis, quæ extenſionem habere poſſunt: quibus omnibus ſignificationibus reſpondet noſtrum recken/außrecken/ & ἐρείκω, *diſtraho,* frango nimium extendendo. Vulgata רָקִיעַ per firmamentum ex Græco στερέωμα reddidit Gen.1. & quia firmamentum vulgò uſurpatur de cælo ſtellarum fixarum, inde nata eſt opinio de aquis ſupra cælos atque ipſum firmamentum exiſtentibus. Verum רָקִיעַ nihil aliud quam expanſionem notat, eine außdöhnung/ut Piſcat. reddit. Affine eſt preſenti Radici verbum רָקַע, i.e. *extendendo frangere, rumpere, ſcindere:* unde ῥήγνυμι, i.e. *frango:* ῥῆγμα, *ruptura, rima.*

DXXIII.

חַצְמוֹנָה Hhatzmonah. Aſmon. Aſemona. Hatzmon. Azmon. ἀσεμωνᾶ.

Ioſ.15.4.

ID eſt, *Robur, fortitudo, os:* עֶצֶם enim hæc omnia ſignificat. עָצוּם *fortis, robuſtus, oſſeus,* à R. עָצַם *roborare, fortificare, augere in quantitate & qualitate, magnificare,*

ficare, multiplicare. Obviant Græca & Latina: *os*, antiquè *ossum*: & ὀστέον, οῦν: & Ochs / à robore ossium & cornuum: σθμόω, *roboro, fortifico.* Forte etiam σῶμα hinc venit: nam עֶצֶם sæpe rem ipsam seu substantiam notat.

Ios.15.29. עֶצֶם, *Hhatzem, robur, os, fortitudo.*

DXXIV.

בֵּית עֲרָבָה Beth-hharaba. Beth-arabah, Beth-araba. Beth Araba. Βαθαρά. Θαρκά. Βαθάρκαβα

*Ios.*15.6.

ID est, *Domus corvi*: עֹרֵב *corvus*; κόραξ, *corax.* ubi harmoniam statim deprehendis. Potest etiam exponi *domus fidejussionis, vel planitiei*, vel *salicis*, vel *suavitatis*, vel *vespertina*: non est enim Radix apud Hebræos, quæ tam latè pateat: adeo ut ipsi Rabbini decem & plures numerent eius significationes: ex quibus generalis ea est, quæ mixtionem vel congruentiam significat. עֶרֶב est *vespera* ab ambiguo discrimine lucis & tenebrarum: unde & *erebus*, ἔρεβος: item *negotiatio* propter injustitiæ & justitiæ commercium, de quo Eccles.27.2. *Inter compages lapideas pangitur clavus, & inter venditionem atque emtionem peccatum ultrò citroq; teritur.* עֲרֻבוֹן est δόρ' ἀραβὼν *arrhabo* vel *arrha*: eminet enim inter aliàs Radicis significationes ea, quæ fidejussionem notat, quam etiam Pagninus primo loco ponit: ac proinde per anastrophen nos inde bürg & bürgen / sculpere possumus. עֲרַב, *Arabs*, ἄραψ. Ad *fidejussionem* trahi possunt nostra bürge / bürgen / borgen. Iud.

Iud.7.25. עֹרֵב *Hhoreb*, corvus vel fidejussor.

Neh.2.19. עַרְבִּי *Arabs*, vespertinus: vel à עַרְבָה solitudine: unde *Arabia* dicta est.

2.Sam.23.31. עַרְבָתִי *Hharbathi*, fidejussor.

Iudit.2.14. *Arbonæus* עַרְבוֹנִי, i.e. Niger, nempe fluvius, qui Græcis Melas.

1.Macca. ſ.23. *Hharabathæ* עַרְבוֹת planities, quibus impendent montes.

De *Beth*, i.e. *domus, locus*, vide num.xxvi.

DXXV.

בֹּהַן Bohan. Bohen. Bohen. Βαὼρ. Βεών.

Ioſ.15.6.

LApis hic dicitur lapis *Bohan*, i.e. pollicis. בֹּהֶן est pollex. Ex. 29.20. Iud. 1.6. Non longè abscedit noſtrum finger / & per metatheſin Heben: præcipuum enim manus robur eſt in pollice: unde ἀντίχειρ dicitur. Græcum quoque Φείδω, i.e. *fingo* seu *formo aliquid digitis*, pollicis operam inprimis requirit.

DXXVI.

עֵין שֶׁמֶשׁ Hhen-ſchemeſch. Enſemes. Enſemes.

Ioſ.15.7.

IDeſt, *Oculus vel fons ſolis*. De עֵין vide CCXLIII. שֶׁמֶשׁ eſt Sol: unde Schimſchon, vel Simſon, i.e. *Solaris*, vel *parvus Sol*. Derivant hoc à Chaldaico שַׁמֵּשׁ *miniſtravit*, eò quod Sol omnibus creatis ceu fax communis lucendo ſerviat. Quadrant huc ſchimmern / ſommer; & σεμνὸς, *ſplendidus, auguſtus, majeſtate plenus*.

Eſr.4.8. שִׁמְשַׁי *Schimſchai*, Sol meus.

Ioſ.

Ios.19.vers.42. עִיר שֶׁמֶשׁ *Hhir-schameſch*, civitas Solis.

Iud.13.24. שִׁמְשׁוֹן *Schimſchon*, parvus Sol.

DXXVII.

עַכְסָה Hhachſa. Achſah. Axa. Achſa. ἀσχάν.

*Ioſ.*15.17.

FIlia Calebi ab *ornamentis pedum*, vel à compedibus nomen ſortita. עֶכֶס eſt *compes*, Prov.7.22. item *ornamentum tinniens*, quod in pedibus ſuis ferunt mulieres. Eſa.3.18. Græci ἀκρόσφυρον dicunt. Narbonenſes mulieres crepitacula, quæ in tripudiis adhibentur tibiis, vernaculè vocant *Caſcavels*, ut teſtatur Mercerus in Lexico Pagnini. Satis commodè huc refertur ſchuch / κνήμη, *crus*, ſchenckel. Chaldæis eadem vox *crepidam*, *calceum*, *periſcelidem* notat: ex quo σίκχας calceamenti genus : & *ſoccus*, ſocke/ſchuch. Poteſt etiam *Hhachſa* exponi per removit: de quo in Iohhela, nu.DCCXLVIII. & חָסַר *texit*, item *ſperavit*: de quo in Pinchas LXXXIV.

Iudith 8.1. עַכְסִי *Hhachſai*, compeditus.

DXXVIII.

קַבְצְאֵל Kabtzeel. Cabſeel. Kabſeel. καβσεήλ. καβσήλ.

*Ioſ.*15. 21.

ID eſt, *Congregatio Dei*. קְבָצָה eſt *congregatio*. קִבּוּץ Kibbutz Grammatici punctum appellant, quod collectis & contractis labiis proferatur, ut *u* Gallicum, à Rad. קָבַץ *congregavit* : quæ Radix latiſſimè patet, & de quavis congregatione accipitur. Faciunt

ciunt huc *copulare*, *fuppeln*/ item *cymbalum*, ad cuius pulsum congregantur homines. De אֵל Deus vide num. XLII.

Ios 21.22. קִבְצַיִם *Kibtzajim*, congregationes.

DXXIX.

דִּימוֹנָה Dimonah. Dimona. Διμωνά.

Ios.15. 22.

ID est, *Sterquilinium*, *ſtercus*: דֶּמֶן ſtercus. R. דָּמַן non est in vſu. Hinc *tamino*, *contamino*, *attamino*: quod cum R. טָמֵא *immundus*, *contaminatus fuit*, planè coincidit. μίνθ, *ſtercus humanum*: & miſt.

Ios.21.35. דִּמְנָה *Dimnah*, ſterquilinium.

Bartimæus Marc.10.46. filius immundus, à בַּר & טָמֵא. vide CLXX.

DXXX.

יִתְנָן Jithnan. Ithnan. Jethnan. Ἰθνάν. ἐαθνα. ἰεθνάν.

Ios.15. 23.

DOnans vel *confabulans*, à תָּנָה *donare*, *donis aut mercede conducere*: unde אֶתְנָה & אֶתְנָן *merces*, & in ſpecie, *merces meretricia*, pacta cum meretrice. Significat etiam R. confabulari vel conſolari. Iud. 11. 39. לְתַנּוֹת *ad loquendum* cum filia Iiptachi. Maxima huius verbi eſt cognatio cum נָתַן *dare*: de quo XCV. in nomine Nathan.

1.Par.4.7. אֶתְנָן *Ethnan*, i.e. *merces*. Sic 1.Par.26.1. *Iathniel*, donum Dei.

DXXXI.

DXXXI.

טֶלֶם Telem. Thelem. Telem.

Τελέμ.

*Ios.*15.24.

NOmen טֶלֶה *agnus* est Esa. 65. 25. *Lupus & agnus pascentur pariter.* At טַל, i.e. *ros*: unde potest reddi etiam, *ros eorum.* R. טָלַל est *operire, tegere*: quia ros operit terram: ut lana agnum. Hinc *tutulus* operimentum capitis. טְלָאִים, i.e. *agni*, extat in plurali numero, quo fit ut R. faciant טָלָא, sed inusitatam: à qua tamen est טָלוּא, i.e. *maculis tanquam rore respersus.* Gen. 30. 32. Referatur huc Τελάσιον, *lana*: Τελαυία, *lanificium*: Τελάσιος, *lanifex.* A טָלַל est nostrum *dielen*/*asseribus contegere.* Imitatur טֶלֶה, i.e. *agnus*, vocem balantium ovium, quæ est *bleh* vel *bleh*: unde *balare* verbum manavit.

Esr. 2. 42. טַלְמוֹן *Talmon*, ros præparatus.

1. Sam. 15. 4. טְלָאִים *Telaim*, agni.

2. Sam. 3. 4. אֲבִיטַל *Abital*, pater roris.

Iudith. 2. 12. *Bet-ulia*, domus ovis: alibi tamen per virginem exposuimus, à בְּתוּלָה.

DXXXII.

חַדְתָּה vel חַדַּתָּה. Hadathah. Chadattha. Hadata.

Ios. 15. 25.

IDest, *Læta*: à חָדָה *gavisus, lætatus, exhilaratus est*: apparet cum *gaudere* planissime convenire: & γηθέω, i.e. *gaudeo*: ἥδομαι, *delector*: χάδομαι, *gaudeo.*

Esr. 2. לוֹדְחָרִיד *Lodechadid*, nascens, gaudens.

Iosuæ 19. vers. 21. עֵין חַדָּה Hhen-chadda, oculus lætus.

1. Maccab. 12. 38. Chadida, gaudens.

DXXXIII.

חֲצַר שׁוּעָל Chatzar-schuhhal. Hasar-sual. Haser-sual. Hazar-sual. ἀσαρσούαλ.

Ios. 15. 28. al. 27.

IDest, *Atrium vulpis.* De priore dictione egimus num. CCLXX. שׁוּעָל est *vulpes.* Nomen ergo habet hæc villa à vulpibus vel vulpium foveis. Est, inquit Mercerus in Lexico ad h. R. in provincia Narbonensi pagus hoc nomine *Chastel renard*, i.e. castrum vulpis. שׁוּעַל est *fossa*, it. *manus contracta, pugnus, cavitas manus*, à cuius similitudine significatio foveæ accessit. Ad pugni significationem appropinquat nostrum schelle / maulschelle / nec abludit παλάμη & *palma.* Ac trahi huc quoque potest ζυκᾶν, *prædari*, quod fit manu.

1. Sam. 9. 4. שַׁעֲלִים *Schahhalim*, vulpes.

2. Sam. 23. v. 32. שַׁעַלְבֹנִי *Schahhalboni*, vulpis intellectus.

Iohan. 3. 23. *Salim* שַׁעֲלִים vulpes.

Ios. 19. 38. שַׁעַלַבִּין *Schahhalabbin*, vulpis intellectus, Fuchslist.

DXXXIV.

DXXXIV.

בִּזְיוֹתְיָה Bitzjothja. Biziotheia. Baziothia. Bizjothia. Bisjothia.

ἐβεζιθία. βιζιωθία.

Ios. 15. 28.

IDest, *In oliva Domini.* ב est nota præpositionis *in.* Nomen זַיִת *oliva, olea* arbor nempe & fructus: it. *olivetum.* De זֵיתָה num. 1 x. A זַיִת potest esse κότινος, *oleaster*: qui etiam Latinis est *cotinus*, i. e. olea sylvestris. *Sais* inventrix olivæ habebatur pro *zais.*

Est. 9. 8. יִזְהָר *Iezatha.* oleum vel olivetum.

Esr. 1. 8. זְתוּא *zattu*, olivetum.

1. Par. 26. 22. זֵתָם *zetam*, oliva eorum.

1. Maccab. 6. 19. *Beth-zetha*, domus olivæ.

DXXXV.

צִקְלַג Tziklag. Siclag. Siceleg. Ziklag. σικελεγ.

Ios. 15. 31.

IDest, *Effusio vel coarctatio mensuræ aut sextarij.* Componitur ex verbo צוּק quod *premere, coarctare, opprimere* significat: מָצוֹק & צוֹק *angustia, preßura*: vel ex verbo צָקַק *fudit, effudit*: sicut צָקַק. Ad fusionem quadrat schencken / auß vnd ein schencken: item sincken. Ad pressuram ein Zuck: צוּקָה enim est *tortura.* Huic affine est אֲזִיק *catena.* לוּג nomen alterum, quo cum combinatur Tziklag, est *sextarius* seu mensura parva, continens sex ova: cui consonant Iegel / *lagena*, λαγήνιον vel λάγηνος.

DXXXVI.

לְבָאוֹת Lebaoth. Lebaoth. ἀλβών. λαβαώθ.

Ioſ.15.32.

ID eſt *Leæna*. לְבִיָּא *leæna*: לָבִיא *leo*, ſicut אַרְיֵה: nam variis nominibus inſignitur leo in linguâ ſanctâ. Deducunt aliqui hoc nomen, à לֵבָב vel לֵב, i.e. *cor*, quaſi cordatum dicas & animoſum: hac in parte enim leo cæteris omnibus animalibus eſt potior. Prov.30.30. *Leo robuſtiſſimus inter beſtias, qui non retrogreditur metu cuiuſquam.* Hinc Löwinne / λέων, λέαινα, *leo, leæna*. A לֵבָב eſt lieb / leben / & φιλέω, *amo*, φίλημα, φιλία, &c. Cæterum ſex nomina ſunt Leoni apud Hebræos, ut docet R. Huna, in Gemara Sanhedrin cap. xi. §.20. אַרְיֵה כְּפִיר לָבִיא לַיִשׁ שַׁחַל שַׁחַץ Joh. Cocceius p.328. in 2. Tit. Talmud.

Ioſ.19.6. בֵּית לְבָאוֹת *Beth-lebaoth*, domus leænarum.

Matth.10.3. *Lebbæus*, לַבַּי, i.e. corculum.

Iud.1.31. אַחְלָב *Achlab*, frater cordis, vel cor fratris.

1.Reg.4. v.9. שַׁעַלְבִּים *Schahhalbim*, reſpiciens corda.

DXXXVII.

צָרְעָה Tzorhha. Sorah. Sarea. Zarea. σαδεχ. σαεχά.

Ioſ.15.33.

ID eſt *Scabies, lepra*, aliàs צָרַעַת צָרוּעַ *leproſus, ſcabioſus*. R. non eſt in uſu. Coincidit Hebræum cum Græco & Latino ψώρ, *pſora*, & fere cum noſtrate

kretze.

frette. Ex eodem fonte manat צְרָעָה *scarabæus*: ut vel vocis similitudo declarat: à qua non longè recedit *crabro*, hornis.

1. Chron. 2. 53. צָרְעָתִי *Tzorhhathi*, leprosi.

Iudit. 4. 3. *Tzorhham*, leprosus.

DXXXVIII.

זָנוֹחַ Zanoach. Zanoah. Zanoe. Sanoah. ζανώ.

Ios. 15. 34.

IDest, *Abjectio, abominatio*, à זָנַח *elongavit, abominatus est, amovit, procul submovit, repulit.* Ab hoc est Lat. *sino*, & χαυνόω, i. e. *laxo, remitto.*

DXXXIX.

שׂוֹכֹה Soco. Sochoh. Socho. Socho. σωχώ.

Ios. 15. 35.

IDest, *Ramus* vel lignorum potius ac frondinum perplexitas, à שׂוֹכָה, unde ὤχα, *ramus*. Est locus à spineto vel frondositate dictus, ut docet Mercerus in Rad. שוך, i. e. *sepire propriè vepribus*: unde מְשׂוּכָה (quod etiam per ס in medio scribitur) *sepes, maceria, vepretum, senticetum, dumetum, spinetum.* שְׂכִים *sunt pali præacuti*, quibus sepes construuntur. Ab hoc est nostrum stecken/zaunstecken: & *sica*, i. e. pugio acutus: sic שְׂכִים & שִׂכִּים redditur per *cultros*, seu *palos præacutos*. Num. 33. 55. Prov. 23. 2.

1. Sam. 19. 22. שְׂכוּ *Sechu*, ramus vel vallatio.

Dan. 1. 7. מֵישַׁךְ *Meschac*, aquas sepiens. Vel trahens, prolongans, à מָשַׁךְ num. CCXXIII.

DXL.

שַׁעֲרַיִם Schahharajim. Saaraim. Saraim. Saeraim σαεραείμ. σααεραίμ.

Ios.15.36.

ID est, *Portæ*, à שַׁעַר *porta*, quod parum abest à nostro thor/nisi quod ʃ in t mutatur: quod antistœchon omnibus linguis familiare est, etiam ipsi Hebraicæ: ut סָמַךְ: & תָּמַךְ fulcire. R. שָׁעַר est *cogitare, existimare, conjectare*: à quo portam ideo denominari ajunt, quod olim judicia publica in portis urbium exercerentur, & ibi jus civibus redderetur: quo fit: ut per translationem pro *consiliis, deliberationibus, jure & potestate* idem nomen שַׁעַר capiatur, ipso Christo id insinuante apud Matth. cap. 16. ubi adversus Ecclesiam suam ne ipsas quidem *inferorum portas esse prævalituras* contestatur. שַׁעֲרוּרָה est *austeritas, severitas*, quę judiciorum est propria. Trahi huc possunt sorgen/it. sera & Ceiɛά, i, e. *catena*.

DXLI.

גְּדֵרָה Gedera. Gederah, Gedera. χάδηρα.

Ios.15.36.

ID est, *Murus* sive *maceria* ex congerie lapidum vel lignorum, *sepes, paries, caula*. Leguntur etiam גָּדֵר & גֶּדֶר in eadem significatione, à גָּדַר sepire, sepem vel maceriam struere. Nicolaus Fullerus lib. 4. c. 6. Misc. disputat de voce מְרַגְּדָה, quam per *gradum, barathrum, præcipitium* exponunt: ubi per anagrammatismum ex גֶּדֶר formari, & per φαραγμὸν, vel τοῖ-

χω-

χῶ, à quibusdam exponi asserit. Ipse verò ea voce *spelunca: gradatas* notari ait, quarum Arabia & Ituræa olim plena fuit : adeo ut reperta sit teste Strabone lib.16. Geogr. quæ 4000. hominum recipere potuerit. Oriuntur gitter/gatter/ & ἕρκος, i.e. *septum*, & *hortus*, garten/Gallis *jardin*. גָּדֵר, i.e. *septum*: & gerade: talia enim septa esse oportet. Γάδειρα, *Gadera* vocabulum Pœnum est, inquit Gesnerus in Onomastico, quod *sepem* significat : eò quod in morem sepis circumdetur. Ruffus Avienus :

Pœnus quippe locum Gadir vocat undiq; septum.

Est urbs in Gadibus , & ipsa insula eccui non nota?

Ios. 15. 58. גְּדוֹר *Gedor*, murus.

1. Chr. 2. 52. בֵּית גָּדֵר *Beth-gader*, domus maceriæ vel muri.

Ios. 15. 36. גְּדֵרֹתַיִם *Gederothajim*, muri.

Marci 5. 1. *Gadareni*, i. e. murales, parietini.

DXLII.

חַדְשָׁה Chadascha. Hadasah. Hadassa. Hadasa. ἀδασά.

Ios. 15. 37.

ID est, Novitas aut *mensis*, qui Hebræis est חֹדֶשׁ, sic appellatus, quod in eo innovetur Luna. Eodem nomine gaudet apud Hebræos primus dies cuiusque mensis, qui Neomenia est Græcis, Latinis Calendæ. חָדָשׁ est *novus*. Verbum חָדַשׁ est *renovare, instaurare*. unde Τάσσω, i.e. *ordino*, setzen/satzung/*statuo*, *statutum*, Varro libro 5. de Ling. Lat. *Idus* per *innovationem dierum* exponens, nos ad R. חָדַשׁ manuducit.

2. Sam. 24. 6. חָדְשִׁי *Chodschi*, novus.

1. Par. 8. 9. חֹדֶשׁ *Chodesch*, mensis.

DXLIII.

דִּלְעָן Dilhhan. Dilan. Delean. Dilean. Δαλαάν.

Ios.15.38.

IDest, *Pauperis responsio.* דַּל *pauper, infirmus,* à R. דָּלַל *attenuari, arescere, exhauriri, siccari:* דַּלָּה *infirmitas, paupertas, ægritudo.* Hinc *doleo:* & Τλας, *miser,* Τλάω, *sufero patienter,* δοῦλος, *servus:* & *tolero,* dulden/gedult: item *tollo,* quatenus scilicet significat elevare. De עֲנָה vide CCCLXII. in Hhanah.

1.Paral.24.18. דְּלָיָהוּ *Delajas,* pauper Domini. De *Delilah,* vide num. DCX.

Marci 8.10. *Dalmanutha,* pauperis hæreditas.

DXLIV.

בְּצֶקֶת Botzkath. Boscath. Bascath. Bazekath. Βασκάθ.

Ios.15.39.

NOmen בָּצֵק est *conspersio, massa seu farina aqua conspersa,* græcis φύραμα. Radix eiusdem formæ significat tumere, instar se, conspersionis, quæ apposito fermento tumescit. Licet huc accommodare nostrum backen/gebeck/ & πάσα, πάση, & quod planè approximat bastet/id est, ἀρτόκρεας. Italis *pasta,* Gallis *paste* eiusdem significationis sunt & Radicem hancperspicuè æmulantur.

DXLV.

DXLV.

כַּבּוֹן Cabbon. Chabbon. Chebbon. Chabbon. χαββάν.

Ios. 15. 40.

ID est, *Extinguens*, à כָּבָה *extinguere* vel *extingui*: & dicitur de igni, lucerna atque omni eo, quod ardet, vel lucet. Inde per inversionem fieri potest nostrum bach / & מַכְבֵּה, *fons*, quo incendium extinguitur. Synonymum est כָּפָה, i.e. *extinguere*. Vide inf. Ezech. 30. 20. כוּב *Cub*, extinctus. *Maccabæus*, i.e. extinctor, bellorum sc. civilium.

DXLVI.

לַחְמָם Lachmas. Lahmam. Lehe-man. Lahmas. λαμάς.

Ios. 15. 40.

ID est *Rapina, vis aperta, iniquitas, violētia.* חָמַס est *rapere, vim afferre, injuria aperta afficere, extorquere*: unde חָמָס nomen, cui conveniunt ea significata, quæ nomini Lachmas accommodavimus. Pulchrè huc quadrat Græcum ἀμύσσω, i.e. *lacero, unguibus discerpo*, καταμύσσω, ich zermutze: item schmach / schmehen / σμώχειν, i.e. *convitiari*: ἄμη, *falx messoria, ligo*: μῦθος, *scelus, iniuria*. Quædam versiones hîc habent *Lachmam*, Vulgata *Leheman*, alicubi etiam *Lehemam*: sed fontes sibi constant.

DXLVII.

בִּתְלִישׁ Cithliſch. Chithlis. Cethlis. Cithlis. χαθαλείς.

Ioſ. 15. 40.

IDeſt, *Paries*, à כֹּתֶל *paries, murus.* Cantic. 2. 9. Hinc κλεῖθρον *clathrum* ſeu *clathrus*, & κλείω, *claudo, clavis*, κλεὶς, *conclave, clauſtrum.* Nos Miſnici dicimus ketten/zuketteln. ש fini adjacet per paragogen: vel deflecti poteſt, à יָשַׁל, i. e. *eſt* vel *exiſtit*: de quo in Eliſa CCXXIIX. Syriacè exponi poteſt, *quaſi evulſus*, à כ nota ſimilitudinis & תָּלַשׁ *evellere, extirpare.*

DXLVIII.

בֵּית־דָּגוֹן Beth-dagon. Bethdagon. Βηθαγών.

Ioſ. 15. 41.

DOmus Dagonis, ſeu *domus piſcis.* Dagon Deus Philiſtæorum, cuius ſimulacrum inferne in piſcem deſinebat: unde exponunt *Deum piſcium*: quia ventris forte cauſſa, vel ob fæcunditatem impetrandam colebatur. דָּג in pl. דָּגִים *piſcis*: unde ἰχθὺς, *piſcis.* à R. דָּגָה vel דוּג *multiplicari*: piſces enim fæcunditate ſua univerſum genus animantium reliquorum incredibiliter ſuperant. Multa huc appoſitiſſimè referuntur, v. g. τίκω, *pario*, τόκος, *partus*, θυγάτηρ, *filia*, tochter: item hecken/außhecken. & δίκτυ, δίκτυον, rete: inde Diana Dictynna dicta eſt. Item *Derceto*, inſerto r: certè Diodorus *Dircetum* per ſemipiſcem exponit. Sunt qui Dagonem à frumento dictum volunt, & huc referunt dictum Apoſtoli ex Epiſtola ad Philippenſes: *Quorum Deus*

Deus venter est. דָּגָן enim est *frumentum*: ex quo δάκνω, *edo, rodo*. De Dagone si quid exquisitum cupis, adi Seldenium de Dijs Syris Syntag. 2. c. 3. De Beth, i.e. *domus*, vide num. XXVI.

DXLIX.

עֵתֶר Hhether. Ether. Ether. ἀθέρ.

Ios. 15. 42.

IDest, *Oratio* sive *deprecatio*, à עָתַר *supplicare, rogare, deprecari*: item *placere, complacere*. In Niph. נֶעְתַּר *exaudire preces, placari*. עֲתֶרֶת oratio. Pertinet huc ἐρωτάω, i.e. *rogo*, & θρῆνοι, *threni*, threnen. Rabbini monent, radicem hanc propriè insinuare precum multitudinem & assiduitatem: quò facit ἀθροίζω, *coacervo*: & *caterva*.

Soph. 3, 10. עֲתָרַי *Hhatharai*, multitudo seu divitiæ meæ.

DL.

עָשָׁן Hhaschan. Asan. Asan. ἀασάν.

Ios. 15. 42.

IDest, *Fumus* vel *fumans*. עָשָׁן & עָשָׁן fumus, à עָשַׁן fumavit, & per transl. *iratus fuit*. Per inversionem elicis hinc *nasus*, quo & fumus percipitur, & iratorum affectus produntur, & ipsa *ira* in scripturis indigitatur.

1. Samuel 30. vers. 30. כּוּר עָשָׁן *Cor-hhaschan*, fornax fumi.

DLI.

DLI.

נְצִיב Netzib. Nesib. Nezib. νεσείβ.

*Ios.*15. 43.

IDest, *Tumulus, cumulus, statua.* Legitur hac forma Gen.19.26.de uxore Lothi: *Fuit tumulus salis:* vel *Versa est in tumulum salis.* Illius enim, inquiunt Rabbini, ossa sulphure exusta sunt, quod salem admixtum habuit, sicut scriptum est Deut. 29. 23. *Sulphur & sal secundum subversionem Sedom.* Seu ut Iunius vertit: *Sulphure & sale exusta tota terra eius.* Præterea נְצִיב est *capitaneus, princeps, præfectus.* R. est inus. nisi sit יָצַב *stetit*: de qua in Tzibhhon num.CCCLXIII. Hinc est steiff / erectæ enim stant statuæ : item stamm/ stab/ &c.

Tob.11.19. *Nitzba*, cumulus.

DLII.

קְעִילָה Kehhila. Cheilah. Ceila. Kegila. κελαΐ. κειλα΄.

*Ios.*15.44.

IDest, *disrumpens, crucifigens, suspendens* sive *distendens eam*: à יָקַע vel עָקַע vel נָקַע, quæ omnia usurpantur de membris divulsis, distentis, luxatis, seu ut Ep. ad Hebr.cap.11. loquitur, *tympanisatis*; de cuius loci expositione vide Hieronymi Magij scriptum doctissimum de equuleo. Faciunt huc recken/ rencken/ hencken/ hangen/ hincken: & ἄγχω, *strangulo.* לָה est affixum fæm. gen. sing. num.

DLIII.

DLIII.

אֶרֶב Arab. Arab. ἐρέβ.

Ios.15.52.

IDest, *Insidians, insidiosè & clam ex insidiis prorumpens*, ab אָרַב, unde אֹרֶב insidiæ. Non longè abeunt rauben/rauffen/raffen/rapio, ἁρπάζω, *harpyiæ*, &c.

Os.10.14. אַרְבְּאֵל *Arbeel*, insidiæ Dei.

2.Sam.23.25. אַרְבִּי *Arbi*, locusta, vel insidiæ.

1.Reg.4.10. אַרְבּוֹת *Arubboth*, insidiæ.

DLIV.

אֶשְׁעָן Eschhan. Eschehan. Esan. Esaan. Esean. ἀσαν. ἐσαν.

Ios.15.52.51.

IDest, *Innixus* vel *sustentatus*: à שָׁעַן *inniti, harere*, מִשְׁעָן *scipio, baculus*, (sic dictus quod illi homo innitatur) *fulcimentum, sustentaculum*. Trahi huc potest ἀσανις, i.e. *tabula, asser*, cui innitimur vel inambulamus: item *nisus* per inversionem Radicis.

DLV.

חַמְתָּה Chumta. Humdah. Athmatha. Humda. ἀμαθά. μαθά.

Ios. 15.54.

IDest, *Lacerta*, aliàs חֹמֶט, *limax, testudo, cochlea terrestris*. Hinc est *mador, madidus*, & μαδάω, *madeo*, μαδὸς, lævis, & nostrum moder: ex madore enim & putredine limax nascitur: quo cum facile conciliari pot-

est

est made/i.e. vermis ex putri ebulliens. Quidam argutè reducunt nomen חֹמֶט ad חָטַם *reponere*, *recondere*: eò quod testudo intra domum suam semper se contineat.

DLVI.

יִזְרְעֵל Jizrehhel. Izreel. Jezraël. Jesreel. ἰέζρεκὲλ. ἰεζρεὲλ.

Ios. 15. 56. *al.* 55.

IDest, *Semen Dei*. זֶרַע est *semen*, à זָרַע *seminavit*, *sevit*. Summa hîc est linguarum convenientia. Σπείρω spreyen/*serere*. זְרוֹעַ *brachium*, βραχίων, arm/ quo serimus. Hinc Zerubbabelem quasi *satum* (זְרוּעַ sicut יְשׁוּעַ pro זְרוֹעַ) *in Babylone* dictum vult Theophylactus. Philoni est ex זָרַב, *princeps* vel *magister*, & *Babel*, q.d. *Iste princeps Babyloniæ*.

DLVII.

יָקְדְעָם Jokdehham. Jocdeam. Jucadam. Jakdeam. ἰεκδαάμ.

Ios. 15. 65.

IDest, *Incendium* vel *ustio populi*. De עַם i.e. *populus* egimus in Benammi XVII. Verbum יָקַד est *urere*, *comburere*: יְקוּד *ustio*: מוֹקֵד *focus*, *incendium*. Oriuntur hinc zünden/anzünden/*accendere*, *incendere*: & ζέω, *ferveo*: it. *candeo*, *candesco*: καίω, i. e. *uro*.

DLVIII.

אֶלְתְּקֹן Elthekon. Elthecon. Eltheкon. ἐλθεκὲν.

Ios. 15. 59. 58.

IDest, *Dei directio*, *Dei præparatio*. תָּקַן est *dirigere*, *componere ad æqualitatem vel rectitudinem convenientiamque*

que redigere. תִּקּוּן correctio, emendatio. Existunt hinc τέχνη, i. e. *ars*: δίκη *justitia*: taugen / tügen / tügend / tüchtig / *dexter, dexteritas*. Syris תְּקַן est sarcire: unde Gallis *rataconner*, i. e. resarcire.

Ios. 19. 44. אֶלְתְּקֵה *Eltekeh*, Dei directio.

DLIX.

תַּאנַת שִׁלֹה Thaanath-schillo. Thaanath-siloh. Thanathselo. Thaenath-silo. θναθσηλῶ.

Ios. 16. 6.

ID est, *Ficum diripiens*, vel *ficum arborem decorticans*. De שָׁלַל egimus in nomine Maher-schalal-chasbaz, numer. cxcv. תְּאֵנָה est *ficus* arbor juxta & fructus. Quia *t* & *s* inter se facile & frequentissimè permutantur, non aliena hinc sunt σῦκον, *ficus*, feigen. Græcis ἀθλέω & ἀθλωαία est *oliva*: unde Ἀθήνη, *Minerva* olearum inventrix dicta est. Non est absurda talis commixtio vocum: præsertim cum fici quandam speciem olivæ persimilem esse tradat Plin. lib. 15. c. 18.

DLX.

נַעֲרָתָה Nahharatha. Naaratha. Nahara. Naaratha. ναάραθα.

Ios. 16. 7.

ID est, *Puella* vel *juvenis*. נַעַר est *puer*, נַעֲרָה *puella*, נְעָרִים & נְעוּרִים forma plurali *pueritia*: quę cum Græco νεαρὸς & νεαρότης planè conspirant. Rad. נָעַר est *excutere, rugire, in præceps ferri*: id quod familiare est pueris & juvenibus, *cereis in vitium flectis*; & nimium sæpe temerarijs: ut haud injuria ijs nostrum

noſtrum narr applicueris, quo præcipitem ingenio & parum circumſpectum notamus.

1. Par. 7. 28. נַעֲרָן *Nahharan*, puer vel juvenis.

1. Par. 3. v. 22. נְעַרְיָה *Nehharjah*, Nearias, puer Domini.

1. Par. 4. 5. נַעֲרָה *Nahharah*, puella.

DLXI.

בֵּית שְׁאָן Beth-ſchean. Beth-ſean. Beth-ſan. **Bethſean.**

Βαθσαν.

Ioſ. 17. 11.

IDeſt, *Domus quietis, ſeu tranquillitatis.* Verbum שָׁאַן (in Piel à שָׁאָה) eſt *quieſcere, proſperari, abſque terrore eſſe.* Toar שַׁאֲנָן *quietum, pacificumque, beneque affectum* notat. Quadrant itaque Ὑγιὴς, *ſanus, ſalvus*, ſanfft: qui molliter vivit: nam in malam ſæpe partem capitur, de hominibus tranquillis & nimiâ felicitate turgentibus, inſoleſcentibusque: de quibus illud tritum frequentari ſolet: Κόρος ὕβριν τίκτει, Gut macht übermuth.

DLXII.

קְצִיץ Ketzitz. Ceſis. Caſis. **Kezitz.**

κασεὶς.

Ioſ. 18. 21.

IDeſt, *Inciſio*, à קָצַץ vel קָצָה *præcidere, incidere, decorticare, præſcindere.* Noſtri inſerunt, cum Latinis, in kurtzen/kurtz/ *curtare, curtus.* Accedunt & *ſeco*, ſecula pro falce, ſichel.

1. Reg. 4. 9. קָצֶה *Makatz*, finis, extremitas.

1. Macca. 9. 62. *Beth-ketzitz*, domus inciſionis.

DLXIII.

DLXIII.

צֶלַע Tzelahh. Selah. Sela. Zela. σηλαλεφ. σηλαελαφ.

Ioſ. 18. 28.

ID eſt, *Coſta, latus, axilla*: item *exedra, valva, tabula* & *latus cuiuſque rei.* Ortum ex eo ſuum prodit noſtrum צלע/& *axilla.* צֶלַע eſt *claudus*, dictus à lateris inclinatione: quare & per *claudum* reddi poteſt nomen præſens.

DLXIV.

בְּתוּל Bethul. Bethul. βαθθλ.

Ioſ. 19. 4.

VIrgo Hebræis eſt בְּתוּלָה matura ſcilicet & nubilis νεᾶνις Græcis. בְּתוּלִים eſt pl. numeri tantum, & ſonat *virginitates*, capiturque metonymicè pro ſignis virginitatis, Deut. 22. 14. Non inveni in eâ בְּתוּלִים. Per alluſionem huc quadrat *petulans* & *petulantia*, quæ puellis nupturientibus eſt familiaris: & βατταλίζω, *mollem vitam ago*, βατταλος, *mollis, effœminatus.* Perlepida eſt Emanuelis Tremellij conjectura: qui vocem Bethulah combinare ſolitus eſt ex ב *in* & תָּוּ *ſignum* & לָהּ pronomine fœminino: ut notetur integra, intacta & quaſi conſignata, quæque ſuæ integritatis notam gerat in ſeipſa.

Iudith. 2. 12. *Bethulia*, virgo.

DLXV.

בֵּית הַמַּרְכָּבוֹת Beth-hammarcaboth. Beth-marchaboth. Beth-marcaboth. Βαθμάρ.

Ios.19.5.

IDest, *Domus quadrigarum.* מֶרְכָּבָה est *currus, quadriga, vehiculum*, sicut & רֶכֶב & רָכַב: quamvis hoc posterius pro *expeditione curruum* collectivè, item pro *equis curruum* synecdochicè sæpe accipiatur. R. רָכַב est *equitare, vehi, inequitare, ferri super re aliqua.* Fecimus huius Radicis mentionem in nomine Cherubim, numer. cxcvii. siquidem Deus illis inequitare dicitur Psal. 18. 11. unde per metathesin nomen Cherub, à רָכַב deflexum esse sunt qui existimant. Pertinent huc fahren/fuhre/φέρω, *fero*, fern/πείρω, περάω, πορεύω: item *burdo* ex equo & asino natum jumentum, & *carabus* equus insignis velocitatis: unde *Carabin*, Carbiner. De Beth num. xxvi.

Ier.35.2. רֶכָבִים *Rechabim*, quadrigæ, equitatus.

2.Sam.4.2. רֵכָב *Rechab*, quadriga.

DLXVI.

שָׂרִיד Sarid. Sarid. σαείδ.

Ios.19.12.10.

IDest, *Relictus* vel *residuus*, à שָׂרַד *remanere, superstitem esse, relinquere* vel *relinqui, residuum esse:* est eiusdem prorsus significationis cum Græco ὑστερεῖν. שָׂרָד est filum phœnicium, quo signant fabri lignarij ligna incidenda. Pertinent huc *serus*: serum enim est, quod post alia relinquitur.

DLXVII.

DLXVII.

מַרְעֲלָה Marhhala. Maralah. Meralá. Mereala. μαειλά.

Ios. 19. 11.

IDest, *Stupor, confusio, tremor* propriè ebriorum, *temulentia*, quas significationes habent nomina appellativa רַעַל & תַּרְעֵלָה. Verbum in Hophal הָרְעַל est *stupore affici, veneno soporifero consopiri, tremefieri*. Facit huc *rigesco, obrigesco*, sc. tremore & horrore. Græcis βρύκω est *inebrior, crapulor*.

Esr. 2. 2. רְעֵלְיָה *Rehhelajah*, sopor Domini.

DLXVIII.

כִּסְלוֹת תָּבוֹר Cisloth-thabor. Chisloth-thabor. Chaseleth-thabor. Cisloth-thabor. ἰχασαλωθ θαβώρ.

Ios. 19. 12.

IDest, *Temeritates electionis*: vel, *fiduciæ puritatis*. De כִּסְלוֹת vide Cislon, num. CCCCXCVII. תָּבוֹר est ex R. בָּרַר *eligere* & *mundare*: id quod ad mysterium gratuitæ nostræ in Christo electionis pulcherrimè appositissimeque transferri potest: mundando enim Deus nos eligit, & eligendo mundat: in electione sua dignos non invenit sed facit. בָּר est *purus*: בר *puritas*. Apparet Latinæ linguæ Συμφωνία, in *purifico, purus*, pur/&c. בִּירָה aula, palatium, basilica, propter munditiem & splendorem, quo talia nitent loca.

Iud. 7. 24. בֵּית בָּרָה *Beth-barah*, domus electa vel pura. Hanc vocem eandem esse volunt nonnulli cum Bethabora Ioh. 1. 28.

Ios. 19. v. 34. אַזְנוֹת תָּבֹר *Aznoth-tabor*, aures electionis.

Ier. 2. 22. בּוֹרִית *Borith*, (ut habet Vulgata) i. e. sapo, vel herba, quâ panni lavantur & mundantur.

2. Sam. 20. 15. בֵּרִים *Berim*, electi.

1. Par. 7. 36. בֵּרִי *Beri*, electus meus.

DLXIX.

דַּבֶּשֶׁת Dabbeschet. Dabbaseth. Debbaseth. Dabbaseth.

δαββαδαί.

Ios. 19. 11.

IDest, Melliflua: à דְּבַשׁ *mel*, & quęvis alia fluens dulcedo. Hinc dapsilis cibus, δαψιλεια, *lautitia*, δαψιλῶς, *lautè*: it. *dapes*, à δάπτω, *voro*, vel δαπανάω *insumo*: & propius nostrum wachs/ i. e. cera: ut econtra de דְּבַשׁ, i. e. *mel*, est nostrum honig: nihil enim mirum, res tam cognatas nomina permutâsse.

1. Chron. 4. 3. יִדְבָּשׁ *Iidbasch*, mellifluus.

DLXX.

עִתָּה קָצִין Hhitta-katzin. Ithah-casin. Tacasin. Ithakazin. κασίν.

Ios. 19. 13.

IDest, *Tempus Principis*: vel, *Nunc Princeps*. עֵת *tempus*, à R. עָוַת *pervertere*: quia tempus omnia pervertit, juxta illud Poëtæ: *Tempus edax rerum*. עַתָּה *nunc*. Hinc ἔτος, *annus*, ἔτι, *amplius*, ἤδη, *nunc*. Et nostrum tag per inversionem & mutationem ע in g. It. *diu*, *ætas*.

Iud. 1. 13. עָתְנִיאֵל *Hhothniel*, tempus sive hora Dei

Nehem.

Nehem.11.4. עֲתָיָם *Hhathajah*, tempus Domini.
Esa.10,28. עַיָּה *Hajiah*, tempus vel hora.
Esr.8.14. חֻתַּי *Hhuthai*, perversitas.
1.Par.12.10. חַתַּי *Hhattai*, tempus, vel hora mei.
1.Sam.30.30. חֲתָךְ *Hhathach*, tempus tuum.
1.Par.8.26. עֲתַלְיָהוּ *Hhataljahu*, tempus Domini.
Vide plura supra num. CCCLXIII.

Altera vox שַׂר est *princeps, dux, rector, gubernator, ductor*. Radix est inus. Pertinent huc κάζω, *orno*, & Germ. fürstlich.

DLXXI.

מְתֹאָר Methoar. Methoar.

Ios.19.13.

ID est, *Figurans*, à תָּאַר *formare, figurare, disponere, aptare, signare, delineare, circumscribere, limitare*. Grammaticorum Toar est nomen adjectivum: sæpe tamen pro *specie, delineatione* vel *figuratione* accipitur. Oriuntur hinc thörnen/drehen/*tornare, tornio*, δρᾶν, i.e. *facere*, τορεῖν, *tornare*, τόρευμα, *opus torno factum*, τορνὸς, *tornus*.

DLXXII.

קַטָּת Kattath. Cattath. Cateth. Kattah. Katath. καθάθ.

Ios.19.15.

ID est. *Tædium*, à R. קוּט *repellere, reijcere cum dolore, offensione vel præmolestia ac languore adspernari vel aversari*. Hinc κῆδ-ος, *luctus*, κοτέω, *adversari, irasci*.

DLXXIII.

קִשְׁיוֹן Kiſchjon. Ciſion. Ceſion. Kiſeon. κεσιών.

*Ioſ.*19.20.

IDeſt, *Durities* vel *aſperitas*, à קָשָׁה *durum, aſperum, grave, difficile eſſe, indureſcere*: it. *indurare, aggravare.* Toar קָשָׁה *durus*: קְשִׁי *duritia.* Hinc κέστρα, i.e. *malleus, telum, ſtimulus.* Et *cos, cotis*, à duritie: cuius in Germanicis proverbiis notæ inſunt: hart wie ein weꝛ ſtein. In ein weꝛſtein vernehen. Huc referunt etiam קֶשֶׁת *arcus*: inde τόξον per metatheſin formari poteſt, i.e. *arcus.*

Nah.1.1. אֶלְקֹשִׁי *Elkoſchi*, Dei durities.
Iud.4.7. קִישׁוֹן *Kiſchon*, duriries.
1.Sam.9.1. קִישׁ *Kiſch*, durus.

DLXXIV.

אֵבֶץ Abetz. Ebetz. Abes. Abez. ἀαμέ, ἀεβής.

*Ioſ.*19.20.

IDeſt, *Ovum*, à בֵּיצָה vel בֵּיצָה, i.e. *ovum*: quam vocem revocant ad R. יָצָא *exire*: eò quod ova ex ave egrediantur: ſed hoc nimis longè petitum eſt, & vocabulo ipſi parum conveniens. Rabbini *teſticulos* vocant בֵּיצִים, i.e. *ova.* Poteſt אֵבֶץ etiam exponi per *canoſum ac lutulentum*, à בּוֹץ, i.e. *canum, lutum*: cuius R. בָּצַץ eſt inuſitata. V. num. DCV.

Eſr.2.17. בֵּצַי *Betzai*, ova.

Iud.12.10. אִבְצָן *Ibtzan*, ovum, vel pater ſcuti. ab אַב numer. XII. & צָנָה numer. CCCCLIV. in nomine Tzin.

DLXXV.

DLXXV.

בֵּית פַּצֵּץ Beth-patzetz. Beth-paſſes. Beth-pheſes. Bethpazez. Bethpatzetz. Βαιθφασής.

*Ioſ.*19.21.

ID eſt, *Domus confractionis vel diſperſionis*: à פוּץ *diſpergere, conterere, confringere cum diſperſione*: unde מַפּוּץ *malleus*. Hinc πάζω, *ſpargo*: πατάζω, *percutio, conculco*: & *ſipo, diſſipo*.

DLXXVI.

שַׁחֲצִימָה Schachatzima. Sahaſimah. Seheſima. Sahazima. Sahazoma. σασειμά.

*Ioſ.*19.22.

HVmiliatio *jejunij*, de שָׁחָה humiliari, incurvari, vide in Schuach CCCXXXIV. צוֹם eſt *jejunium*, à צוּם *jejunare*. Græci mutant ם in ν & per converſionem Radicis dicunt νηστεύω, *jejuno*, νηστεία, *jejunium*. Nos ם retinemus in ſchmachten / i. e. *inediam pati, fame*re. Aliàs σμώχω quoque eſt *exſiccando conſumere, emaciare*. nob. ſchmechen.

1.Par.2.15. אֹצֶם *Otzem*, jejunus.

DLXXVII.

בֵּית הָעֵמֶק Beth-hahhemek. Beth-hemek. Beth-emec. Beth Emek. Βηθαεμέκ.

Ios.19.27.

IDest, *Domus profunditatis.* עֵמֶק & עֹמֶק *profunditas, vallis:* עָמֹק *profundus.* à R. עָמַק *profundum esse.* Hinc μυχὸς, *penetrale, receſsus, locus abditus,* μῆκος, *longitudo, prolixitas,* & μηκύνω, *in longum produco:* it. *magnus, magnitudo.* De Beth num. XLII.

Nehem.12.14. עָמוֹק *Hhamok,* vallis.

DLXXVIII.

חֶלֶף Cheleph. Heleph. Heleph. μελέφ

Ios.19.33.

IDest, *Mutatio, tranſitus* aut *perforatio,* à חָלַף *tranſire, mutare, innovare, inſtaurare, roborare.* Vox חֶלֶף ex nomine tranſit in præpoſitionem, & ſignificat *pro, vice.* חֲלִיפָה eſt *mutatio:* מַחֲלָף culter. Vnde eſt forte noſtrum ſchleiffen/i.e. acuere: & *chalybs* metallum, ex quo cultri fiunt.

1.Maccab.11.70. *Chalpai,* mutatus.

Chaliphæ hinc dicti Syris Arabibuſque notiſſimo vocabulo, quo *Vicarios* Mahometi, ſeu ut nunc loquimur, Locumtenentes honorant. De quo vide Nic.Fullerum cap. 16.lib.4.

DLXXIX.

DLXXIX.

צַעֲנַנִּים Tzahhanannim. Saananim. Saananim. Zaannannim. Zahananim Βεσεναννείμ, Βεσεναανείμ, σεεναννείμ.

Ioſ. 19. 33.

IDeſt, *Lectus dormientis*. De נוּם *dormitare* numero CCCCLXXII. in Nemuel. Nomen יְצוּעַ eſt *ſtratum, lectus*, à R. יָצַע *ſtravit, extendit infernè*. Vnde noſtrum zůche/ i. e. *culcita*, quæ ſubſternitur dormientibus. Conveniunt etiam στέγω, *tego*: στέγη & στέγος ac τέγος, *tectum*: decken/decke. צָעָה & צָעַד quoque eſt *incedere, volutari humi, migrare vel ire de loco in locum*, ſicut & צָעַן, quæ cum noſtro zihen/wegzihen/ optimè conciliari poſſunt: item cum *cedo, incedo*.

Pſalm. 78. 43. צֹעַן *Tzohhan*, movens vel motio.

Judic. 4. 11. צַעֲנַנִּים *Tzahhannim*, lectus dormientis.

Iudit. 1. 9. Tanis vel *Tzoan*, lectus vel movens.

DXXC.

נֵקֶב Nekeb. Neceb. Nekeb. νακέβ.

Ioſ. 19. 33.

IDeſt, *Perforatio ſeu foramen*, à R. נָקַב *forare, perforare, cavare*, & per transl. *ſignare punctis, notare, nominatim exprimere*: it. *infamia notare, convitio afficere*. נְקֵבָה eſt fœmina, eò quod ſit perforata, inquit Pagninus in Lexico, ad quod etymon reſpexiſſe volunt Eſaiam Prophetam cap. 51. 1. *Intuemini in rupem* (Abrahamũ ſenectute effœtum) *unde exciſi eſtis*: & *in cavum foveæ*, vel perforationem ciſternæ, ut habet Vulgata, *unde*

effoßi eſtis. Vbi de *emortua vulva Saræ*, ut loquitur Apoſtolus Rom. 4. 19. ſermonem eſſe, quæ ciſternæ & latumiæ comparatur, clarum eſt. A נָקַב eſt *cavo*, as, are, *cavea*, *cabus* nomen menſuræ, κάβος, קֵב, *capſa*, kipe/&c. Cæterum נָקַב eſt etiam *nominatim exprimere*: unde *nuncupo*, are, originem habet.

DLXXXI.

חֻקֹּקָה Chukkokah. Chukkok. Huccob. Hucuca. Hukok. Hukkok. ἰκκώκ.

Ioſ. 19. 34.

IDeſt, *Sculptura* vel *præceptum* ſive *legislatio*: utramque enim ſignificationem habet verbum חָקַק *ſtatuere, ſcribere, pingere, ſculpere, imprimere imaginem vel effigiem*, quod Græcis eſt χαράττειν, item *decernere, mandare, ſtatuere*. חֹק & חֻקָּה eſt *jus, ſtatutum, mos, conſuetudo*. In priorem ſignificantiam quadrant εἴκω & εἰκομαι, *ſimilis ſum*, εἰκονίζω, *effigio*, *imaginem omnibus lineamentis ad exemplum exprimo*, εἴκασμα, *ſimulachrum*, εἰκών, όνος, *effigies, imago*: & noſtra geck/göze/gauch. A poſteriore ſignificatione ſtant *Lex, legatum*, &c.

1. Chron. 6. 76. חוּקֹק *Chukok*, ſtatutum.

Eſr. 2. 5. חֻקְפָּא *Chakupha*, præceptum oris.

DLXXXII.

יִרְאוֹן Jireon. Jiron. Iron. Jeron. Jereron. Jireon. ἐρών. ἱερών. ἰρεών.

Ioſ. 19. 38.

IDeſt, *Timor*, alias יִרְאָה & מוֹרָה, à R. יָרֵא *timuit*. Vſurpatur plerunque de timore, quem vocant, filiali,

liali,& legitimo ſubditorum,liberorum&piorum, erga parentes,magiſtratus, DEVM: quare meritò huc accerſimus ehren/ehr/*herus*,herr/hehr/herrlich/ ἑορτὴν,*feſtum*, quod in honorem Dei celebratur. Sed propius יָרֵא Ⓖ,i.e.metus: &*horreo*.

2.Chr.10.16. יִרְאֵל *Ieruel*,timor Dei.

1.Chr.7.1. יִרְיֵאל *Ieriel*, timor Dei.

1.Par.23.10. יְרִיָּהוּ *Ierijahu*,timor Domini.

DXXCIII.

יִתְלָה Jithla. Ithlah Jethela Jethla. Jithla. ἰέθλα.

Ioſ. 19.42.

IDeſt,*Pendens* vel *ſuſpenſio*, à R. תָּלָה *ſuſpendit,appendit.* תֶּלִי *pharetra*,eò quod ab humero ſuſpendatur. Judæi blaſphemiſolent Salvatorem noſtrum vocare תָּלוּי *ſuſpenſum* ſeu *cruciarium*.Hinc *tollo*,& *tollo*,nis, &τέλλω,i.e.*produco*,*oriri facio*.

2.Reg.19.12, תִּלְאַשָּׂר *Telaſſar*,ſuſpenſionem auferens, μηδὲν ἀναβαλλόμενⒼ. Vel, pharetra Principis: à שַׂר.

Eſd.2.59. תֶּל חַרְשָׁא *Tel charſcha*,ſuſpenſio aratri.

DXXCIV.

גִּבְתוֹן Gibbethon. Gibethon. Gebbethon. Gibethon. Gibbethon. γαβαθών.

Ioſ. 19. 44. 43.

IDeſt,*Dorſum*,à גַּב,i.e. *dorſum*,quoo eſt à גָּבַב *altum*, *excelſum*,*eminens*. Hinc eſt abſque dubio *gibbus*, & noſtrum giebel. Toar גִּבֵּב *gibboſum* notat. Radicem faciunt גָּבַהּ *extulit*,*elevavit*: quam attigimus in nomine Gabbatha num. CLXXVIII.

DXXCV.

DXXCV.

בְּנֵי בְרַק Bene-berak. Bene-berac. Banebarac. Bnebarak. Bneberak. Βανηβαεάκ.

Ios.19.45.44.

ID est, *Filij fulguris.* בָּרָק est *fulgur, coruscatio, fulgetrum*, à R. בָּרַק *fulgurare, coruscare, fulminare*: it. *tergere, polire.* Videtur ὀνομαλοπεποιημένον, & fragorem tonitrui, ac nubium sese invicem collidentium conflictum æmulari: unde & *fragor*, & nostra krachen: sicut gr. βεάχειν, i.e. *crepare, resonare*: κεραυνὸς, *fulmen*: κεραύνιος, *cerauneus*, i.e. fulmineus. *Ceraunia* (intelligeὄρη) montes sunt Epiri, qui crebrò fulminibus impetuntur.

Iud.4.6. בָּרָק *Barak*, fulgur.

Vulgata Barac ponit Gen.16.14. & alibi, pro Bared vel Bered, mendosè : vide infra, numero DCCXXXV.

DXXCVI.

יָפוֹ Japho. Joppe. Japho. ἰώππη.

Ios.19.46.

HÆc est *Ioppe* Actor.9.36. dicta à pulchritudine: יָפָה est *pulchre sescere* seu *pulchrum esse.* יָפֶה *pulcher*: יֹפִי *pulchritudo, decor, venustas.* Hinc ἴφις & ἴφιος, *pulcher*, & nostrum, fein/hübsch. Item pfaw/pavo, à plumitiei elegantiâ.

DXXCVII.

DXXCVII.

תִּמְנַת סֶרַח Timnath-ſerach.

Thimnath-ſerah. Thamnath-ſaraa. Thimnath-ſerah· θαμνάθ σαεφί. θαμνὰ σαεφέχ·

Ioſ.19.50.

ID eſt, *Numeratio reſidua vel ſuperflua.* Prius eſt à מָנָה *numerare*: de quo num.LXV. Nomen סֶרַח eſt *extenſio, abundantia, redundantia*, à R. סָרַח *ſupereſſe, ſuperfluere, redundare, excedere, luxuriari, diffluere*: it. *extendere*. Vnde noſtrum zerren/ſtrecken, & σύρειν, *expandere*: ex quo *ſtorea*. Σύρειν quoque eſt *trahere, extrahere*.

DXXCVIII.

אֶשְׁתְּמוֹעַ Eſchtemoahh· Eſthemoa· Eſtemoa. Eſthmoha. Eſthemoa· ἰσθεμώ· ἰεθεσμώ.

Ioſ.21.14.

ID eſt, *Mulieris uterus*. אִישׁ *vir*: de quo in Iiſrael numer.XLII. אִשָּׁה *mulier*, in regimine אֵשֶׁת: ſic etiam *virago* à *viro* nuncupatur apud Latinos. מְעַי eſt *inteſtinum, venter*: in qua ſignificatione מֵעִים & in regimine מְעֵי numero plurali, forma verò duali uſurparum reperitur. R. מָעָה non eſt in uſu. Transferro huc noſtrum magen: nam & pro quolibet interaneo uſurpari Pagninus aſſerit.

Neh.12.36. מַעַי *Mahhai*, i.e. venter.

DXXCIX.

DXXCIX.

בֶּזֶק Bezek. Becec. Beſek. Βεζέκ.

Iud.1.6.

IDeſt, *Fulgur, coruſcatio, ſcintilla.* בָּזָק appellativum eſt, cuius hę ſunt ſignificationes. Verbum בָּזַק Hebræorum Doctoribus eſt diſpergere: quod fulguri optimè convenit. זִקִּים & זִקּוּרִין *ſcintillæ*, à זִיק *flamma ignis, ſcintilla*, huc quoque faciunt: quorum omnium R. apud Hebræos certa non habetur. זִקִּים etiam *compedes* notat, à זָקַק, de qua R. nos vidimus num. DXXXV. Ad זִיק & בָּזָק accedit *ſcintilla*, funcke/ fackel/ *fax, facula*, φέγγος: item bliß/ inſerta tantum littera *l*.

DXC.

חֶלְבָּה Chelba. Helbah. Helba. ἑλβά.

Iud.1.31.al.33.

IDeſt, *Pinguedo.* חֶלֶב eſt *lac*: חֵלֶב & חֶלְבּוֹן *pinguedo, adeps.* חֶלְבְּנָה eſt *galbanum*, χαλβάνη. In lactis expreſſione non multum diſſentiunt linguæ, v.c. γάλα, *lac*, milch. ἀμέλγω, *mulgeo*, melcken. Pertinent huc etiam λίπη, *pinguedo*, λιπαρὸς, *pinguis*, ἀλείφω, *ungo*: ἄβλογος, *mulctrum* ἔκφος, *butyrum*.

Ezech.27.18. חֶלְבּוֹן *Chelbon*, pinguedo vel lac.

Iud.1.31. אַחְלָב *Achlab*, lacteus. Nam ſic quoque poteſt exponi, quamvis alibi per *fratrem cordis* reddiderimus, vel *cor fratris*.

Exod.30.34. חֶלְבְּנָה *Galbanum*, galban.

DXCI.

חֶרֶס Cheres. Heres. Hares. Hares.

ἄρες.

Iud. 1. 35.

ID est, *sol*, sicut שֶׁמֶשׁ. ab ardore & exsiccatione: unde *aridus*: & propiùs adhuc, idq; propter fulgorem, *coruſco*: & propter colorem χρυσός, i. e. *auru*. *Orus* Solem notabat Ægyptijs, & ὦρος Persis, autore Plutarcho in vita Artaxerxis. Appropinquant etiam ξηραίνω, *ſicco*, & ξειρος, *Sirius*, ſtella canicularis. Cognatum est חֶרֶשׁ *teſta*, *fictile igni vel ſole coctum*: unde κέραμεὺς, *figulus*: & κέραμος, *terra figulina*: κεράννυμι, *miſceo*.

Iud. 2. 9. תִּמְנַת-חֶרֶס *Timnath-cheres*, figura Solis.

Ier. 19. 2. חַרְסִית *Charſith*: nomen portæ fictilis, pro quâ Charſith hîc extat ap. Aquil. Symmach. Theodot. i. e. Orientalis, ſeu Solaris.

DXCII.

גַּעַשׁ Gahhaſch.

Iud. 2. 9.

ID est, *Tempeſtas*, *concuſſio*, *commotio*. R. eiuſdem formæ, est *movere ſe*, *concuti*, *percelli vehementer*, ut fit in fluminibus & tempestatibus: wenn alles ſchaumet vnd giſchet: quæ verba noſtratia ab hac Radice orta esse affinitas oſtendit & propria uſurpatio. Ier. 46. 7. Assonat quoque כָּעַס *iraſci*, quod etiam cum שׂ in fine ſæpe ſcribitur: & כַּעַשׂ vel כַּעַס *ira*, *irritatio*. Ex quibus sunt κώζω, κώζομαι, *iraſcor*: & *cenſeo*, *ſuccenſeo*.

DXCIII.

DXCIII.

סִיסְרָה Sisera. Siserah. Sisara. Σίσ-
σερα. σεισαεφ.

Iud. 4. 2.

IDest, *Equorum domitor, vel equitatus magister.* De סוּס i.e. equus (quod tamen speciei magis quàm individui nomen est) egimus in nomine סוּסִי numer. CCCCL. R. יָסַר est *corripere, coercere, castigare, erudire.* מוּסָר *disciplina, eruditio.* Appositè igitur Sisera vocatur, qui *Princeps erat militiæ*, ut hic dicitur. v. 2. A יָסַר est σαρόω *scopis purgo*, & σάρον, *scopæ*: scopis enim seu virgis emendantur & ad vitæ bonam frugem revocantur pueri. Item *sereno*: eruditio enim mentis est serenitas, ut ignorantia & dissolutio eiusdem caligo atque cæcitas.

DXCIV.

חֲרֹשֶׁת Charoscheth. Haroseth.
Haroseth. ἀεισωθ.

Iud. 4. 2.

IDest, *Aratura, silentium, surditas.* Habet enim has omnes significationes verbum חָרַשׁ, i. e. *silere, obsurdescere, arare.* חֵרֵשׁ est *surdus* & *silens*: חֶרֶשׁ *silentium.* חָרִישׁ *aratio.* חָרָשׁ *artifex, faber.* In arationem quadrant *arvum*, ἄρουρα, i. e. terra, item ἀρόω & ἀρόσσω, *aro*, ὀρύττω, *fodio*, ἄροτρον, *aratrum*, it. *armentum.* Ad silentium faciunt horsam / gehorsam / gehorchen / ἀκροᾶν. *Surdus* & *surdities* quoque haud magnâ operâ ex Hebræo sculpuntur. Ad artificium denique congruit Græcum χαράττω, i. e. *sculpo, exsculpo.* & *ars.*

Esr. 2. v. 57. תֵּל חַרְשָׁא Tel-*charschah*, suspensio âratri.

Ib. v.

Ibid. vers. 52. חַרְשָׁא *Charschah*, artificium vel aratio.

DXCV.

לַפִּידוֹת Lappidoth. Lapidoth. Lappidoth. Lapidoth. λαφειδώθ.

Ios. 1. 4.

ID est, *Lampades*, à לַפִּיד, i.e. *fax, tæda, facula.* Huius synonymum est פֶּלֶד. Consentiunt hîc omnia: λαμπὰς, *lampas*, lampe: & φαλὸς, *lucidus.* Radix לָפַד non est in usu. In Midrasch scribitur, quod Debora vocatur mulier לַפִּידוֹת eò quod faciebat פְּתִילוֹת fila aut funiculos, i.e. ellychnia pro Sanctuario.

Matth. 10. 3. *Philippus* פִּילִפּוס, i.e. *os lampadis.* Sic Casaubon. ex Eucherio Lugdunensi Exercit. 13. advers. Baron. num. 11.

DXCVI.

מֵרוֹז Meroz. Meros. μαζώρ. μερώζ

Iud. 5. 23.

ID est, *Macies*, à verbo רָזָה *maciare, marcescere, emaciare, attenuare.* Satis liquet, hinc manâsse Latina *macer, macies, marcor*: mager / Gall. *maigre.* רָזִי *macies*, רָזוֹן, *tenuitas.* Ab his existunt ῥυτὶς, *ruga*, ῥυσαλέος, *rugosus*, ῥυσόω, *corrugo.* Syriacè רָז & רָזָא est secretum, arcanum, mysterium. Hinc *Raziel* nomen Angeli, qui sic vocatur, quod Deo à sacretis sit: ut Cabalistæ fingunt.

1. Reg. 11. 23. רְזוֹן *Rezon*, tenuis vel macilentus.

2. Maccab. 14. 37. *Rezaja*, macies vel secretum Domini: ut quidam רָזִי ex Esa. 24. 16. exponunt.

Matth.11.28. כּוֹרָזִין *Corazin*, sic mysterium meum: ut reddit Hieronymus.

DXCVII.

יוֹאָשׁ Joasch. Joas. Ioas. ἰωάς.

Iud.6.11.

IDest, *Desperans, animum abjiciens vel desponsens*, à יָאַשׁ *desperare*. נוֹאָשׁ *desperatum, conclamatum, deploratum*. Ier.2.25.& 18.12. Alludit ἔσχατον extremum: & nostra phrasis, quâ in rebus desperatis utimur, auß/es iſt auß.

DXCVIII.

זְאֵב Zeeb. Seb. ζήβ.

Iud.7.25.

IDest *Lupus*. Nostris rusticis, ut canes submoveant vel abigant, familiare est dicere ziip. hoc enim terriculamento percelli creduntur, ac si à lupis appetantur. Germanis quoque ziippa/est lupa, & satis alioqui cognata sunt invicem λύκος, *lupus*, wolff. Chaldæi dicunt זְאֵבָא & דִּיבָא, ex quo nostrum deve: qua voce non solum *lupa*, sed vulgari convitio quælibet mulier notatur.

DXCIX.

זֶבַח Zebach. Zebah. Zebee. Sebah. ζεβεέ.

Iud.8.5.

IDest, *Victima*, à זָבַח *sacrificare, mactare, immolare*. מִזְבֵּחַ *est altare*. Hinc Græca σφάζω, σφάττω, *macto*, σφαγή, *jugulatio*. Quia verò de victimis ferè ubique usurpatur, transferri huc potest ζέβομαι & ζεβάζομαι, *colo*, σέβασμα, *cultus*.

DC.

DC.

צַלְמֻנָּע Tzalmunnahh. Salmunna. Salmana Zalmuna. σαλμανὰ.

Ios. 8. 5.

VMbra seu imago prohibita vel deminuta: à מָנַע *prohibere, removere, privare, minuere.* Hîc rursum Linguæ facile conveniunt: μινύθω, *minuo*, μινυρὸς & μινυὸς, *parvus*: mindern/i.e. minuere, minder/*minor, minimus, minuritio*, i.e. cantus, qui fit exili admodum voce: & demta prima radicali *nego.*

Gen. 36. 12. תִּמְנַע *Timnahh*, remotio, prohibitio.

1. Par. 7. 19. יִמְנַע *Iimnahh*, prohibitio aut impedimentum.

De צֶלֶם imago, vide *Tzalmonah*, num. LXXXV.

DCI.

קַרְקֹר Karkor. Carcor. Karkor. καρκάρ.

Iud. 8. 10.

ID est, *Destructio.* Verbum geminatum קָרַר est *destruere, diruere*, & si ita loqui licet, *exparietare*, seu *parietes alicuius ædificij demoliri.* קִיר enim est paries: cui affine est nomen קִרְיָה *oppidum*, à R. קָרָה *occurrere*, vel *contignare*: de qua num. CCCV. Refer huc κρούω, *tundo, pulso*: κεράζω, *devasto*, id quod tamen est à κέρας, קֶרֶן, *cornu.* num. CXLI.

Ier. 48. קִיר חֶרֶס *Kir-cheres*, civitas vel murus Solis.

Matth. 27. 32. *Cirenius*, Κυρηναῖον, à קֶרֶן cornu, vel pariete. Vide num. CXLI.

Cæterum potest קָרְקַר etiam reddi per *fontem refrigerij*, vel frigidum fontem: ita ut sit combinatum ex Rad. קוּר, quæ significat *venam fodere*: unde מְקוֹר

מָקוֹר *vena, fons*: quod ferè coincidit cum κρανὸς, *scatebra*, & κρήνη, i.e. *fons*. Deinde קָרַר est *frigescere*, quod cum קוֹר ita solet conciliari: ut consideretur frigoris penetratio vehemens & interiora quasi fodicando pertentans. קֹר & קָרָה *frigus*: קָר *frigidus*: מִקְרָה *refrigerium*. Ab his sunt Græca & Latina κρύος, *frigus*: & per transpositionem literarum ῥιγέω, ῥιγόω, ῥίγος, *rigeo, frigeo*: ῥῖγος, *frigor, frigus*: ῥιγὸς, *rigidus, frigidus*.

DCII.

בַּעַל־בְּרִית Bahhal-berith. Baal-berith. Bahal Berith. Baalberith, Βααλβερεὶθ.

Iud. 8.33.

ID est, *Idolum fœderis*. Nomen in Scripturis admodum frequentatum est בְּרִית fœdus, pactum: cuius originationes variæ afferri possunt. Plerique à בָּרַר deducunt, quod est *mundare, purificare, tergere*: eò quod in fœderibus veteres inimicitiæ quasi quædam animorum ærugines detergeantur, & aperta inter paciscentes amicitiæ fiat professio. Vide numer. DLXVIII. in Cisloth-tabor. Alij à בָּרָה arcessunt, quod est *comedere*, item *eligere*: à confœderatis enim post peracta sacrificia convivia agitabantur, ut factum legimus Gen. 26. & 52. A בְּרִית est brit der/brüderung/verbrüderung: & φρατρία, i.e. *curia*: ist friede & *fœdero*. De בַּעַל vide Jerubahhal numer. C.

DCIII.

DCIII.

מִלּוֹא Millo. Mello. Millo. μααλῶ.

Iud. 9. 6.

LOcus hîc erat celebris, in quo solennia habebantur comitia, etiam multis ante Salomonem seculis: ut ex textu claret. Instauravit eum David 2. Sam. 5. 9. & ampliavit ac perfecit Salomo 1. Reg. 9. 24. Iunius *munitionem* exponit. Piscator Festung/ Rabbi David, à *congregatione* sic dictum asserit, quasi *plenitudinem* dicas vel *repletionem* huius theatri videlicet primarij atque idcirco ampliſſimi. Ad מִלֵּל revocant, i. e. *loqui, dicere*, qui quid in talibus congregationibus à plebe promiscuâ fieri soleat attendunt. In legibus Caroli M. sæpe occurrunt phrases; *Mallos habere publicos*; &, *Ad mallum venire*: ubi locum publicum congregationibus destinatum & litibus agitandis ac dirimendis, notari manifestum est. Alius asserit, fossam fuisse ante tempora Salomonis, quæ templum ab arce sejunxerit, eamque repletam fuisse à Salomone: cum Pharaonis filiæ vxori suæ, eiusque famulitio domum strueret, ex eoque nomen accepisse. Sed repugnat antiquitas & celebritas huius loci, ut testimonia citata demonstrant. מְלֹא plenitudo, sic מְלֹאָה & מִלּוֹא & מִלְאָה, à R. מָלָא *implere, perficere, congregare*: Toar eiusdem formæ est *plenus*. Quia *m* & *p* tanquam literæ eiusdem instrumenti facile inter se permutantur. Referre huc sanè liceat *pleo, impleo*, πολὺς, i. e. *multus*, πλῆθος, *multitudo*, πλοῦτος, *divitiæ*. it. *mille* & *multus*. Μαλεῖν est *implere, crescere*.

1. Par. 25. 4. מַלּוֹתִי *Mallothi*, plenitudo.

1. Reg. 21. 1. יִמְלָה *Iimlah*, repletio, aut circumcisio, à מוּל num. DXVI.

Luc.3.31. *Melea*, plenus.

1.Maccab.5.26. *Malle*, munitio, vel repletio.

DCIV.

מְעוֹנְנִים Mehhonenim. Moonenim. Mehonenim.

Iud.9.37.

IDest, *Augures, Planetarij, divinaculi, genethliaci, harioli*, qui tempora obſervant ſuperſtitiosè, μετεωρίζοντες. Luc.12.29. qui ex aſtris & nubibus futura conjectant, & de ſuâ aliorumque fortunâ exinde pronuntiant, quid ſpei hominibus reſtet, de proventu præſertim terræ, & tempeſtatibus reliquis, quibus anni circuitus abſolvitur. עָנָן eſt *nubes*: & inde verbum in Piel, quod ſignificat *obnubilare* עָנַן, Gen.9.14. ubi tamen dages deficit. Et ex alterâ formâ cum Cholem עוֹנֵן *ex nubibus ac cæli conſtitutione futura conjicere*: unde participium מְעוֹנֵן *præſtigiator*: עוֹנְנִים *præſtigiatores*: עוֹנֶנֶת *præſtigiatrix*. Sunt qui hæc omnia ad עַיִן, i.e. oculus revocant: ut עוֹנֵן is ſit, qui oculos tenet, ut communiter Rabbini exponunt, id eſt, qui præſtigiis utitur: de quo v. Hanamim nu. CCXLIII. Alij ad Rad. עָנָה vel עוּן: unde עוֹנָה *tempus conſtitutum, præſcriptum & deſtinatum alicui rei*. V. Baalmeon, num.CCCCXXCII. Ad עָנָן, i.e. *nubes*, quadrant, γνόφος, κνέφας, *caligo, tenebræ*: & νεφέλη, *nubes*, nebel/*nebula*.

1.Par.3.v.ult. חֲנַנְיָה *Hhanani*, nubes: unde *Ananias*, i.e. nubes Domini.

DCV.

DCV.

תֵּבֵץ Thebetz. Thebes. Thebez. θηβῆς.

Iudic. 9. 54.

ID est *Sericeus* vel *cœnosus*. בּוּץ est *byssus*, ut ipsa nominum convenientia ostendit, græcè βύσσος, linum scilicet subtilissimum & candidissimum in Palæstina nascens. Ab eo est nostrum weiß/ut Schindlerus docet in Lexico. Potest etiam deduci, à בִּיץ vel בְּצָה *cœnum, palus, locus paluſtris, cœnosus, lutosus* : à בָּצַץ Rad. inusit. cui respondet nostrum pfützę : & *fex*, & βυσσὸς quasi βυθὸς, i.e. *profundus*.

1. Chron. 2. v. ult. יָעְבֵּץ *Iahbbetz*, densitas luti.

1. Sam. 14. 4. בּוֹצֵץ *Botzetz*, cœnum, lutum.

Ios. 19. 20. אִבֵּץ *Abetz*, cœnum. Nos tamen num. DLXXIV. per ovum quoque reddidimus.

DCVI.

פּוּאָה Puah. Pua. Phua. Puah. Pua. φοῦα.

Iud. 10. 1.

ID est, *Angulus*. פֵּאָה est *extremitas ac finis cuiusque rei, plaga, latus, coma, dux, princeps*: quod non potest mirum videri Helvetijs, quibus hodieque sunt *Cantoni*, i.e. Anguli seu duces sui. Remansit inde apud nos kanth/ kente: portio ab integri panis extremitate resciſſa dicitur ein kenthe brods: & ut ad Hebræum nomen nos reflectamus, dicimus & nos eine bethe brots : quod cum פֵּאָה satis convenit. Galli *bout* extremitatem vocant cuiusque rei.

DCVII.

סדינים Sindones.

Iud. 14. 12.

QVamvis hoc nomen proprium non sit, dignissimum tamen est, quod huic seriei inseratur: quia catholicum est, & rei originem ex voce prodit. Hieronymus סָדִין (quod planè cum Gallico *satin* coincidit) Prov. 31, 24. reddit per *sindonem*. LXX. Σινδόνας habent. Nos seyden dicimus. Latini *sericum*, mutato *d* in *r*, quod non mirum potest videri iis, qui observarunt, literas ד & ר propter figuræ similitudinem in aliquammultis vocibus permutatas reperiri: qualia exempla alibi dedimus. Potest tamen esse *sericum* à שְׁרִיקוֹת Esa. 19. 9. ubi per lina optima & multicoloria vel pectinata exponitur. Certe Robertus Stephanus per *sericum* plane reddere non dubitavit. Vide in nomine Sorek, num. DCIX. Arabes optimum sericum hodieq; vocare אֶל שִׁרְק docet Pagninus in Lexico. Cæterum admirationem haud modicam habet, bombycum usum & serici naturam tam serò Græcis & Romanis innotuisse. Zonaras hoc ante annos mille, & quod excurrit, enarrat de Iustiniano loquens his verbis: *Tela serica quæprius à Persis mercatoribus tantum afferebatur, Iustiniani temporibus à Romanis texi cæpit: cum ignorarent antea, quomodo fieret & vermium fila esse nescirent. Cæterum duo Monachi ex India Byzantium profecti originem illius declararunt, polliciti, se fœtum illorum vermium ova nimirum perexigua allaturos, & ostensuros Romanis, quemadmodum illa fovendo animata in vermes mutentur, & sericum naturâ texant. Eos Iustinianus in præsentia muneribus, de cætero magnis pollicitationibus ad id præstandum confirmavit.*

mavit. Itaque Serum ova Byzantium attulerunt, & in fimo collocata in vermes transformarunt, & mori foliis aluerunt, indeque sericum confecerunt. Hæc ille. Facessant igitur, quæ de lanitio sylvarum, & frondium canitie ex Virgilio & Plinio circumferuntur: quæ pridem etiam refutavit exceptione omni major testis experientia. Videatur Fullerus cap.11.lib.2.& Alexander ab Alexandro lib.4.cap.9.

DCVIII.

עִיטָם Hhetam. Etam. Etam. ἠθάμ.
*Iud.*15.8.

ID est, *Avis eorum.* עִיט est *avis rapax*, & ferè collectivè usurpatur de avium rapacium turba. Mercerus per *Ales* aptè reddi posse censet. R. עוּט, עָיַט vel עיט est *invehi, involare avis rapacis more.* Affine est verbum עָטָה *tegere, operire, vestem celeriter sibi injicere, & quasi involare in vestem*: unde στέγω, *tego*: στέγος, *tectum.* Ex עִיט existit ἀετός, *aquila.* A עָטָה ἐνδύω, *induo.*

DCIX.

שׂוֹרֵק Sorek, Sorec, Sorek. σωρήχ. ἀλσωρήχ.
*Iud.*16.4.

ID est, *Vinea, vitis, propago, palmes. Surculum* hinc habent Latini. Fuit istud nomen vallis in Palæstinâ sitæ, vitibusque laudatissimis consitæ: ubi Samsonis amores Delila erant. *Vitem optimam* reddere solent, *cuius uvæ non habeant acinos.* Inde nobis ranck/i.e. ramus: & *surculus.* De שְׂרִיקוֹת linteis *sericis* egimus paullo antè, num. DCVII.

Genes.36.v.36. מַשְׂרֵקָה *Masrekah*, vitis. Vide DCCCXCVII.

DCX.

דְּלִילָה Delilah. Dalila. Delila. δαλιδά. δαλιλά.

Iud.16.4.

IDest, *Situla eius*: vel *exhauriens*. דְּלִי *situla*, instrumentum, quo hauritur aqua: *haustrum* vocant: à דָּלָה *haurire, extrahere, attrahere in sublime, exaltare.* Hinc ἀνθλάω græcum & latinum: & *antlia*, i.e. situla, apud Martialem. *Curva laboratas antlia tollit aquas.* דָּלִית est ramus: unde *thallus* eadem significatione: & θάλλω floreo, germino. Potest etiam Delilah exponi per *paupertatem*, à דָּלַל *attenuari*: de quo numer. DXLIII. in nomine Dilhan.

Neh.6.10. דְּלָיָה *Delajah*, situla Dei.

Est.9.7. אֲדַלְיָה *Adaljah*, hauriens.

Ps.119.25. דָּלֶת *Daleth* (litera ד) porta: à דָּלָה attollendo: de quo sigillatim num. DC.

DCXI.

לַיִשׁ Lajisch. Lais. Laïs. λαΐς.

Iud.18.29.

IDest, *Leo annosus, vel annis major.* Ter tantum occurrit in scripturis. Iob.4.11. Proverb.30.30. Esa. 30.6. Ad לוּשׁ reduci solet, i.e. *conspergere farinam, subigere*: eò quod prædam instar farinæ subigat talis leo. Vide Aluscb, num. cccxxcv. Potest igitur huc referri λεία, *præda*, λύσσα, *rabies*, furor leonum, & Homericum λὶς, i.e. *leo*.

DCXII.

DCXII.

יבש Jabesch. Jabes. Jabes. ἰαβαῖς.

Iud.21.8.

IDest, *Siccitas* vel *confusio*: à יָבֵשׁ *aruit, siccavit se*: item *erubuit, pudore suffusus est*: in qua significatiõe ei synonymum est בוּשׁ: de quo num.CXVII. in Mephiboschet. Ad siccationem facit ἐασκαίνω, *fascino, fascinum* quo arbores incantantur, ut exarescant: & *passus*, i.e. aridus: unde *uvæ passæ*, i.e. rugosæ ac siccæ. Ad ruborem autem & pudorem αἰσχύνη, *pudor*, & αἶσχος *turpitudo*, & nostra schemen/beschemen/scham: item sibilo, exsibilo, quod est ζιφώζω.

DCXIII.

רות Ruth Rutha. Ruth. ῥοὺθ.

Ruth. I. v.1.

IDest, *Tremor*, à R. inus. רָתַת, unde רִתַּת Os.13.1 *horror, tremor*: quod est eiusdem prorsus significationis cum רָטַט Ier. 49.24. de quo in Ararat numer. CCXVIII. Hîc Mercerus: Proximè, inquit, ad Hebręam accedit vox Germanica den riten. Consentiunt etiam τρέμω, *tremo*, τρόμος, *tremor*, & nostrum zittern. Arias Montanus Ruth exponit per *inebriatam* vel *saturatam*, à רָוָה *saturare, rigare, inebriare*: de qua R. vide Arjoch, num.CCXCIII.

DCXIV.

ערפה Hhorpa. Orpah. Orpha. Arpa. ὀρφᾶ.

Ruth. I. 4.

IDest, *Cervix* vel *cervicosa*. עֹרֶף *cervix* seu posterior pars

pars faciei aut colli ex vertebris ita coaptati, ut huc illuc moveri facile possit. Scriptura igitur indomabiles, & qui flecti nequeunt, duros cervice seu cervicosos appellat, nos halßstarrig. R. עָרַף est *cervicem frangere*, q.d. decervicare, *torquendo cervicem frangere*, quod de asinis usurpatum extat Exod. 13. 13. & per translationem *destruere*. Si literarum affinitatem spectes, facile vocem עָרַף cum *cervix* conciliaveris, item cum βρέγμα, quod synciput notat, & nostro rumpff. Pulchrè quoque βρέγμα & βρέχειν in ea cum R. proposita convenit significatione, qua *stillare* vel *pluere* significat, Deut. 32. 2. יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי *stillet sicut pluvia doctrina mea*.

DCXV.

שַׂלְמָה Salma: & שַׂלְמוֹן Salmon.

Salmah. **Salma.** σαλμών.

Ruth. 4. 20. *al.* 18.

EST שַׂלְמָה idem quod שִׂמְלָה, per metathesin literarum, *vestis, indumentum*: de quo in Samlah, num. CCXXCII. Adsonat his schamloth / & *velamentum, vellus*, quo indumenti genere nihil antiquius aut frequentius.

DCXVI.

צוּף Tzuph. Suph. Zuph. σώφ.

1, *Sam.* 1. 1.

ID est, *Natans, fluctuans*, vel *favus*: צוּף enim *favum* significat, à צוּף *natare, fluctuare, inundare*. Solet comparari cum נוּף *stillare, perfundere*: de quo in Nophet, num. DCLXVII. item cum זוּב fluere, effluere: de quo in Zebub, num. CLXVI. Congruit huc *favus* & *flavus*: & *favissa*, liquescente *l.* i. e. *locus recondendis thesauris idoneus*,

idoneus, & ipse thesaurus inibi reconditus. Fullerus lib. 6. c. 16. Alludit nostrum triffen/insetto r. Nec longè abit nostrum suppe/Gall. *souppe*, quod & alijs linguis frequens est, & quodvis liquidum edulium notat.

DCXVII.

חפני Chophni. Hophni. Ophni. Hophni. ὀφνεί.

1. *Sam.* 1. 3.

ID est, *Pugnus, pugillus*: vel *cooperiens*. חֹפֶן est *vola, interior pars manus, palma* & synecdochicè ipsa *manus*. in duali חֹפְנַיִם. Non multum differt à כַּף *palma, planta*: de quo num. CLXXVII. in Caphtorim. A חָפַף deductum hoc nomen *cooperientem* notat: de quo in Chuppim, num. CCCCVII. Latina *cavus* & *cavare* huc satis quadrare nemo est qui non intelligat.

1. Maccab. 12. 37. *Chaphunatha*, pars muri Hierosolymitani à *pugno* dicta, qui est חַפְּנָתָא. Erat enim murus introrsum reflexus, ut angulum Acræ (de qua num. DCCCCIII.) circumcluderet: cui videntur utrinque fuisse propugnacula Acram versus projecta, quæ dicta sunt Chaphunata, quasi *pugnos* dicas.

DCXVIII.

בליעל Belijahhal. Belial. Belial.

1. *Sam.* 1. 16.

HAc voce utitur Channa suspicionem ebrietatis à se amolitura: *Ne dederis*, inquit, *ancillam tuam ad facies filiæ Belial*: id est: *Ne compares ancillam tuam cum ulla fœmina nequam*: ut Iunius reddit. Est autem Belial idem ac si dicas, *Non adscendens*, vel *Absque jugo*, vel ut Arias Montanus hoc loco exponit, *Absque profectu*: à בְּלִי *non, sine, absque, præter*: בַּל *non, neutiquam, nihil.*

nihil. Et עָלָה *adscendere, proficere*: de quo videatur numer. ccxvi: sic filius Belial erit *homo frugis, profectus & emendationis expers.* Hieronymus deducit, à בְּלִי *sine, absque*, & עוֹל *jugum*, q. d. absque jugo, ohne joch: ut notetur homo impius, qui divinæ legis jugum ferre nolit. Huius R. est עוּל *lactare*: ex quo nomen עוֹל *puer, infans*: & עָוֶל & עַוְלָה *iniquitas*: & עַוָּל & עָוִל *iniquus*. עוּל *iniquè agere*: unde gail/gailheit: & φαῦλος & übel. Quidam ex Rabbinis componunt ex בַּל *non*, & יָעַל quod in Hiph. est *profuit*: sic Belial ἀχρεῖον, *inutilem* notat, qui nec sibi nec aliis prodest: quem describens Hesiodus ita canit:

Qui sibi consulere ignorat, nolitque monenti
Auscultare alij, nullusque & inutilis hic est.

Potest etiam esse ex בְּלִי *non nihil*: & עָלַל, i. e. *agere, conari, moliri, meditari*: ita *vecordem* & *segnem* significabit: qui nulli actioni est idoneus. Cæterum in scripturis non tantum cum personis jungitur, ut Deut. 13. 13. Iud. 19. 22. Nah. 1. 11. sed etiam *cum verbis & verbis*, Psal. 18. 5. *torrentes Belial*. Psalm. 49. 1. *verbum Belial*. item Ps. 101. 3. Ab Apostolo pro ipso Diabolo sumitur, 2. Cor. 6. 15.

Iud. 4. 17. יָעֵל *Iahhel*, damula, vel utilis.

DCXIX.

בֵּית כַּר Beth-car. Beth-char. Bethcar. Bethcar. Βαθχώρ.

1. *Sam.* 7. 11.

ID est, *Domus agni, vel pabuli*. De Beth, vide nu. xxvi. כַּר est *agnus* vel *aries* potius, & per translationem *dux, princeps, centurio*, item *instrumentum bellicum eo prorsus sensu, quo aries latinis*. Sumitur etiam pro *pascuo & loco pascuæ*. כָּרִים sunt *arietes, principes, duces, agni saginati*.

saginati. Capellus ad An. 2454. A בָּרַר est κῶρ & κῶρι, & Lat. *cura. Corybantes, qui Iovem educarunt, quasi principes intelligentes.* à בָּרַר & בָּרָא. R. inusitat. בָּרַר exponi solet per *saginare, benè pascere:* atque ita convenit cum κορέω, *saturo*, κόρος, *saturitas:* κάρος & κάρυον, & κάρ, *ovis.*

2. Par. 35. 20. כַּרְכְּמִישׁ *Carcemisch*, agnus quasi ablatus.

Est. 1. 14. כַּרְשְׁנָה *Carschena*, agnus anniculus.

DCXX.

יוֹאֵל Joël. Joel ἰωήλ.

1. *Sam.* 8. 2.

JOel est, *Volens* vel *jurans*, à יָאַל, quod in Hiph. utrumque significat, *jurare & velle:* it. *incipere, festinato parare.* Imperativus הוֹאֵל est vox hortantis, q. d. *age, incipe:* quâ in parte convenit cum Lat. *ilico*, & nostro eilend. λιλαίομαι est *festino & cupio*; λιάζω, *propero*: & λῶ, λῇς, *volo*: ipsumque *volo*, à יָאַל fluxit absque dubio: ut & βούλομαι: & wollen/ will. Hieronymo Joël est ἐρχόμενος, i. e. *incipiens*: vel Dominus Deus, à יְהוָה & אֵל, Prolegom. in Malac.

DCXXI.

שְׁלִישָׁה Schalischa. Salisah. Salisa. Salisa. σελχά. σαλισά.

1. *Sam.* 9. 4.

JOel est, *Ternaria*, vel *principissa* seu *princeps mulier*, à שָׁלֹשׁ *tres*, שְׁלֹשִׁים *triginta*, שְׁלִישִׁי *tertius.* שָׁלִישׁ *princeps, dux, quasi tertius à Rege.* Est hinc nostrũ schliessen/ beschliessen: ternario enim numero constant omnia, *principio* nempe, *medio & fine:* unde proverbia. *Omne trinum perfectum.* Aller guten dinge müssen drey seyn.

1. Par.

1.Par.7.v.37. שִׁלְשָׁה *Schilscha*, trinus vel principalis.

1.Par.7.35. שְׁלֶשׁ *Scheleſch*, trinus vel princeps.

DCXXII.

צלצח Tzeltzach. Selsah. Zelzah.

σηλώ. σηλσάχ.

1.*Sam.*10.2.

IDeſt, *Vmbra munda, nitida, pura vel ſerena.* צֵל *umbra*, à צָלַל *obumbrari*, in Zilla ccvi. Nomen צַח eſt *mundus, purus, limpidus, clarus, ſerenus*: item, *aridus, ſiccus.* צָחִיחַ *locus elevatus, editus*, à צָחַח *candidum, ſerenum, purum, nitidum eſſe.* Refer huc zucker ob munditiem & candorem: & *ſiccus*, ξηρός: φύγω, i.e. *ſicco.*

DCXXIII.

מטרי Matri. Metri. Matri. ματθαί.

1.*Sam.*10.21.

IDeſt, *Pluvia*, à מָטָר; quod *pluviam tempeſtivam notat, quæ facit matureſcere*: unde *maturus & matureſco.* In Hiph. הִמְטִיר eſt *pluere fecit, pluviam immiſit.* R. in Kal non extat in Scripturâ. Faciunt huc *madeo*, μαδάω, *madidus, mador.* A quibus non longè abit etiam R. דָּמַע lacrymari: unde דִּמְעָה lacryma. Item noſtrum moder: it. mâer/meer/i.e. *maturus.*

DCXXIV.

ברן Badan. Bedán. Bedan. βαεάν.

1.*Sam.*12.v.13.*al.*11.

VArias habere poteſt expoſitiones hoc nomen, v.g. *in judicio* vel *judice*: ut ב ſit præfixum, & דָּן judex, à דִּין judicare, num.xxxi. Vel eſt *linum*, aut *vectis*, aut *mendacium*, aut *ramus*, aut *pondus*: nam vocula בַּד hæc omnia ſignificat: quo de conſulantur Lexicographi.

cographi. Potest denique idem esse ac *solus* vel *sola*: huius enim significationis est בָּדָד: de quo numer. cccxxc. A significatione *lini*, quæ nominis בַּד præcipua fere est, fluit nostrũ *bette*: lecti enim sternuntur linteaminibus. A mendacij significatione stat *Battus*, battologia, βατταλογεῖν: licet hæc propius absint à בָּטָא *blaterare, effutire, pronuntiare*: & בָּדָא *mentiri*.

DCXXV.

צְבֹעִים Tzebohhim. Seboim. Zeboim. σεβωίμ. σαβίμ. σαβαΐμ.

1. *Sam.* 13. 18.

IDest, *Intincti* vel *colorati*, à צָבַע *tinxit, coloravit, colore respersit, rubricavit.* Quidam hoc loco *basiliscos* interpretãtur, seu viperas, ob cutim quam habent, variegatam. Sic Targhum & DD. Hebræorum. In hac significatione ἀσπὶς, *aspis*, inde trahi poterunt. צָבַע color, unde σίβη, *color metallicus niger*: & *stibium*: σιβεύς, *fullo*. אֶצְבַּע *digitus*, quo pingimus & operamur: & per translat. energia seu efficacia. Sic Luc. 11. 20. Latini hinc habent *pingo*, nisi quod *n* inserant: unde & apud nos pinsel/à *peniculus & penicillus*. Aliàs φῦκος & *fucus* huc quadrant, & ψεκὰς, ἀδος, *guttula*: unde ψεκάζω *guttulis adspergo*. Potest Rad. צָבַע comparari cum צָהַב *flavum* esse: cui optimè convenit זָהַב aurum: adeo hæc lingua sibi ipsa in omnibus est similis. Nos quoque geld à gehl eâdem allusione possumus trahere.

DCXXVI.

מִגְרוֹן Migron. Magron. Migron.

μαγδών.

1.Sam.14.2.

IDest, *Ruina, casus*, à מָגַר *cadere, ruere, migrare, deijcere.* Vid.num.CL. Potest etiam exponi per *aream*: nam גֹּרֶן est area, vox usitata: quæ prorsus convenit cum nostra geren / i. e. area contignationis superioris ædium, ubi spacium est idoneum asservandæ annonæ. Sed & granarium & korn / kornboden voci גֹּרֶן persimilia sunt. Hebræis *granarium* est מְגוּרָה à congregandis eò frumentis: quæ vox ex גּוּר radice desumta est, significante inter alia *congregare*, vide num.XIV. Assonant granum, Gallicè *grain*, korn / kern / &c.

DCXXVII.

צוֹבָה Tzobah. Sobah. Soba. Zoba.

σωβά.

1.Sam.14.47.

IDest, *Exercitus*, idem quod צָבָא: hinc Dominus exercituum צְבָאוֹת dicitur: quam vocem omnium ora Christianorum in publicis congregationibus jugiter reboant. Eadem utitur Iacob in sua Ep. c.5.4. αἱ βοαὶ εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασι. Verbum צָבָא est *militare, ministrare, officium facere*: adeò latè patet, ut etiam operibus mulierum accommodetur. Græcis ζαβαρεῖον est *armamentarium*, ζαβαὶ, *arma bellica.*

(titudo: vel caprea.

2.Sam.9.2. צִיבָא *Tzibah*, exercitus, militia, for-

2.Sam.23.35. צִבְי בְּנֵי *Tzobah-bani*, exercitus filij

1.Par.4.8. הַצֹּבֵבָה *Hatzobeba*, militia in eâ. (mei.

DCXXVIII.

DCXXVIII.

גָּלְיָת Goljath. Goliath. Goliath. γολιάθ.

1. *Sam.* 17. 4.

ID est, *Transmigratio*, à R. גָּלָה *migravit, exulavit, in captivitatem duxit vel ductus est*: item *apparuit, aperuit, revelavit.* Nomen גּוֹלָה est *demigratio*, captivitas, μετοικεσία, Matth. 1. Affine est verbum גָּלַל *volvere*: quasi גָּלָה sit *volvere aliquem ad alios.* Vid. num. xxxix. Quadrant huc gleiten/außgleiten/begleiten/ quod fit exulibus & hospitibus. Non est prætereundum quod à גָּלָה est גְּלִיוֹן vestis gestus: unde גְּלִיוֹנִים vestes Laconicæ, transparentes seu pellucidæ, (sic quidam arbitrantur) de quibus Petronius: *Æquum est*, inquit, *nuptam induere ventum textilem, & palam prostare in nebulâ lineâ.* Queritur Plinius lib. 11. c. 22. & lib. 6. 17. excogitatum fuisse sericum: *ut in publico matrona transluceat.* Horatius lib. 1. Sat. 2. Coas huiusmodi vestes fuisse ait textas aranearũ modo. *Pene videre est*

Vt nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi,
Metiri possis oculis latus.

Sed quas pœnas accersat effrenata talis licentia, & effrons matronarum denudatio, prolixè edisserit Esaias c. 3. v. 23. & sequentibus: ubi omnia gynecæorum secreta & ornamenta scrutatus, totidem tormenta & cruciamenta Iudæis in hanc lasciviam projectis mox superuentura denuntiat. Vide Fuller. cap. 20. lib. 5.

2. Sam. 25. 44. גַּלִּים *Gallim*, transmigrantes.

2. Reg. 15. 25. תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר *Tiglath-pileser, captivitatem miraculosam ligans, vel auferens*: vel, *transmigrare facit eversor Assyrius.* 1. Chronicorum 5. vers. 6.

habetur חִלְּבַת פִּלְנאסר & exponitur, *nivem candentem prohibens vel ligans.* חִלְּבַ enim est שְׁלַגְ Chaldaicè & Syriacè, i.e. nix. Galilæi, i.e. *migratores.* Bernhard. Serm. 1. de Paschâ negat, *ritè rectèque solennitatem Paschalem celebrâsse eos, qui in Galilæa non viderint CHRISTVM suscitatum, quæ transmigrationem significat.*

DCXXIX.

דֹּאֵג Doeg. Doeg. δωήκ.

1. *Sam.* 21. 7.

ID est, *Anxius, pavidus, solicitus.* דָּאַגְ *pavere, timere, discruciari cum solicitudine & quasi morderi curis.* דְּאָגָה est *pavor* cum turbatione & morsu. Ierem. 49. 23. בַּיָּם דְּאָגָה *in mari solicitudinis.* Est hinc Græcum δήκω, *mordeo*, & δάκνω, δηξ, κὸς, *vermis*: & per inversionem κῆδος, *anxietas*, κηδαίνω, *anxius sum.*

DCXXX.

אָכִישׁ Aciſch. Achiſch. Achis. Aciſch. Achis. ἀγχοῦς.

1. *Sam.* 21. 11.

ID est, *Vtique est*, vel, *Sic est.* אֵךְ est particula plerumque affirmativa. Exponitur per *veruntamen, profectò, etiam.* In media sententia ferè exclusiva est, & redditur per *duntaxat, solùm*, &c. אֵיכָה est *quomodo*: unde ὥκως *sicut, qualiter*: ὁποῖος, *qualis.* Ab אֵךְ *etiam* est noſtrum auch: & Belg. ooc. De יֵשׁ *est* vel *exiſtit*, vide Eliſah, numer.

CCXXVIII.

DCXXXI.

DCXXXI.

חכילה Chacila. Hacilah. Hacila. Hachila. ἐχελά. ἐχελᾶ.

1. *Sam.* 23. 19.

ID est, *Spes ipsi*, vel *in ipsa*: continet enim vltima syllaba affixum fœminini generis. R. חָכָה est *exspectare, elongare, prolongare*: nam qui exspectat, tempus producit. Propriè notat *patientem exspectationem*, & redditur per ὑπομένειν ex Ep. ad Heb. 10. 32. πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων. חֵךְ est *palatum, faux.* חַכָּה *hamus.* Ratio ὀνομαθεσίας his rebus omnibus communis est. Vt enim pisces hamo inhiant, & palatum cibos quasi hiando appetit, ita qui aliquid solicitè exspectant, ad illud anhelant, & quasi aperto hiant ore. Possunt ergo huc referri *hisco, hio, hiatus*: item feuchen / hauchen.

Neh. 1. 1. חַכַלְיָה *Chacaljah*, exspectans Deum.

DCXXXII.

רצפה Ritzpah. Rispah. Respha. Rizpa. ῥεσφά.

2. *Sam.* 3. 7.

ID est, *Pavimentum* seu *stratum ad fovendum ignem*: vel *pruna* aut *carbo ignitus*, qui est רָצָף, at רִצְפָּה est *pavimentum*, à R. רָצַף *focum extruo*. Inde est χάρφω, id est, *calefacio, sicco*: & *carbo, cremo, as, are, cremium*, &c. Affine est צָרַף *conflare, excoquere metalla.*

2. Regum. 19. 12. רָצֶף *Retzeph*, pruna, carbo.

DCXXXIII.

בחרים Bachurim. Bahurim. Bahurim. Βαθείμ. Βαεχείμ. Βαχθείμ.

2. Sam. 3. 16.

ID est, *Electi* vel *juvenes*, à בָּחַר *eligere*: בָּחוּר & בָּחִיר *electus*: item *juvenis*, *puer*: בְּחוּרִים *juventus* numero multitudinis sicut בְּתוּלִים q.d. *virginitates*. Quadrant huc *puer*, *pueritia*, *parvus*, βρέφος, i.e. *infans*: item *probus* pro electo seu probato: & ablato ב αἱρέω, *eligo*: ut & κόρος, κοῦρος, *filius*, *puer*, *juvenis*.

2. Sam. 5. 7. יִבְחָר *Iibchar*, electus.

DCXXXIV.

סִרָה Sirah. Sira. Sira. σειρά. σειρᾶ.

2. Sam. 3. 26.

HOc nomen est à סִיר, i.e. *olla*, *lebes*, *ahenum*, *cacabus*. it. *spina*. Trahi huc possunt schirr/ geschirr/ sorge/ fewersorge/ scherbe/ κέραμος, i.e. *olla*.

Iudit. 2. 18. *Suri*, olla.

DCXXXV.

גִּלְבֹעַ Gilboahh. Gilboa. Gelboe. Gilboa. γελβουέ.

1. Sam. 28. 4.

ID est, *Lætitia investigationis*, à גִּיל *lætari*, num. CXII. in Abigail. Et בָּעָה *inquirere*, *scrutari*, *petere*, *elicere aliquid ex alio*: unde πάω, *acquiro*, ἀφύω, *haurio*, & *apiscor* vetus verbum. Significat etiam בָּעָה *bullire*: unde *bulla* & *ampulla*.

1. Reg. 15. 16. בַּעְשָׁא *Bahhschah*, investigatio desolationis.

DCXXXVI.

DCXXXVI.

בְּשׂוֹר Besor. Besor. Cοσσώρ. Cοσόρ.

1.*Sam*.30.9.

IDest, *Evangelisatio, lætum nuntium*, à בָּשַׂר, quod in Piel id propriè exprimit quod Græcis est εὐαγγελίζειν. בְּשׂוֹרָה *Evangelium*. Nomen בָּשָׂר *carnem* notat, & antonomasticè *homines*, præsertim ubi cum כֹּל jungitur: atque ita בָּשָׂר cum carne facilè conciliatur. *Carnea* enim seu humana, mollia, suavia homines exhilarant. Quid si ideo à carne dictum esset Evangelium apud Hebræos (Esa.61.1.) quod in eo nostris, i.e. humanis sensibus ubique sese attemperet Deus: unde ista toties totiesque à Paulo iterata: ἀνθρώπινον λέγω, καθ' ἄνθρωπον λέγω. Sed varia est huius phraseos usus: quo de consulatur Beza in notis ad Novi Testam. cap.3.v.5. Ep.ad Rom. Non longè abit à בָּשָׂר σάρξ, i.e. *caro*: quæ aliàs Hebræis est שְׁאֵר Gallicè *chair*. Læto nuntio convenit σύρειν, *trahere*: ducimur enim lætis: it. nostra besser/bessern: dicimus enim bessere bottschafft bringen. Alludit ad בָּשַׂר *basiare*: Gallicè *baiser*: & quatenus significat læta nuntiare, *Ambaßadeur*.

DCXXXVII.

רָכֶל Rachal. Racal. Rachal.

κάρμηλος.

1.*Sam*.30.29.

IDest, *Negotiator, aromatarius, institor, mercator, detractor, susurro*. A R. רָכַל *negotiari, mercari* est רוֹכֵל *negotiator*, & רָכִיל *detractor*: quæ duo sæpe sæpius in unum subiectum conveniunt. Affine est רָגַל *detrahere, obloqui*, de quo in Rogel cxx. Ex רָכַל transpositis literis fit *celer*. Etenim

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Faciunt etiam huc λακερύζω, *obtrecto*, λακέρυζα, *obtrectatrix fœmina*. Ad mercatoris notationem appropinquat quoque nostrum meckler.

DCXXXVIII.

כּוּר־עָשָׁן Cor-hhaschan, Chor-asan, ChorAsan. βηεσαὰ. καεσαὰν.

1. *Sam.* 30. 30.

IDest, *Fornax fumi*. De עָשָׁן *fumus* vide Hhaschan, num. DL. כּוּר est *fornax, caminus, catinus* seu vas, in quo aurifex fundit argentum & aurum: à כּוּר vel כָּרָה *fodere, effodere, perfodere*: item *emere, comparare*. Hinc est graben/ & kramen/ kriegen. כִּיּוֹר est λεκάνη seu vas amplum, vel excavatum: ex quo caro lavatur. כֹּר autem *Corus* pl. כֹּרִים mensura præcipuè aridorum, continens decem ephas seu triginta sata. Vide *Epha* CCCCXXIII. & *Hin* num. CCCCXXIX.

DCXXXIX.

צִיּוֹן Tzijon. Sijon, Sion. Zion. σιὼν.

2. *Sam.* 5. 7.

MOns celebratissimus, è quo prodijt Lex, Esa. 2. 3. & salus in omnes gentes. Iohan. 4. 22. Ideo mons sanctus & mons Domini sæpe dicitur. In huius vertice arx constructa erat, quæ à Davide civitas David nuncupata fuit. Nomen habet à siccitate: צִיָּה est *siccitas* vel *locus aridus & siccus*: à quo צִיִּים *bestiæ* (quam vocem Esa. 13. 21. retinuit Lutherus) in locis aridis & desertis habitantes: quas quidam putant inesse in Apocalypsi c. 18. per *spiritus immundos*.

Alij

Alij *dæmonia, lamias*, & *dracones* ijs significari putant. צִי est *navis*, quæ quasi siccum quiddam est in mari reliquo, aut fluvio. צִיּוּן est *statua, titulus, signum vel monumentum, quod ponitur juxta sepulchra aut vias.* Huc faciunt ξέω, *ferveo*, ξέσις, *fervor*, ξηρὸς, *siccus*, ἄζω, *sicco*: & *siccus*, item ſiechen/i.e. *lue lenta emarcescere.*

DCXL.

בֶּטַח Betach. Betah. Bete. Betha. Betha. μελεβάκ βαλάκ.

2. *Sam.* 8, 8. *al.* 9.

ID est, *Fiducia, confidentia, securitas, spes.* Eius synonyma sunt מִבְטָח, בִּטָּחוֹן, בִּטָּחוֹן. à R. בָּטַח *fidere, fiduciam habere, securum esse, firmiter inniti.* Satis aptè huc quadrant *fido, fides, fiducia*, & πείθω, *fidem facio*, πιστὸς, *fidelis*: item *petere* bitten: quæ cum fiducia fiant oportet.

DCXLI.

תֹּעִי Tohhi. Thoi. Thoi. θοΐ.

2. *Sam.* 8. 9. *al.* 10.

ID est, *Errans* à תָּעָה *errare*. à quo תּוֹעָה *error*. Scribitur etiam per ט, eadem prorsus significatione. Faciunt huc θοός, i.e. *præceps, velox*: & thor/i.e. *stolidus*: præcipitantiam enim stoliditas sectatur. Prov. 14. 29. *præceps animo excitat stultitiam.*

DCXLII.

כְּרֵתִים Cerethim vel Cerethæi. Cherethi. Cerethi. Crethi. χελεθοί. χερεθί.

2. *Sam.* 8. *v.* 18. 19. *al. cap.* 9. 3.

CErethæi & Pelethæi, quorum prima nunc fit

mentio, erant sagittarij & funditores, tanquam prætoriani Regum milites, quos ex Philistæis accersitos fuisse arbitramur ex 1. Sam. 30. v. 14. Sopho. 2. 4. 5. Ezech. 25. 16. aut in præsidijs collocatos per loca limitanea, præsertim ubi Iudæa Palæstinam spectabat. Fortasse cum nostris Helvetijs comparari possunt, qui ingenuâ servitute, ut sic dicam, plurimis per Europam Dynastis sese obstringunt, & ob fidelitatem & candorem præ reliquis cunctis nationibus in pretio habentur. Convenit his etiam etymon. Etenim nihil frequentius in scripturis quàm quod כָּרַת cum בְּרִית construatur, & *confœderatio* hac phrasi significetur. Iam ipsi quoque Helvetij Bůntner seu Confœderati nuncupantur. R. כָּרַת est *scindere*: item *paciſci, fœdus icere*: nimirum sectione utebantur Veteres in sanciendo fœdere, qualis describitur Gen. 15. & Ierem. 34. Qui mos etiam gentibus usitatus fuit. Sic Virg. lib. 8.

Stabant & cæsa jungebant fœdera porcâ.

Rursum *libellus repudij* dicitur סֵפֶר כְּרִיתוּת liber abscissionis, non abscessionis vel discessionis, ut vult Beza: quare repudij vocem salvam esse jubet Casaubonus in Vulgata Matth. 19. 7. ex Deut. 24. 1. & 3. A. כָּרַת est χαράσσω, i. e. *sculpo*: quamvis propius hoc absit à חָרַת, *exarare, sculpere*: ut vidimus numer. ccccxxi: & κείρω, *scindo*: κνείζω, *succido*.

1. Reg. 17. 3. כְּרִית *Cerith*, concisio.

Matth. 10. 4. *Iscarioth*, vir excisionis seu exterminij. *Curetes* olim ex Creta vel Cureta insula oriundi viri erant fortissimi & rerum bellicarum peritissimi: unde factum credo, ut LXX. Cerethæos per Cretenses reddiderint, Ezech. 25. 16.

DCXLIII.

פְּלֶתִי Pelethi. Pelethæi. Plethi. Phelethi. ὁ Φελλί. Φελεθί.

2. *Sam.* 8. 18. *al.* 9. 3.

ID est, *Electi* seu *selecti* ac *segregati milites*, à פָּלָה quod est ἀφορίζειν, i. e. *segregare*: quò volunt respexisse Paulum, quoties sese ἀφωρισμένον seu segregatum vocat, ita ut hac voce alludat ad nomen Pauli, illudq; à פָּלָה deflexum esse innuat. Sunt qui hos milites ex tribu Ioſephi fuisse docent, idque adstruunt ex c. 16. Ioſuæ, v. 3. ubi Iaphletæorum fit mentio: de quibus nos num. cccxcix. egimus. A פָּלָה est *palare, dispalare, interpalare*, i. e. palis distinguere.

DCXLIV.

שׁוֹבַךְ Sobach. Sobach. σωβάκ.

2. *Sam.* 10. 16.

PRinceps militiæ dicitur שׁוֹבַךְ, i. e. *retiaculum vel rete*, à R. inus. שָׁבַךְ, quam exponunt per *densari, perplexum esse*. שׁוֹבַךְ est *densitas* seu *perplexitas lignorum inter se cancellatim implicatorum, retiaculum*: item *reticulum*, quod capiti obducunt mulieres, haube. Hinc Σφίγγω, i. e. *intrico, perplexè implico*, it. *specus perplexis dumis horrens*. סָבַךְ eiusdem est significationis cum hac Radice. סְבֹךְ perplexitas: quam vocem, ac si propria esset, retinuerunt LXX. Gen. 22. 13. ubi aries dicitur hæsisse in virgulto σαβέκ, id quod multis hariolationibus Veterum causam præbuit.

2. Sam. 21. 18. סִבְּכַי *Sibbechai*, perplexitas.

DCXLV.

DCXLV.

חֵילָם Chelam. Helam. Helam.

2. Sam. 10. 16.

IDest, *Exercitus* vel *substantia eorum.* חֵיל *exercitus, populus, fortitudo, præsentia animi, divitiæ, copiæ:* it. *propugnaculum, munitio, murus.* Facit huc nostrum wall & *vallum*: & quia de valore animi & corporis sæpe usurpatur, rectè *valeo* & *validus* ac *valor* & nostrũ wol/ unde wolergehen / deducuntur: εἴλη & ἴλη, est *agmen, grex, turba.*

2. Sam. 23. 20. & 1. Paral. 11. 22. אִישׁ-חַיִל *Isch-chail,* vir virtutis, i.e. strenuus.

1. Chron. 2. 29. אֲבִיחַיִל *Abichail,* patris fortitudo.

Judit. 1. 9. *Aulones* longi terrarum tractus montibus septi, quos intra qui habitabant, ceu naturâ muniti Legatorum Nebucadnezaris imperia & jussus contemnebant.

Holophernes à חֵיל & נָשִׂיא, i.e. princeps exercitus: פַּר enim Chaldaicis vocibus sæpe inseritur, vel præponitur.

DCXLVI.

תְּקוֹעָה Thekohha. Thecoah. Thecua. Thekoa. θεκωέ.

2. *Sam.* 14. 2.

VRbs in tribu Juda Hhamosi Prophetæ patria. תְּקוֹעָה תֵּקַע & תָּקוֹעַ, i. e. *clangor*, à תָּקַע *clangere buccinâ, manu complodere*: it. *fidejubere, stipulari, paciſci,* quod fit manu. In utraque significatione sonitus attenditur aëris vel spiritus in tuba vel manu compressi & in sonitum desinentis, quam vox hæc etiam exprimere quodammodo videtur. Pertinet huc

huc κώδων, *tubo*, κωδωνίζω, *clango*, *vel tintinnabulum pulso*.

Neh.3.5. תְּקוֹעִים *Tekohhim*, tubæ.

DCXLVII.

אֲחִיתֹפֶל Achitophel. Ahithophel. Ahitophel. Ἀχιτόφελ.

2.*Sam*.15.12.

IDest, *Frater insulsitatis* vel *rei insulsæ*. De אָח *frater*, vide cccc v.R. תָּפַל, est *insulsum, insipidum esse*. תָּפֵל est *insipidum, insulsum*. תִּפְלָה *fatuitas, insulsitas*. Iob.1.22. Iob non posuit תִּפְלָה fatuitatem Deo: id est, verbum temerarium, aut irrationale non est locutus. Alludunt tölpisch/tölpel: it. *talpa*: & φλεδών, *nuga*, φλεδονεύω, *nugor*, τυφλὸς, *cæcus*.

Deut.1.v.1. תֹּפֶל *Tophel*, insulsitas.

DCXLVIII.

בַּרְזִלַּי Barzillai. Berzellai. Barsillai. Βερζελλί. Βαρζελλί. Βαρζελλαί.

2.*Sam*.17.27.

IDest, *Ferreus*, à בַּרְזֶל *ferrum*, quod refertur inter quadrata, quæ pluribus quàm quatuor radicalibus literis constant. Compositum volunt ex בַּר *purus*, vide בָּרַר *purificavit*, num. DLXVIII. & נָזַל *fluxit*, eò quòd in liquatione instar massæ purissimæ fluat. Inde est מַזָּלָה, *planeta*, vel à similitudine, quam habet cum ferro liquescente, vel quod lumine & motu influat agatque in hæc inferiora. Rabbinorum superstitiosorum frequens est illud proverbium: הַכֹּל תָּלוּי בְּמַזָּלָה *Tota res pendet ex Planeta*. Affinia radici sunt: *stillo*, στιλάω & στιλάζω, *destillo*, στάλαγμὸς, *stilla*: item distilleren: & ζάλη, ζάλα, *tempestas*: Ζάλ@ *salum*, *procella*.

1.Par.

1.Par.8.17. יִזְלִיאֵרְ *Iizliah*, fluxio Domini.
יִזְלִיאֵל *Iizliel*, destillatio Domini.

DCXLIX.

כִּמְהָם Cimeham. Camaam. Chimeham. χαμαάμ. γιμαάν. γιμαάμ.

2.*Sam*.19.37.

ID est, *Sicut illi*, כְּ est nota similitudinis, sic & כְּמוֹ, in quo syllaba מוֹ est addititia. Interdum temporis nota est, ut Gen.19.15. וּכְמוֹ *& cum* aurora adscendisset: Gallicè *comme*. Proverbialis locutio est כָּמוֹנִי כָמוֹךָ *sicut ego, sicut tu*. 1.Reg.22.4.i.e. par est utriusq; nostrum fortuna & conditio, commune periculum, mors & vita eadem. Sic Iudic.8.18. כְּמוֹכֶם *sicut vos*: כְּמוֹהֶם *sicut illi*. Ex quibus liquet הֶם in præsente nomine *Cimham* ad affixa revocari posse. Est etiam expedita ea significatio: qua כִּמְהָם redditur per *desiderantem strepitum* vel *tumultum*: à כָּמַהּ *concupiscere, desiderare, amare*. Hinc μάω per apocopen primæ literæ, i.e. *vehementer & supra modum cupio, flagro cupiditate*. De הֶם ex הָמַם *tumultuari*, vide num. cccIII. Est & nomen stellæ כִּימָה à כִּים radice inusitata, notans *Plejades, oculum tauri, Arcturum*, aliam alij volunt.

DCL.

יִשְׁבִי בְנוֹב Jischbi-benob. Isbibenob. Jesbi-benob. Jesbi zu Nob. Jisbi Benob. ἰεσβί.

2.*Sam*.21.16.

ID est, *Sedens in germinatione* vel *locutione*. R. נוּב est *germi-*

germinavit, fructicavit, quod ad sermonem tanquam fructum labiorum quoque transfertur. נִיב est *loquela, sermo*. Vide Nabajoth, num. CCCXXXVIII. *Iischbi* est à יָשַׁב *sedere, habitare, manere, morari, durare, perseverare*. Hinc שִׁבְרָה *mansio*, quod coincidit cum Infinitivo. מוֹשָׁב *habitatio*. Hinc ἕζω, *sedeo*: it. *scamnum, scabellum*, schemel.

2. Sam. 23. 8. יֹשֵׁב *Ioscheb*, sedens.

Ib. בַּשֶּׁבֶת *Basschebeth*, in sede.

1. Reg. 17. 1. תִּשְׁבִּי *Tischbi*, sedens.

1. Chr. 3. 20. יוּשַׁב חֶסֶד *Iuschab-chesed*, habitaculum misericordiæ.

1. Chron. 4. 34. יוֹשִׁבְיָה *Ioschibjah*, habitaculum Domini.

1. Paralip. 11. v. 11. יָשֹׁבְעָם *Iaschobbham*, habitans populus.

2. Reg. 18. 18. שֶׁבְנָה *Schebnah*, sede nunc.

DCLI.

סַף Saph. Saph. σάφ.

2. Sam. 21. v. 18.

IDest, *Pelvis, crater, phiala, calix, vas*: est enim nomen generale quibuslibet vasis conveniens. Significat etiam *limen inferius*, eoque sensu commodè deduci potest à R. סוּף *finivit*: sicut & *limen* est à *limito*. De Suph, num. LXXI. At R. סָפַף in Hitp. duntaxat usurpata occurrit Ps. 84. 11. Elegi הִסְתּוֹפֵף *ad limen consistere*, der thür hüten in domo Dei mei. Hinc *hospes*. Ex סַף inverso est faß / *vas*. Græci ordinem literarum retinentes κ inserunt in σκεῦος. Satis quoque affinia sunt *postis*, pfoste / *pelvis, pessulus*, πάσσαλος, &c.

DCLII.

גֹּב Gob. ῥόβ. Gob.

2. *Sam.* 21. 19.

IDeſt, *Locuſta*, it. *fovea*: *bruchi* quoque & *ſcarabæi* hac voce notantur, eò quod ſcrobes effoſſas inhabitent. גֻּבִּים ſunt *tabulæ* ſeu *tigna excavata*. 1. Reg. 6. 9. vel *imbrices* ſive *canales*, *aut trabes excavatæ*. 2. Reg. 3. 16. Ad foveæ ſignificationem accedunt γύπη *ſpecus*, *terræ cavitas*: & noſtra grufft/grube/& *ſcrobs*: ad ſcarabæi ſenſum *bruchus*: r inſertum eſſe videmus: גֻּבָּא quoque eſt *lacuna*, *foſſa*, *fovea*, *palus*.

Eſr. 10. v. 31. גֻּבִּים *Gebim*, ſcrobes, imbrices, ciſternæ.

DCLIII.

יַעְרֵי אֹרְגִים Jahhare-oregim. Jaare Oregim. Jaere Oregim. Jahare-Oregim. ἀρωεί. ἀειωργίμ.

2. *Sam.* 21. 19.

LAtina verſio nomen hoc per *ſaltum polimitarium* exponit: cui etiam Elchanan eſt *Adeodatus*. Sed hanc propria nomina vertendi licentiam ſæpe jam improbavimus. יַעַר pl. יְעָרִים *ſylva*: it. *favus mellis* ſc. ſilveſtris: cuius magna erat copia in ſilvis terræ Canaan: quo cibi genere paſtum fuiſſe Iohannem Baptiſtam in Marco legimus. Facit huc noſtrum *horſt*.

Ioſ. 7. 17. קִרְיַת יְעָרִים *Kirjath-jehharim*, i. e. civitas ſylvarum.

Vox אֹרְגִים ſignificat *texentes* vel *textores*, à Rad. אָרַג *texere*: unde אֶרֶג radius textoris, nobis ſpule/ Italis *ſpuola*. Virg.

Excuſi

Excussi manibus radij revolutaque pensa.

Significat etiam instrumentum illud textoris, circa quod tela volvitur, seu *jugum textorium*. Ab אָרַג est aranea Gallis *araigne*, qui literam *g* retinent, sicut Græci χ in ἀράχνη, *aranea*, it. *tela* quam texit aranea, & ἀράχνης, *araneus*. Longè abeunt Græci in originatione: dum ἀράχνιον ἀπὸ τοῦ εἰς ἀέρα ἀίρειν τὴν ἰχνη dictam arbitrantur, *quod vestigia in aerem tollat*. Germani rem retinuerunt neglectâ voce: vocant enim eine spinne/à spinnen *erudita illa*, quam Plinius sic vocat, *operatione*, quæ etiam Aristoteli est σοφωτάτη: per quam natura texendi artificium hominibus monstravit. Similem originationis rationem habuimus in נְבֵלָה & פֶּגֶל *cadaver*, πτῶμα: quod Hebræis æquè ac Latinis & Græcis à *cadendo* dicitur. Germani Hebræam R. assumsere in suam civitatem: dicunt enim Garn/wircken/werck/werg/handwerck. Cum enim ut Cluverius ostendit nudi olim incederent, aut solis pellibus exuviisque animalium tegerentur, texendi artificium præ alijs posteà primo loco exerceri cæpit. Dubium quoque non est, quin ab אֶרֶג sit ἔριον, ῥέζω, *rica* i.e. velum mulieris: it. *organum*.

DCLIV.

תַּחְכְּמֹנִי Tachcemoni. Hachmoni. Thahkemoni.

2. *Sam.* 23. 8.

ID est, *Sapiens*, à R. חָכַם *sapere*, *sapientiæ operam dare*: חָכָם *sapiens*: חָכְמָה *sapientia*: quæ à בִּינָה *scientia* differt, ut dictum est num. ccccliii. Ex חָכְמָה *Magia* duci potest: quamvis malim ab הָגָה decerpere i.e. *meditari & loqui*.

1. Par. 11. 11. חַכְמוֹנִי *Chachmoni*, sapiens.

DCLV.

אֲחֹחִי Achochæus. Ahohi. Ahohites. Ahohi.

2. *Sam.* 23.9.

IDest, *Spina*: à חוֹחַ & חַח *spina, fibula* (quod est genus ornamenti, 1. Maccab. 10.89. & 11.58. & 14.44.) item *uncinus, acus aluta*, qua perforantur & nectuntur duæ oræ vestis sub gutture: cui quia nonnunquam tintinnabulum annexum erat, ideo exponitur per *ornamentum tinniens*: it. per uncinum argenteum vel aureum, quibus vestes subnectuntur. Tale Latinis olim erat ornamentum cinguli. Vide Pancirollam in Deperditis. A חוֹחַ est hacke/heckin/ *acus, uncinus*, ὄγκινοι, *uncini*: & si pro *spina* accipitur hecke. Κείκω dicitur, quicquid *aduncum* est, *uncus, harpago, annulus, spinter*, krücke: & ἄγκιστρον pro quovis unco.

1. Par. 8. אַחוֹחַ *Achoach*, spina.

DCLVI.

אֱלִיקָא Elika. Elica. Elika.

2. *Sam.* 23.25.

IDest, Dei pelicanus: ab אֵל Deus, de quo numer. XLII. & קָאַת *Pelicanus* sive *Onocrotalus*, avis cygno similis, dicta quòd collum in aquam mergens spiransque veluti ruditum asini edat, ab ὄνος, *asinus* & κροτάλω, *crepitaculum*. Sunt qui *cuculum* esse volunt: quibus ὀνοματοποιΐα quodammodo adstipulatur. Luthero est in Ps. 102.7. Rohrdommel. Quidam à vomitu deducunt, ex Rad. קִיא vel קָאָה evomuit, fastidivit: קִא *vomitus*. Prov. 26.11. *Vt canis redit ad vomitum suum*. קִיאוֹ. Est hinc nostrum keken à sonitu tractum vocabulum: quâ in re Hebræam vocem æmulatur.

mulatur. Quadrant hæc omnium optimè in guloſitatem Onocrotali, de quo mira referens Ramireſius, in Pentecontarcho cap. 35, roſtrum ait *Onocrotali anno* 1580. *viſum eſſe ad quatuor ſpithamas extendi, & in inferiori parte per totum roſtri ſpatium pendere ingluviem urnæ aquæ capacem, unde Indis appelletur Cela*: nam κήλη Græcis tumorem in gutture ſignificat, quem in Pelicani gutture deſcribit Ariſtoteles lib. 9. animal. c. 10. Addit: *Ex Onocrotalis unus compertus eſt habens in ingluvie infantulum Æthiopicum: cuius pondere oppreſſus in terram decidit, ut ipſemet Sanctius Boceranſis refert.* Hæc ille, qui nos ad Vlyſſem Aldrovandum & Geſnerum remittit.

Prov. 30. 1. יָקֶה *Iakeh*, vomens.

Matth. 26. 57. Καϊάφας, *Caiphas*, קַיָּפָא vomens ore.

DCLVII.

חֵלֶץ Cheletz. Heles. Helez Heletz. χελλής. χελής.

2. *Sam.* 23. 26.

IDeſt, *Liberatus, extractus, expeditus, accinctus.* R. חָלַץ eſt *extrahere, accingi, expediri*, item *eripere*, &c. חֲלָצַיִם ſunt *lumbi*, quos accingimur. חָלוּץ *accinctus armis ad militiam.* מַחֲלָצוֹת *veſtes mutatoriæ*, q. d. extractæ, feyerkleider Luthero, ſc. *feſtivæ, pretioſæ, ſelectæ.* Ex R. fluxerunt *laxo*, *luxo* & χαλᾶν, *laxare*: λιάζω, *ſeparo*.

DCLVIII.

עִקֵּשׁ Hhikkeſch. Icces. Acces. Ikes. Ikkes. ἰκκὴς.

2.Sam.23.26.

ID eſt, *Perverſus*, à עָקַשׁ *pervertere, depravare.* עִקְּשׁוּת *perverſitas.* Hinc habemus noſtrum tückiſch: Græci ſuum κακὸς, i.e. *malus, ignobilis, abiectus, vilis*: cui ſatis aſſonat Gallicum *coquin.*

DCLIX.

נְטֹפָתִי Netophati. Netophathites. Nethophathiter. νετωφαθίτης.

2.Sam.23.29.

ID eſt, *Gutta*, ſive *deſtillatio.* נָטַף eſt *ſtillare, ſpargere, fundere, effundere.* Hinc נָטָף *ſtacte*, quæ eſt à στάζω, *ſtillo:* ubi linguæ quamvis diverſæ eandem tamen iterum habent originationis rationem. Ab hoc fonte manavit haud dubiè *Naphtha* genus bituminis liquidi, quod è ſaxis defluit. Vbi ſemel ignem concepit, non niſi pulvere vel arenâ reſtingui poteſt: adeo tenax eſt flamma. Vulgò *petroleum* eſſe putant. נַפְטָא Chaldaicè *pix* dicitur: ut Buxtorffius docet in Lexico. Ambroſio in lib. de Noe & Arca, νάφθα ϖῆγός τὸ ζωάρκειν dicitur: quod hoc bitumen vehementis ſit ad conſtringendum naturæ. Sed prævalet ſtillandi notatio, quæ etiam noſtro treuffen/tröpffen/ originem dedit: unde tropff/*ſtilla.*

Eſr.2.20. נְטוּפָה *Netupha*, ſtilla, gutta.

1.Regum 4.verſ.11. טָפַת *Taphath*, deſtillatio vel gutta.

DCLX.

DCLX.

שְׁרָר Scharar. Sarar. Sarar. σαραρ.

2. *Sam.* 23. 33.

IDest, *Vmbilicus*, qui Hebræis est שֹׁר & שֹׁרֵר, à R. שָׁרַר *torquere in orbem, contorquere, durum, obstinatum esse: hinc* χιρρος, *scirrhus*, χιρρόω, *induro, obduresco:* χιρρώδης, *callosâ duritie rigidus.* שָׁרִיר est *pervicax, obstinatus.*

DCLXI.

גָּרֵב Gareb. Gareb. γαρέβ.

2. *Sam.* 23. 38.

NOmen גָּרֵב est *scabies purulenta & maligna, ulcus humidum seu fluens.* Hinc ψώρα, & nostrũ grind/ item schorff: & directè krabben/ krawen. Chaldæis גָּרַב est *prædari:* unde rauben/ & Gall. *desrobber.*

DCLXII.

יַעַן Jahhan. Jaan. Jaan.

2. *Sam.* 24. 6.

יַעַן quod hîc nomen est loci, causalis aliàs est particula: redditurque per *eò quod*, vel *propterea*. Aliàs יַעֲנָה est *ulula*, vel certè genus avis deserta incolentis & ululantis, alijs *struthio*, nonnullis *drako*. Reduci solet ad Rad. עָנָה, de qua vide in Hhanah, num. CCCLXII.

DCLXIII.

אֲבִישַׁג Abischag. Abisag. Abisag. ἀβισάκ. ἀβισάγ.

1. *Reg.* 1. 3.

IDest, *Patris error*: ab אָב *pater*, num. XII. & שׁוּג vel שָׁגַג vel שָׁגָה *errare, incogitãter agere.* מִשְׁגֶּה & שְׁגָגָה *error, incogitantia.* שִׁגָּיוֹן est epigraphe Psalmi. 7. *Cantio er-*

tio erratica, cantio multiplex, quæ omnibus rationibus Musicæ decantabatur simul: ut habet Buxtorffius in Epitome. Alij quidam per *innocentiam* exponunt, quasi sit professio innocentiæ eius, qui non est sibi conscius criminum obiectorum. Ex Radice fluunt nostra strauchlen / strauchen / Gall. *chocquer, offendere* vel *impingere*. Si punctus in dextro cornu negligitur, exponi potest per *Patrem apprehendentem*, à נָשַׂג *apprehendere, attingere, assequi*. Vnde שִׂיג *insecutio* 1. Reg. 18. 27. vox militaris: ex qua esse potest nostrum sieg. Victoriosorum enim est insequi & comprehendere hostes suos.

DCLXIV.

אֱלִיחֹרֵף Elichoreph. Elihoreph. Elihoreph. ἐλιχορέφ.

1. Reg. 4. 3.

IDest, *Dei hyems*, ab אֵל Deus, num. XLII. & חֹרֶף *hyems*, חֶרְפָּה est *probrum, opprobrium*, à R. חָרַף *probris afficere, convitiis proscindere, publicæ ignominiæ exponere, prostituere publicè*, quod Græci dicunt παδειγματίζειν, Matth. 1. 19. Galli *eschauffoder*, Latini *traducere*: quod verbum Latinum, ceu minus appositum Græco exprimendo malè traduxisse recentiores quosdam interpretes, toto cap. 22. Pentecontarchi ostendit Ramiresius, Antiquo Interpreti egregiè Patrocinatus. Ad hyemem notandam deflexum est nomen חֹרֶף, eò quod isthoc anni tempore flores & herbæ, & quicquid à state germinavit, vitientur & quasi omnibus despicatui publicè fiant. Hinc φρίκη, *frigus*, frieren & *hyberno*. Facit huc ὑβρίζω, *contumelia afficio*, ὕβρις, *injuria*, ὑβριστὴς, *injuriosus*: it. frech: & *criminor, crimen*: & appositissimè *carpo*.

1. Chro-

1.Chronic.2.v.50. חֲרֵף *Chareph*, hyems sive probrum.

DCLXV.

בֶּן־דֶּקֶר Ben-deker. Ben-decer. Ben-decar. **Deker.** δακάρ.

1. *Reg.* 4.9.

ID est, *Filius transfixionis* : à דָּקַר *perfodere, configere,* ἐκκεντρεῖν : unde Heemanticum מִדְקָה *perfossio.* Hinc nostrum drücken/& Lat. *trux, truculentus, trucido* (& per allusionem Türck) & degen; Gallis *dague.*

2.Reg.9.v.25. בִּדְקַר *Bidkar*, in compunctione.

DCLXVI.

בֶּן־חֶסֶד Ben-chesed. Hesed. **Hesed.** σέδ. Γενέσεδ.

1.*Reg.*4.10.

ID est, *Filius misericordiæ.* חֶסֶד *misericordia, pietas, probitas, gratia, beneficentia,* & proprie στοργὴ seu naturalis illa affectio Patrum & Matrum erga liberos & horum vicissim erga illos. Notum est ex Græco deflexum esse nostrum storch/ id est, *ciconia*, quæ est symbolum & hieroglyphicum ὃς πολλοῖς θρυλλούμενον, ut ait Aristoteles in Histor. anim. id est, *à pluribus decantatum*, gratitudinis liberorum erga Parentes: quod secutus ὀνομαθέτης divinus חֲסִידָה ciconiam nominare voluit. Et ut ratio originationis sibi ubique constaret, Græci quoque πέλαργον eandem dixerunt: unde ἀνθυπελαργεῖν & ἀνθυπελάργησις, *retribuere*, & *retributio.* Scaligero hoc est *reciconiare* & *reciconiatio* in Epidorpid. Erasm. Adag. Chil.1. Cent.10. ad 1. πελαργικὸς νόμος. is est, τὰς ἀμοιβὰς διδόναι τοῖς γονεῦσι. 1.Timoth.5. vers.4.

Latinis *ciconia* est à sono, quo crepitat: vel à חָנַן *misericordem, pium esse.* Porro חָסִיד est *misericors, pius, beneficus:* חֲסִידִים *Essæi* vel *Esseni*, ὅσιοι, ut quorundam fert opinio. Certè ὅσιος, i.e. *sanctus, pius*, est ab hac Radice, ut & *hostire, redhostire, hostimentum*, &c. Differunt apud Hebræos חָסִיד & צַדִּיק: hic justitiæ normam duntaxat sequitur: ille ea quoque facit, quæ non tenetur de jure facere. Sanè *latius patet officiorum quam juris regula.*

2. Chron. 3. v. 20. חַסְדְיָה *Chasadjah*, misericordia Dei.

Ib. יוֹשַׁב חֶסֶד *Iuschab-chesed*, habitaculum seu sedes misericordiæ.

Iohan. 5. v. 2. *Bethesda*, domus benignitatis, à בָּיִת & חֶסֶד.

DCLXVII.

נַפַת דֹּאר Naphath-dor. Nephath-dor. νεφθαδώρ. νεφαθδώρ.

1. *Reg.* 4. 11.

ID est, *Clima vel tractus generationis.* De Dor vide CCLXXII. in nomine Adoram. נָפָה in regimine נַפַת est *provincia, regio terminus*: it. *cribrum discerniculum seu excerniculum.* נוֹף est *terminus, regio, provincia*: pl. נוֹפוֹת *climata* à Cosmographis Hebræis vocantur. Noph etiam antonomasticè Vrbis nomen est apud Ægyptios, aliàs מֵף seu *Memphis* dicta. A מוֹפֵת, i.e. prodigium dictam alij malunt. Prodigiosæ namque fuit magnitudinis, Lutetiam quinquies complexa, id est, quindecim miliaria Germanica: si modo est *Alcair* hodierna. Sed & portentosæ magnitudinis pyramides ei à מוֹפֵת nomen conciliare potuerunt. R. נוף est *effundere, stillare, aspergere, suffire,*

fire, perfundere. Vide Tzuph num. DCXVI. quod *favum* significat : nam & נֹפֶת *stillationem* notat: ex quo *Neptunum* formare possis. Hinc *Naphtham* quoque trahere licet, de quo num. DCLIX. egimus: & νίφω, i.e. *madefacio*, νίπω, *lavo*, & *Nympha* Dea aquarum dulcium & fontium: & *Napæa*: & νείφω, *ningo*.

Esa. 19. 13. נֹף *Noph* seu *Memphis*, favus.

Neptunus à נוּף, i.e. *effundere*. qui à *nando dictum putant, magis mihi natare videntur, quam ipse Neptunus*, ait Cicero. Cuius tamen ratio non est omnino valida. Nam in verbis defectivis & quiescentib. sæpe unam duntaxat literam in inflexionibus retineri de themate, constat ex Grammatica.

DCLXVIII.

פְּרוּחַ Paruach.

1. *Reg.* 4. 17.

ID est, *Floridus*, à פָּרַח *florere, oriri, germinare, pullulare, diffundi*: פֶּרַח *flos*. Admodum affine est verbum פָּרָה *fructificare*: de quo LV. in Ephraim. Oriuntur hinc *pratum*, βρύω, *florere, virere*, πρασιὸν & πρασινὸν *viridis*, fruchten/frucht/fruchtbar: & ipsum *floreo*, pro foreo, inserto l. sicut Græc. φρυάζω eadem significatione.

DCLXIX.

זִיו Ziv. Zio. Sif. ζίυ.

1. *Reg.* 6. 1.

HIc juxta legem Exod. 12. 2. traditam secundus est mensis: id quod hoc in loco expressè repetitur. In Anno autem Politico, cuius usus fuit à mundi conditu usque ad Mosen, est octavus. Incidit partim in Aprilem nostrum, partim in Majum. Kimchius ait dictum inde, quod tum demũ splen-

didæ & ſpecioſæ fiant arbores germinibus & floribus ornatæ: nam זיו idiomate Chaldaico & Syro itemque Rabbinico נְגֹהַּ ſeu *ſplendorem* notat. Hoc repudians Fullerus lib. 6. cap. 5. arbores ait nec fulgere nec ſplendere, ſed hanc appellationis eſſe cauſam, quod reuerſo tunc temporis ad noſtrum hemiſphærium ſole, & aliquantò altius evecto, diurnę lucis ſplendor ampliſſimus & clariſſimus eſſe incipiat, tum radiorum propius ad perpendiculum accedentium efficaciâ, tum longioris ambitus moræque ſuper Horizontem diuturnioris incremento. Menſis dicitur Chaldaicè אִיָּר Ijar ab אוֹר *lucere* eadem de cauſâ. Etenim

Candidus auratis aperit tum cornibus annum
Taurus.

Poteſt revocari nomen זִיו ad Rad. inuſ. זוּהַ. ex qua eſt plurale זִיוֹת anguli ſive promtuaria, Pſalm. 144. 13.

DCLXX.

מִקְוֶה Mikveh.

1. *Reg.* 10. 28.

VArias habet expoſitiones iſta vox. Vulgata vertit *De Coa*: quaſi Coa ſit inſula, ex qua merces advectæ fuerint Salomoni. Sanctes & Vatablus per *congregationem* exponunt. Arias Montanus & alij per *Netum. Mercatores*, inquiunt, *neti accipiebant netum pro pretio.* i. e. mercium netarum & confectarum, ut byſſi & aliarum, quæ tempore Salomonis parabantur in Ægypto: ubi nendi & texendi artificium ab omni ævo maximè fuit excultum. Eſa. 19. 9. Ezech. 27. 7. Prov. 7. Nimirum eſt in voce מִקְוֶה, quæ in fine nonnunquam א habet, magna ambiguitas. Significat

cat 1. *ſpem* ſeu *expectationem*. 2. *congregationem* ſeu *congeriem*. 3. *netum* ſeu *congeriem filorum*, quaſi filatum dicas ſeu merces netas ex byſſo & ſimilibus rebus: nam תִּקְוָה inter alia *filum* notat. In his omnibus expoſitionibus ad præſentem locum accommodandis valde prolixus eſt Pagninus in R. קָוָה *expectare, ſperare, affectare, cum magno deſiderio affectari*, ἀποκαραδοκεῖν: in Niph. *congregare*: unde ad res netas transfertur. קַו eſt *linea, regula, perpendiculum*, quod ad centrum rectà fertur, in quo omnia congregantur & uniuntur. Ad exſpectationis ſignificationem congruit noſtrum gaffen/& Lat. *vacare*. Vacamus enim ei rei, quam exſpectamus: it. *cumbo* vel cubo, κεῖμαι: quod enim ſperamus, ei incumbimus.

2. Reg. 22. 14. תִּקְוָה *Tikvah*, ſpes.

1. Chron. 4. 18. יְקוּתִיאֵל *Iekuthiel*, ſpes Dei.

DCLXXI.

תַּחְפְּנֵיס Tachpenes, Tahpenes. Taphnes. Thaſphenes. Thahpenes θεκεμίνης.

1. *Reg.* 11. 20.

ID eſt, *Occulta fuga*. ex תָּפַף *texit, occuluit*: de quo in Chuppim n. CCCCVII. & נוּס *fugere, aufugere*. Arabicè נָפַס eſt *ſiccitas*, quę ſignificatio noſtræ linguæ, qui naß humidum dicimus, è diametro oppoſita eſt, ſicut *calidum* & *kalt* apud nos & Latinos contraria ſunt. Porrò מָנוֹס eſt *fuga*: מָנוֹסָה *refugium*. Faciunt huc νοστέω, *vado, proficiſcor, redeo*: νόστος, *via*, νέομαι, *redeo*.

Neh. 2. נִיסָן *Niſan*, vexillum ſive fuga: nomen primi menſis Eccleſiaſtici, à fuga Iſraëlitarum ex Ægypto.

2. Reg. 19. v. 37. נִסְרֹךְ *Niſroch*, fuga delicata. Vel vexillum

vexillum tenerum. Vide num. LXVIII. Est idoli nomen: in cuius templo Sennacharib à filijs fuit necatus.

DCLXXII.

גְּנֻבַת Genubath. Genubath. γανυβάθ.

ID est, *Furtum*, aliàs גְּנֵבָה à גָּנַב *furari, clam subtrahere, clepere, surripere*: unde Toar גַּנָּב *fur*, pl. גַּנָּבִים *fures*. Pulchrè his consentit κνέφας, *tenebræ*: ut enim furentur & jugulent homines, surgunt de nocte latrones. Cnephosum antiquioribus Latinis est, quod Græcis κνεφαῖον, *tenebricosum*. Sed & Germani nostri dicunt knieper/kneipen/knieper: & Latini *clepere* n in l verso. Iudei ut qualiacunque antiquitatis suæ vestigia in lingua vernacula, qua ubi sunt, utuntur, retineant, hoc quoque vocabulum unà cum alijs multis frequentant, v.g. hast du was geganfft/ i.e. num aliquid furatus es. Sic, gib mir lechem/i.e. da mihi panem. It. ich schlag dich bald ins panau/ (עַל פָּנֶיךָ) i.e. mox alapam tibi impingo: & huius furfuris complura.

DCLXXIII.

נְבַט Nebat. Nabat. Nebat. ναβάτ.

1. Reg. 11. 26.

ID est, *Adspiciens* vel *intuens*, à R. נָבַט *adspexit, lustravit oculis*. מַבָּט est *prospectus, adspectus, respectus*, & metonymicè *fiducia*. Hinc ὄπτομαι, *video*, ὀπτασία, *visio*: & Lat. *video* per aphæresin lit. N.

1. Maccab. 5. 25. *Nabathæi*, adspicientes.

DCLXXIV.

מִפְלֶצֶת Miphletzeth. Miplezeth.

1. Reg. 35. 13.

ARias Montanus hoc nomen per *terriculamenta* exponit, quod Vulgata reddit per *sacra Priapi*: quem hortorum fuisse Deum ex Ethnicis scriptoribus pervagatum est, eumque turpitudine admodum infamem: quo factum, ut hoc ipso in loco Vulgata Translatio vertat *Idolum turpissimum*, Iunius *Horrendam statuam*. R. est פָּלַץ terreri, percelli, formidare, tremere: quia idola omnia suis cultoribus sunt terrori, sicut Ierem. 50. 38. Eadem de caussa appellantur אֵימִים terrores. Vide num. LXXXVIII. Ex R. hac fluxerunt πλήττω, πλήσσω, percello, πλήσσεσθαι, percelli: πάλλεσθαι, concuti: platzen: plaga/plage: blitzen: quibus omnibus inest nota trepidationis, quæ in terrore orto ex strepitu, vel fragore alicuius rei sentitur. Alias *Phallus* Græcis & Latinis id est, quod *Priapus*, cuius erat fures & aves noxias hortis abigere, sive perterrefacere.

DCLXXV.

אַרְצָא Artza. Arsa. Arza. ὠσά. ὠρσά. ἀρσά.

1. Reg. 16. 11.

ID est, *Terra*, ab אֶרֶץ *terra* tam habitabilis quàm inhabitabilis: in quo differt à תֵּבֵל, i. e. *orbis habitabilis*. Revocari solet ad R. רוּץ *currere*: quod circa terram jugiter rotetur sphæra cælestium corporum. Ex. אֶרֶץ est erß / & æs, ris: quia in terra latet, & inde eruitur: & ipsum quoque erde: ut & *terra*: item *Ceres*. A רוּץ est reisen / & ἅρμα, *currus*: & roß / i. e. *equus*, & risch / i. e. *celeriter*.

DCLXXVI.

DCLXXVI.

תִּבְנִי Tibni. Thibni. Thehni. Thibni. θαμνί. θαβνί.

1. Reg. 16. 21.

ID est, *Palea, gluma, fœnum, stramen:* regulariter תֶּבֶן, quæ vox reduci solet ad בָּנָה *ædificare:* quod paleæ & straminis usus sit in construendis parietibus ædificiorum: de quo in Ben-hhammi, num. XVII. Alludunt huc *Vannus,* wanne / instrumentum quo paleas expurgamus, unde *evannare,* außwannen.

DCLXXVII.

שְׁגוּב Segub. Segub. σεγούβ.

1. Reg. 16. v. ult.

ID est, *Exaltatus.* Nam שָׂגַב est *exaltare, elevare,* vel *exaltari, esse in sublimi.* Proprium est munitionum & artium editarum, in quibus tutus nobis datur receptus. Nomen מִשְׂגָּב est *exaltatio, elevatio, refugium, receptus, locus inaccessus, propugnaculum.* Hinc Σκεπάζω & Σκέπω protego, & nostrum schöppen.

DCLXXVIII.

בֵּית־עֵקֶד Beth-hheked.

2. Reg. 10. 12.

ID est, *Domus ligationis* sc. pecorum. Vulgata per *tabernam pastorum* exposuit. R. עָקַד est *ligare, alligare, vincire:* unde עֵקֶד *alligatio.* Faciunt huc Kette & *catena:* item hencken / anhencken. De Beth vide num. XXVI.

DCLXXIX.

DCLXXIX.

אמציה Amatzja. Amasiahu. Amasias. Amazia. ἀμασσίας.

2. Reg. 14. 1.

IDest, *Fortitudo Domini.* Nomina אמץ & אמצה *robur* significant, ab אמץ *fortificavit, roboravit, corroboravit, erexit*: it. *viriliter egit, virtute prævaluit.* Toar אמיץ est *fortis.* Appropinquant huc μέγας, *magnus*, μῆκος, *longitudo*, μάχιμος, *bellicosus*, macht/mächtig.

Neh. 11. 13. אמצי *Amtzi*, fortis.

DCLXXX.

יונה Jona. Jonah. Jona. ἰωνά.

2. Reg. 14. 15.

IDest, *Columba.* Nomen Prophetæ, qui inter XII. minores quintus est ordine, notatque *columbam*: cuius masc. est יונ pl. יונים *columbi.* Solet reduci ad Rad. יון, i.e. *cænum, lutum*: quòd columbæ fimo suo conspurcent ædium tecta & parietes. Vid. numer. CCXXIII.

DCLXXXI.

פקחיה Pekachjah. Pecahiah. Phaceia. Pekahia. φακεία. φακεσίας.

2. Reg. 15. 22.

IDest, *Aperiens Dominus.* פקח propriè oculorum, interdum aurium apertionem denotat, in quo differt à פתח, quod generaliter de omni apertione usurpatur. Nomen Toar פקח eum notat,

notat, cui aurium vel oculorum meatus obstructi non sunt, quò minus cernat vel audiat. Exod. 4. 11. V. plura in Ephpatha, num. CLXIX. Alludit nostrum wecken/auffwecken.

2. Reg. 15. 22. פֶּקַח *Pekach*, apertio.

DCLXXXII.

יְרוּשָׁה Jeruscha. Jerusa. Jerusa. ἱερῦσα.

2. Reg. 15. 33.

ID est, *Hæreditas*. regulariter יְרֻשָּׁה *possessio, hæreditas*; à R. יָרַשׁ *hæreditare, hæreditatem accipere, possidere, occupare*. Contrariam quoque habet significationem, & idem notat atque רוּשׁ *depauperare* (unde est *Irus*) in Tarsis CCXXX. & גָּרַשׁ *expellere*, de quo in Gerson LIX. תִּירוֹשׁ est *mustum noviter acquisitum*, Ps. 4. 8. unde θόεξ, i. e. *merum*. Ad יָרַשׁ quadrant *hæres* & *herus*: Gall. *heritier*: & per allusionem ἔρις, *lis*, quæ inter hæredes non est infrequens.

Ier. 26. 18. מוֹרַשְׁתִּי *Muraschthi*, hæres.

Est. 2. 21. תֶּרֶשׁ *Teresch*, hæres.

2. Paral. ult. 20. כּוֹרֶשׁ *Cores*, Cyrus, id est, quasi hætes.

DCLXXXIII.

חִזְקִיָּהוּ Chizkijahu. Ezechias. Hizciiahu. Hisfia. ἐζεκίας.

2. Reg. 16. ult.

FORtitudo Dei, vel *apprehensio Dei*: utrumque enim significat חָזַק, *roborare* & *apprehendere, comprehendere ac retinere*: it. *prævalere, invalescere, corroborari*. חָזֶק & חֹזֶק est *fortitudo*: חָזָק *fortis*. Trahi huc possunt ζεύγνυμι, *jungo, copulo*: & hacken/anhacken: fortiora enim sunt

sunt quæ unita sunt, juxta illud: *Filum triplicatum non citò abrumpitur.* Eccles. 4. v. 8. Et: *Virtus unita est fortior dispersa.*

Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est.

Item sieg: & *jugum, jungo, junctus*: ἰσχὺς, *robur*, ἰσχύω, *possum.*

1. Par. 24. 16. יְחִזְקֵל *Iechezkel*, Ezechiel, apprehensio Dei.

1. Par. 8. 17. חִזְקִי *Chizki*, fortis seu apprehendens.

DCLXXXIV.

סוֹא So. Go. Sua. σηγώρ.

2. *Reg.* 17. 4.

MOdius vel mensura est סְאָה: quam vocem per *modium* sæpe reddit Hieronymus. In N. T. per *satum* græce σάτον redditur ad imitationẽ Hebræorum Matth. 13. 33. Luc. 13. 21. ubi Christus alludere videtur ad c. 18. Genes. v. 6. Accelera tria סְאִים *sata* farinæ. Vide Epha CCCXXIII. & Hin. numer. CCCCXXIX. Continet satum 144. ova. Gallis *Seau* est *modius, situla, sigillum.* Nobis in Marchia saw est *vivarium* seu *vas* in quo pisces asservantur.

2. Reg. 17. 4. סוֹא Rex Ægypti à Diodoro Sesoosis Σεσόωσις dictus, sicut Necepsos à נְכֹה & סוֹא. Sic arbitratur Capellus ad An. 3274.

DCLXXXV.

גּוֹזָן Gozan. Gosan. γωζάν.

2. *Reg.* 17. 6.

NOmen fluvij in Mesopotamia significans *tonsionem*, à Rad. גָּזַז *succidere, præcidere, tondere.* Vicinum est גָּזַר *educere, extrahere, avellere*: unde אֱגוֹז *nux.* Cant. 6. 10. גָּזָם est *eruca* à tondendo, Amos 4. 9. ut ostendit Fullerus lib. 5. c. 20. Hispani vocant *gazanhote.*

hote. גֹּזֶת est *germen excisum, cuius radices remanent*: item *lana tonsa, vellus.* גְּזִירָה *excisio.* Hinc *seco*, & ξέω, *rado*, scagen. Consonat גָּזַר *abscindere, dividere*: item *statuere*: unde גְּזֵרָה *excisio*: item *decisio, sententia, deliberatio.*

Esr. 2. 48. גַּזָּם *Gazam*, eruca.

1. Chron. 2. 46. גָּזֵז *Gazez*, tondens.

Jos. 10. 33. גָּזֶר *Gezer*, excisio, decisio.

DCLXXXVI.

כּוּת Cuth. Chutha. Cutha. Cutha. Χουθά.

2. Reg. 17. 24.

JD est, *Ambustio*, sicut כִּי & כְּוִיָּה & מִכְוֶה, i.e. *adustio*, à כָּוָה *aduri, amburi, incendi.* Vnde omninò fluunt Græca καίω, *uro*, καῦσις, *ustio*, καυσία, *causia*, ἐδάφους βαρβαρικοῦ adversus æstum: *holocaustum, hypocaustum*, ὑπόκαυμα, *cauterium*: item κηλεῖν & κηλοῦν, *urere*, κηλὸν, *siccum*: quo cum fere convenit calor: sicut קָלָה *ustulare, torrere, assare*: unde *culina* & *inquilinus.* Iudæi hodierni Cuthæos appellant Samaritanos, & Christianos Carchesios, eò quod carchesio seu poculo in suis synaxibus utantur: hinc illa apud Venetos ann. 1570. in libro cui titulus: Sepher Tephilot, excusa oratio: *Domine seculorum prodeat benevolentia à conspectu tuo, quandoquidem dedisti mihi partem in domibus synagogarum & in domibus orationum: & non dedisti mihi partem in domibus Carchesiorum, nec in domibus theatralibus Cuthæorum. Laborant quidem illi. Ego quoque laboro in vitam seculi venturi. Illi verò laborant in puteum perditionis.* Hæc ex Rituali Iudæorum producit Capellus ad An. 2310.

Amos. 5. 26. כִּיּוּן *Kijun*, adustio.

DCLXXXVII.

DCLXXXVII.

אשימה Aschimah. Asima. Asima. ἀσημάθ. ἄσιμα.

2. Reg. 17. 30.

ID est, *Delictum*, quod Hebræis est אַשְׁמָה. Toar אָשֵׁם *delinquens*. אָשָׁם quoque est *delictum & oblatio pro delicto, piaculum seu res expianda*. Numer. 5. 8. Levit. 5. 16. & 7. 1. καθάρμα, ein schewsall / segopffer. Rad. אָשַׁם est *turpiter delinquere, reum peragi, noxa obstringi, & propriè cum flatu quodam omnibus abominationi esse & horrori*: item *desolari*. Hinc schmach / scham / schämen: & αἰσχύνη, *turpitudo*. Et Gallorum *meschant*: qui Græcis μυσός, i. e. *improbus, sceleratus*.

DCLXXXVIII.

תרתק Tartak. Tharthak. Tharthak. θαρσάχ. θαρθάκ.

2. Reg. 17. 31.

ID est, *Concatenatus*, à רָתַק *alligare*: רְתוֹק *catena*. Per transpositionem literarum hinc fit nostrum gürtel: nec longe abeunt ring / ringlein: *catena* enim ex annellis constat. Sed & *arctus, arcto* huc faciunt, & εἴργω, *intludo*, εἰρκτή, *carcer*. Affine est verbum רָתַם *ligavit*: de quo in Rithma CCCCXXCVI. Sunt qui תַּרְתָּק per asinum exponunt, & Chivæorum Deum eius speciem habuisse suspicantur.

DCLXXXIX.

רַב־סָרִיס Rab-ſaris. Rabſaris. ῥαβσάρ. ῥαβσάκης. ῥαβσαρίς.

2. Reg. 18. 17.

IDeſt, *Præpoſitus ſeu magiſter Eunuchorum.* De Rab vide in Rabbi CLXXV. סָרִיס eſt *eunuchus*: qui apud Græcos nomen habet à ſervandis ſeu cuſtodiendis cubilibus, ab εὐνὴ ſc. i.e. *cubile*, & ἔχω; *habeo*; non ab εὖ & νοῦς & ἔχω: quaſi eunuchi bonam habeant mentem. סָרִיסִים *eunuchi* ſeu *cubicularij* apud Ægyptios maximè Gynecæis præficiebantur, qui caſtrari ſolebant: id quod Hebræis non permiſſum erat, ut liquet ex Deut. 23. Neque tamen hoc Eunuchorum omnium fuit: ſiquidem nec nominis græci ea vis eſt: quamvis Rabbini verbum סָרַס fecerint: quod eis eſt *caſtrare*. Eſt hinc θέλυφθος, *virgo caſtitati devota*: & per παρόσθεν, *caſtro*, *caſtratus*.

DCXC.

רַב־שָׁקֵה Rab-ſchakeh. Rabſaceh. Rabſace. Rabſake. ῥαψακή.

2. Reg. 18. 17.

IDeſt, *Magiſter bibentium, potantium*: qui Hebræis eſt מַשְׁקֶה *pincerna, pocillator*, item *potus*: à שָׁקָה *propinavit, potavit, rigavit.* Nos duntaxat *n* inſerimus, & ſchencken dicimus: ſchencke/*popina*. Adſonant *ſugo, ſaugen/ſcyphus*, σκύφος, *ſuccus*.

DCXCI.

DCXCI.

תִּרְהָקָה Tirhakah. Thirhacah: Tharaca. Thirhaka. θαρακά.

2.Reg.19.9.

ID est, *Explorator obtusus*. De תּוּר *explorare* egimus in Caphthorim CCXLVIII. Rad. קָהָה *obtusum fieri, obstupescere, hebescere, hebetari*. Potest huc referri *cos*: quæ reddere acutum solet ferrum, exors ipsa secandi. It. kawen: incisione enim ciborum præsertim acidorum, quam barbarè masticationem vocant, dentes habescunt. ξέειν est *radere & radendo hebetare*.

DCXCII.

נִסְרֹךְ Nisroch. Nesroch. Nisroch. νεσερόχ.

2.Reg.19.37.

ID est, *Fuga delicata*: vel *vexillum tenerum* vel *refugium timidi*: R. נוּס est *fugere*, ut vidimus in Tachpenes, num. DCLXXI. At נֵס est *signum, vexillum*, ut patuit ex num LXVIII. רָךְ verò est *tener, delicatus, mollis*, à רָכַךְ *molliscere, tenerum esse vel fieri*. מֹרֶךְ est *teneritudo, mollities*. Ex רָךְ per anastrophen fit *cera*, κηρός: cera enim nihil teneri⁹ est & flexibilius: it. *carus*, amamus enim mollia præ asperis.

DCXCIII.

בְּרֹאדַךְ Berodach. Brodach. μαρωδάχ. βαρωδάχ.

2.Reg.20.12.

ID est, *Creans contritionem*, à בָּרָא *creare*: בְּרִיאָה, *creatura*. Hîc vox Latina *creare* non longè ab Hebræa recedit; nisi quod *b* in *r* mutetur. Apud Græcos κεράω

κεκίνω & κεκίω est *efficio, perficio, creo*, κεκυλήρ, *effector*. Cerus antiquis erat *sanctus*: unde *ceremoniæ* dictæ sunt: quamvis hoc ad קָרָא revocare malim, quod est *invocare, orare*. Altera R. est דוּךְ contundere: (synon. ei est דָּכָא) unde מִדֹּכָה *mortarium*, & דַּךְ *pauper*, quasi contusus. Psal. 74.21. Hinc τήκω, *tabefacio, consuma*: & *ico, ictus*: & *cudo*: quibus ferè consentit R. דָּעַךְ, i.e. *deficere, consumi*: & הָדַךְ *opprimere*.

Est. 2.2. מָרְדֳּכַי *Mordechai*, amara contritio.

2. Reg. 25.27. אֱוִיל מְרֹדַךְ *Evil-merodach*, stulti rebellionem conterens.

Act. 8.27. *Candace*, possidens contritionem.

1. Maccab. 16.14. *Doch*, דּוֹךְ pauperies.

DCXCIV.

חֶפְצִיבָה Chephtziba. Hephsibah. Hapsibah. Hephziba. Hephzibah. ὀφοβία. ἐφιβά.

2. Reg. 21.1.

ID est, *Voluntas mea in eâ*. Verbum חָפֵץ est *velle, complacere, voluptatem capere ex re aliqua, benè velle, propenso in aliquem esse animo*. חֵפֶץ est *complacentia*, sive *beneplacitum, voluntas, propositum*. Hinc German. gefallen & Lat. *cupere, cupido*. Vltima syllaba constat ex ב, id est, *in*, & affixo fæm. generis.

DCXCV.

DCXCV.

משלמת Meschullemeth. Mesullemeth. Massalemeth. Mesullemeth. Mesulemeth. μεσσολαάμ. μεσαλάμ. μεσυλλέμεθ.

2. Reg. 21. 19.

ID est, *Dominium mortis.* מָשַׁל est *jus, dominium, autoritatem ac potestatem habere:* quod Græcis est κωλεύω Rom. 6. 14. vel αὐθεντεῖν, 1. Tim. 2. 12. ubi de muliere loquitur Apostolus, quam non vult autoritatem exercere in virum: quo sensu hæc Radix Gen. 3. 16. de viro usurpata reperitur. Significat etiam *in eminentia constitutum esse, sententias loqui, & scitè dicta atque axiomata proferre.* מְשָׁלִים sunt *sententiæ, parabolæ, axiomata, proverbia.* מֶמְשָׁל est *dominium.* Hinc orta sunt βασιλεὺς quasi μασιλεὺς, βασιλεύω, βασίλειος, i. e. *rex, regno, regius:* unde Basilius, quod nomen corruptè effertur vulgo Blasius, satis tamen accommodatè ad R. propositam: nam *b* & *m* sunt literæ labiales, & facile inter se permutantur. Propinquant etiam marschalck: de quo Goropius Becanus lib. 2. Orig. mar/inquit, *est equus,* mari *equa:* schalck *non simpliciter cuiusque rei peritum significat, sed sic peritum, ut & callidus sit, & in arte, quam tenet, astutus: ut ita Mareschallus sit magister equitum astutus & callidus.*

1. Chron. 6. 7. מָשַׁל *Maschal,* dominans.

DCXCVI.

חָרוּץ Charutz, Harus. Haruz.

ἀρους.

2. Reg. 21. 19.

ID est, *Solicitus, acer, strenuus ad res conficiendas, sedulò intentus operi, industrius, solers*: in qua significatione in Proverbijs Salomonis sæpe occurrit. Verbum חָרַץ est *movere, acuere, exercere*: item absolutè *acrem esse, decernere, desinere, decurtare*: quo sensu κολοβοῦν poni autumant Matth. 24. 22. & Marc. 13. 20. & Συντέμνειν, Rom. 9. 28. Esa. 10. 22. Substantivè sumtum חָרוּץ varia significat, putà *tribulam, aurum, murum, concisionem*. Eminet inter hæc significatio *tribuli* vel *tribulæ*, quam describens, Varro de re rustica lib. 1. cap. 52. factam asserit aut è tabulâ per se solâ lapidibus ferroque asperatâ, quæ impositio aurigâ vel pondere aliquo grandi trahebatur jumentis junctis. Et subtus affixi erant plurimi lapides exigui, quorum acuminibus extantibus & grana frumenti exterebrabãtur & stramenta in paleas concidebantur. A talibus acuminatis lapidibus etiam חָרִיץ *caseus* dictus ob similitudinem. 1. Sam. 17. 18. Fiebat etiam tribula ex asseribus dentatis cum orbiculis: quod vocatum est plostellum Phœnicum: in quo quis sederet atque agitaret trahentia jumenta. Hieron. in Amosi cap. 1. esse tale ait plaustrum: quod rotis subter ferreis atque dentatis volvatur: ut excussis frumentis stipulam in areis conterat, & in cibos jumentorum propter fæni sterilitatem paleas comminuat. Faciunt igitur huc ϝραζειν, ξυρᾶν, *radere*: ϝαρϝ de rastro: & ϝαρϝ/*carrum*, καρρόν: ob plostelli significationem: sic *sarracum* genus vehiculi. Et quatenus

aurum

aurum notat, χρυσὸς & χρυσίον. Cognatum est קָרַץ *succidere, excidere.* Porro חָרַץ LXX. reddunt per γρύζειν Exod. 11. 7. *Non movebit canis linguam suam.* Vides γρύζειν respondere חָרַץ, ex eoque formatum esse.

DCXCVII.

אֲצַלְיָהוּ Atzaljahu. Asaliahu. Asalia. Azalia. ἐσελίας.

2. *Reg.* 22. 3.

JD est, *Prope Dominum.* Vox אֵצֶל est *juxtà, prope, apud.* אֶצְלוֹ *apud eum:* אֶצְלִי *apud me.* R. אָצַל est *reservare, recondere, separare:* אָצִיל est *nobilis, honorabilis, magnus,* à plebeio scilicet separatus: unde אֵצֶל *cello, excello.* אֵצֶל *axilla,* achsell. Nostrum hetschelen/ i.e. molliter & delicatè tractare, non vulgari, sed planè singulari & eximio modo enutrire, curare atque apud se fovere, non longè abscedit. Vltimę duæ syllabæ decerptæ sunt ex nomine JEHOVA.

1. Par. 8. 37. אֶצֶל *Atzel,* prope.

Luc. 3. 25. אֶצְלִי *Etzli,* Esli, apud me.

DCXCVIII.

חֻלְדָּה Chulda. Hulda. Holda. Hulda חֻלְדָּה.

2. *Reg.* 22. 14.

JD est, Tempus vel seculum, quod est חֶלֶד, i.e. curriculum & tempus humanæ vitæ præfinitum. Hinc τέλος, *finis,* τελέω, *finio,* τετέλεσμαι, *finem habeo.* Et nostra alt/ ålte/ i.e. *senium.* Nicolaus Fullerus lib. 3. c. 14. propriam significationem vocis חָלַד investigans ex Aquilæ diligentissimi interpretis expositione demonstrat חָלַד propriè καταδύειν notare. Est autem καταδύειν *penitus seu in profundum ingredi, in penitiorem*

recessum sese abdere : & κατάδυσις non solum actum seu motum huiusmodi immersionis seu penetrationis, sed etiam conditionem eorum, qui talem locum frequentant & incolunt, significat. Deducit nos hęc verbi vis in considerationem miseriæ huius vitæ immersæ εἰς τὸ σκότος & αἰῶνος τούτου, ut loquitur Apostolus Eph. 6. 12. quas tenebras, seu vt idem ait Eph. 4. 9. κατώτερα μέρη τῆς γῆς subire dignatus est Filius Dei : ut nos ex his velut cavernis & specubus caliginosis liberatos cælesti luci & libertati redderet. Hanc conjecturam mirificè adjuvat nomen חֹלֶד, i.e. *stella*, γαλῆ, Levit. 11. v. 29. seu *viverra* : quæ cuniculos in suis foveis mira ferocia atque agilitate insectatur, & in profundos ac tortuosos eorum specus sese penetrat. Hinc sanè vis verbi claret. *Quid igitur* (inquit ille) *aliud est vita nostra, ratione terræ huius, in qua degimus, quam* κατάδυσις *descensus & latitatio in antro quodam profundo, caliginoso atque horrido? Præterea si spectetur totum vitæ istius curriculum, eaque ad quam tendimus, meta; planè* κατάδυσις *arguitur. Nonne enim suopte nutu in sepulchrum perpetuò vergit, imò gradu celerrimo properat mortalitas nostra? Vt quemadmodum nascendo animus domum luteam subijt : ita moriendo corpus in cavernam terream altius irrepat, ubi abditum lateat ex decreto Dei : Pulvis es & in pulverem reverteris. Cuius rei eximiam utilißimamque commonitionem vocis* חֹלֶד *notatio intelligentium animis jugiter suggerit.* Pertinet huc wudelen & badelen/ quod est talparum & aliorum animantium terram eruentium & subeuntium. Aliàs ad חֹלֶד trahi solent Welt / item alt/ veralten. Rad. חָדַל est *cessare, desistere, abstinere.* Sic vulgò reddi solet.

1. Par.

1.Par.11.30. חֶלֶד *Cheled*, tempus vitæ.
2.Par.28.12. חַדְלַי *Chadlai*, cessatio.

DCXCIX.

כְּמָרִים Cemarim. χομαείμ. Camarim.

2. *Reg.*23.5.

VAriè exponitur hoc nomen: alij *aruspices* esse volunt: alij *sacrificos*: Junius *atratos* vertit, i.e. *sacrificulos* (inquit) *pullis vestibus indutos ex superstitioso ritu*. Tzeph.1. 4. Elias in Thisbi כּוּמָרִים dici putat, *quasi clausos*, quod monachi essent in claustris degentes. כּוּמָרִית *monialis*. Sic Buxtorff. in Lexico Chald. Sunt qui *ædituos* fuisse putant & Sacerdotum ministros ab adolendo thure dictos. Vel, quod stigmatis essent inusti: vel quod magno cum ardore animi sua peragerent sacra; cui sententiæ accedit Lutherus in notis marginalibus ad hunc locum. Fulleri verba sunt in lib. 4. Misc. cap. 7. *Paraphrasis Syra* Matth.6.16. *habet* כְּמִיר *quod commodè reddi potest atratus, hoc est, atra sive pulla veste indutus, sicut ibidem vertit Tremellius & ante eum Kimchius. Sanè non vultum solùm sed vestitum etiam tetricitate & tristi quadam severitate spectabilem à Servatore perstringi, Paraphrastæ judicio existimamus, à Pharisæis subinde gestari solitum, quoties votorum, quibus sæpiusculè nuncupandis per speciem singularis sanctimoniæ admodum dediti erant, religione tenerentur. Quocirca ut prolixa & luxuriosa scribarum vestimenta apertè alibi reprehenduntur: ita hoc loco aspera & vilia Pharisæorum tectè notantur à Domino.* R. כָּמַר tres habet significationes. 1. enim est *incalescere*,

Gen.

Genes. 43. 30. ubi Iosephi viscera æstuâsse dicuntur erga fratres. 2. *denigrari*, Thren. 5. 10. Pelles nostræ sicut clibanus denigratæ sunt. 3. *contrahi*, concludi: quæ tria facile inter se conciliantur. Adusta enim & nigrescunt, & ab igni simul contrahuntur, schrumpfft: usammen Faciunt huc *cremare*, κάρφω, *festuca*, κάρφος, *sicco* & *carbo*. *Cimmerij* populi (ait Ortelius) *sempiterna caligine septi, & à Solis adspectu prorsus ademti*. Μαυρὸς, i.e. *niger, obscurus*. Inde *Mauri* dicti sunt: & morus arbor propter fructus nigredinem. Item *Cremo, as, are*.

Iudit. 7. 7. *Mochmur*, ater.

DCC.

פַּרְוָרִים Parvarim.

2. *Reg.* 23. 11.

IDest, *Suburbia*: à פָּרַר *suburbanum, suburbium*: vox est magis Chaldaica quam Hebræa: quæ tamen habetur Ezech. 27. 28. Aliàs פָּרוּר est *olla, lebes, cacabus*. Revocari solet ad R. פור *fregit*: de qua in nomine Pur & Purim, num. CXXXVII.

DCCI.

נְבוּזַרְאֲדָן Nebuzaradan, Nebuzardan. Nebusaradan.

ναβουζαρδάν.

2. *Reg.* 25. 8. *al.* 24. 28.

IDest, *Prophetia sive germinatio sparsi judicij*. De נוּב, i.e. *germinare*, egimus num. CCCXXXVIII. De דִּין judicare in Dan. num. XXXI. Restat media syllaba, quæ à זָרָה decerpi potest, quod est *spargere, ventilare, circundare*. זָרָא est *dispersio*. מִזְרֶה *ventilabrum*. Hinc *sero*, σπείρω, *spargo*, *spreyen*/*seen*/σκορπίζω, *dispergo*. Scaliger de

de emendatione temporum lib. 6. pag. 277. monet, nominibus Imperatorum & Satraparum Babyloniæ ut plurimum præponi nomen Nebo: ut *Nebucadnetzar, Nebo-naſſar, Nabonit, Nabo-pulletzar, Nabuzar-adan.* Capellus ad Ann. M. 3375. *Æſar*, inquit, Hetruſcorum lingua *Deum* ſignificat: autor eſt Suetonius in Auguſto cap. 97. Potuerunt id nominis Hetruſci à Babyloniis mutuari. *Pul* vel *Phul* poteſt *mirabilem* ſignificare. Nabo *vaticinari*: ita, ut Græcis *Apollo*, ſic Babyloniis *Nabo* vatem agebat. Certe *Nabo* unus eſt ex Dijs Babyloniorum Eſa. 46. 1. Fuit etiam nomen urbis quaſi huic Deo dicatæ Ier. 48. 1. & 22. Ita *Nabo-pul-eſar*, ſignificabit *Nabo mirabilis eſt DEVS*: Piln-eſar idem: Salman-aſar *pacis Deus*; Eſar-haddon *Deus diffindens*. V. Matth. Martinium in Nebucadnezar.

Eſter. 5. 10. זֶרֶשׁ *Zereſch*, corona miſeriæ: à זֵר *corona*: num. DCCI. & דָּשַׁשׁ *depauperare*, num. CXXX.

DCCII.

אֱוִיל מְרֹדָךְ Evil-merodach. **Evil-merodach.** εὐιλμερωδάχ. 2. *Reg.* 25 27.

IDeſt, *Stulti rebellionem vel amaritudinem conterens.* אֱוִיל eſt *ſtultus*. אִוֶּלֶת *ſtultitia*. Hîc quia R. אָוַל in uſu non eſt, ſolent aliqui R. יָאַל accerſere: quæ inter alia ſignificat *temere & præcipitanter agere*. Vide num. DCXX. in Joël: quo ſatis quadrat noſtrum alber: it *ſtolidus, ſtultus*, ſtolz: & ἠλεὸς atque ἠλιθιος, i.e. *ſtultus*: ἠλαίνω, *ſtulteſco*. Et propinquius ἄβλας, i.e. *ſtupidus, ignorans*: ἀβέλτερος, *ſtultus, ſtolidus, amens*: ἀβελτηρία, *ſtultitia*.

De מָרַד *rebellare*, vide *Nimrod*, num. CCXXXV.

De

De דוך *contundere, Berodach*, num. DCXCIII.
Dan. 8. 2. אוּלַי *Vlai*, stultitia.

DCCIII.

סָלַד Seled. Saled. Seled. σαλάδ.

1. *Chron.* 2. 30.

IDest, *Calefactio, ustio*, à R. סָלַד *ussit, exussit, calefecit.* Tantum extat Iob. 6. 10. וְאֶסְלְדָה בְּחִילָה .ubi Iunius: *Quamvis exæstuem dolore.* Alij: *Etiamsi exurat vel incendat me dolore*, scilicet DEVS. Sic per aphæresin primæ literæ posset hinc confieri nostrum *soderem*: quod aliàs cum יָהַט *ardere* solet comparari. Avenarius סָלַד per *solidum esse* exponit, quasi dicat Iobus: *Consolidescam in dolore.* Adeo harmonia Linguarum Virum eius longè studiosissimum delectat: ut malit vim verbi propriam relinquere, quàm vocem latinam *solidus* huic Radici non accommodare.

DCCIV.

אַפַּיִם Appajim. Appaim. Apphaim. Appaim. Appajim. ἀΦΦαΐμ.

1 *Par.* 2. 21.

IDest, *Facies, vultus, nares, furores.* Vox in scripturis usitatissima est אַף *nasus*, & metonymicè *furor*: cuius ex naso patent indicia. Vnde Martialis:

Majores nusquam ronchi, juvenesque senesque
Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Item *facies* synecdochicè: quę significatio sibi formam dualis numeri assumit, nempe אַפַּיִם. Hinc ὤψ, ὠπτός, ὀπτάνομαι, *visus, adspectus, facies*: quæ postrema vox ab אַף dependet. Reduci solet ad R. אָנַף *flavit naribus*,

vibus, iratus est: is enim iratorum est gestus. Non longe abeunt ἄνεμος, i.e. *ventus*: ex quo *animam* Latini deducunt: nam & anima sæpe pro flatu accipitur. Horat. *Impellunt animæ lintea Thraciæ*. Anemone herba est, cuius flos à quovis ventulo decutitur. Faciunt huc quoque πνέω, πνεῦμα, πνοή. Lepidum est quod ad *alapam* congruunt Hebræa עַל-אַף, i.e. *super faciem*: ut hinc originem *alapæ* agnoscas. אַף quoque syncategorematica particula, & exponitur per *adhuc, amplius, etiam*: unde est כִּי אַף *quanto magis*.

DCCV.

שֹׁשַׁן Schescha. Sesan. Sesan. σωσάν. σησάν. σισάν.

1. Chron. 2 31.

IDest, *Lilium*, quod appellativè est שׁוֹשַׁנָּה, sic dictum, autoribus Rabbinis, quod שֵׁשׁ sex habeat folia. Vide num. CCCCLV. in Schescha. Græcum hîc coincidit Σοῦσον, *lilium*, Σούσινος ex liliis confectus, *susinum*, lilienöhl. Facit huc etiam schön / schönigen / tausentschönigen. Hinc *Susanna* nomen fœmineum, id est, lilium, rosa. Si ש cum puncto in sinistro cornu scribis, potest nomen *Susanna* per *lætitiam* exponi, à שוש gaudere, lætari.

Nehem. 1. vers. 1. שׁוּשָׁן *Schuschan*, lilium vel rosa.

Esr. 4. v. 9. שׁוּשַׁנְכָיֵא *Schuschancajeh*, rosæ vel lilia percutientium.

Luc. 8. 3. *Susanna*, lilium vel gaudium.

DCCVI.

אַחְלַי Achlai. Ahalai. Oholai. Ahelai. Ahlai. ἀχλαί.

1. Paral. 2. 31.

IDest, *Vtinam*; אַחְלַי vel אַחֲלַי. quæ usurpantur *beatitudines vel beatè*. Ἀβράκ Græcis idem significat ut & ὄφελον. Radix חָלָה in Kal. significat ægrotare: in Piel *precari, orare*, ideoque potest etiam exponi hoc nomen per *deprecationes*. Facilè autem *preces* cum *morbis* conciliantur, ut experiuntur ęgroti. חֳלִי *infirmitas, ægritudo*. Recte igitur χωλὸς, i.e. claudus huc refertur. Sæpe *detrimenta membrorum sunt incrementa virtutum*, ait Gregorius. Grammatici eam propriè significari hoc verbo volunt ægritudinem: quę ex læsa & violata aliqua corporis parte dolorem vel cruciatum affert. Cui conjecturæ adstipulatur affinitas verbi חָלַל, i.e. *perforare, cavare, violare*, & חוּל *dolere*: de quibus num. CXCII. in Chavilah. Aliàs κηλαίνειν est etiam *ægrotare*.

DCCVII.

אֶפְלָל Ephlal. Ophlal. Ephlai. ὀφλάδ. ἐφαήλ. ἐφλάλ.

1. Par. 2. 37.

IDest, *Iudicans* vel *orans*, à פָּלַל judicare & orare: quæ duo in eo conveniunt: quod qui orat, Deo causam suam exponat: & qui judicat, eum sententiæ suæ rationes habere oporteat. Hinc תְּפִלָּה *ode, precatio*: quæ battologiæ opponitur tanquam temerariæ negationi, aut postulationi quæ omni justa ratione destituitur. Matth. 6. 7. פְּלִילָה est *judicium justum atque æquitati consentaneum*. Congruunt huc

huc interpello, appello, appelliren/billich/billichen/fellen/vrtheil fellen/πολιτεύειν; i.e. gubernare rempublicam, quod fit ferendis sententiis & exercendis judicijs: & *palatium*, in quo judicia exercentur.

Neh.3.27. פָּלַל *Palal*, orans vel judicans.

Neh.11.12. פְּלַלְיָה *Pelaljah*, orans Dominum.

Gen.22.6. פִּלְדָּשׁ *Pildasch*, judex triturans.

DCCVIII.

מוֹצָא Motza. Mosa. Moza. μοσά.

1.Par.2.46.

IDest, *Azymum*, ἄζυμον: regulariter מַצָּה *infermentatum seu azymum*, pl. מַצּוֹת, à מָצָה vel מָצַץ vel מָץ *sugere, exprimere, emulgere*. Vnde מָץ *emunctor*. Proverb.30.33. *Emunctor naris elicit sanguinem*. Quem locum Vulgata penè ridiculum fecit: sic enim habet: *Qui fortiter premit ubera ad ejiciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem*. V. Iosequi Halli Orationem habitam in Synodo Dordracena: quæ eius Actis inserta est, pag.56. Satis huc quadrant mußen/bluzen/außmußen/außbußen. μάζα est *placenta*, μάσσω, *pinso, premo*: μύσσω, *emungo*, μύζω, *sugo*. Inversum est צוּם jejunare: quia jejunium venas emulget. מוֹץ *gluma* seu *folliculus è granis triturando decußus*. Μύξα, *myxus* est prominens pars lucernæ, ex qua ptofertur ellychnium tanquam mucus. Potest hoc nomen etiam per *inventum* exponi à R. מָצָא *invenire, nanciſci*: cui vicina sunt μάω & μαστεύω quæro, & ζητέω quæro: item *Musæ*, μοῦσαι artium inventrices.

DCCIX.

יַחְדַּי Jachdai. Jahdai. Jahaddai. Jahdai ἰαδδαί. ἰαδδί. ἰαχδαί.

1. Par. 2. 47.

JD est, *Simul* vel *solus ego*. יַחַד & יַחְדָּיו est *pariter, simul, unà*. Nomen יָחִיד est *unicus, unigenitus*, Genes. 22. 2. Sume יְחִידְךָ את *unicum tuum*. Convenit ferè אֶחָד *unus, primus*: sic & nos einer/ (ab ἑὶς ἑνὸς) pro *uno* & *primo*. Solent hæc omnia reduci ad R. חָדָה *gaudere*: quod consensus & unio lætitiam gignant. יָחַד est *unire*: ex quo est & Latinum *idem*. Quadrat huc etiam ἴδιος, i.e. *proprius*: ἰδιάζω, *sum seorsum ab aliis*. Item *viduus*: wither/ withe.

1. Paral. 24. vers. 20. יְחִדְיָהוּ *Iechdejahu*, Vnus Dominus.

1. Par. 5. 24. יְחִדִיאֵל *Iachdiel*, unitas Dei.

יְחִדוֹ *Iachdo*, solus ipse.

DCCX.

רֶגֶם Regem. Regem. Regum. ῥεγμά.

1. Par. 2. 47.

JD est, *Lapidatio*, à R. רָגַם *lapidare, lapidibus, grandine vel tonitru obruere, tonare*. Huc respexisse volunt Christum Marc. 3. 17. quando Iacobum & Iohannem mutatis nominibus vocat בְּנֵי רֶגֶם υἱοὺς βροντῆς filios tonitrui: quod vi Euangelij multos essent obruturi. Lapidabant autem homines non siphonum tormentariorum aut sclopetorum globis, non sagittarum nimbis, non phalaricis aut telis, sed testimoniis scripturarum: *his enim solis lapidandi sunt hæretici*, ut ait Athanasius Oratione 3. contra Arianos.

nos. Alijs à tumultu vel ſtrepitu quaſi בְּנֵי רֶגֶשׁ dicti putantur. Sed jam de his dictum prolixius ſupra, num. CLXV. in voce Boanerges.

Margema eſt congregatio lapidum: unde Mercurij vocem deflexam ajunt, propter Hermas ſeu ſtatuas ſive acervos Mercuriales: id docere nituntur ex cap. 26. 8. Proverbiorum: *Sicut qui mittit lapidem* בְּמַרְגֵּמָה *in acervum Mercurij* (ſic Vulgata) *ita qui tribuit inſipienti honorem.* Selden. ſynt. 2. de Diis Syris capit. 14. de מַרְקוֹלִים Gallis *murgé* eſt acervus lapidum.

DCCXI.

שַׁעַף Schahhaph. Saaph. Saaph. σεγάφ. σαγάφ.

1. Par. 2. 47.

IDeſt, *Cogitatio* vel *ramus.* סַעַף eſt *ramus* & per translationem *cogitatio*: quæ ſic ſe habet ad cor, ſicut ramus ad arborem, inquit Rabbi David. Transfertur ad res quasvis protuberantes vel prominentes, ita ut ſumatur etiam pro *cacumine, ſcopulo, dente*: ſcribiturque per ס & שׂ. In Piel eſt *deramare, esbrancher* ſeu *ramos defringere*, quod Latini dicunt *collucare.* Eſ. 10. 33. Chald. שְׂעַף eſt ſpecies aromatis certi, vel balſami, Gen. 37. 25. & 43. 11.

DCCXIII.

שָׁוְא Scheva. Sevah. Sue. Seva.

1. Par. 2. 49.

IDeſt, *Clamor, tumultus*, à שָׁוְא *clamare, tumultum facere.* תְּשׁוֹאָה *deſolatio, tumultus.* Eiuſdem ſignificationis eſt שָׁאָה *deſolare, vaſtare, ſonare, vaſtari cum fragore & ſtrepitu.* Vide Meſcha nu. CCLXXVII. Græcis σῶφα eſt *clamor, rumor, fama*: & ὠΐζω, *clamo.* שָׁוְא eſt *vanitas, mendacium*: item *fruſtrà.*

2. Sam. 15. 24. שְׁעְיָא *Schejah*, vanitas.

1. Reg. 15. 16. בַּעְשָׁא *Bahhscha*, investigatio desolationis. Vid. 639.

DCCXIII.

פּוּתִי Puthi. Puthæus. Phuthæus. Puthiter.

1. Par. 2. v. 53.

HEbræis פּוּת est *cardo ostij*, it. *podex*, & *partes pudendæ*. Hic Mercerus in Lexico Pagnini: *In lingua*, inquit, *Germanica pudendum mulieris ad vocem Hebraicam accedit*. Quidni etiam in linguâ Latinâ *pudendum*, & *pudor* & *podex*? פַּחְתָּן est turpitudo earum, Esa. 3. 17: *Nudabit Dominus turpitudinem earum*. Videtur Propheta inverecundè locutus. Sed Prophetæne minus juris quàm Poetæ? Sic Catullus:

Nam castum esse decet pium Poëtam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Et Martialis:

Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

Ovidius:

Crede mihi distant mores à carmine nostri:
Vita verecunda est, Musa jocosa mihi.

Incandescit enimverò adversus salaces Propheta: ut scapham scaphã nominans ea quoq; membra, in quibus libidinis impuritas efferveſcit, sua olim cruciamenta esse habitura perspicuè denuntiare non verecundetur. Græcis πόσθη est *pudendum virile*: ἀκροποσθίον, *præputium*. Latinis hinc est *fœdus*, *fœditas*, & *futuo* verbum obscœnissimum, & κωσδίζω, *rem habeo*.

Genes. 10. 13. פַּתְרֻסִים *Pathrusim*, pudendum adspersum.

DCCXIV.

DCCXIV.

מִשְׁרָעִי Mischrahhi.

1. Par. 2. 53.

SI licet שׂ pro שׁ sinistrum pro dextro capere, quod in hac Onomatoscepsia sæpe faciendum fuit, potest מִשְׂרָעִי exponi per prælongum, membris redundantem, monstrosum, à R. שָׂרַע *superfluum esse, extendere se, excrescere*: unde שָׂרוּעַ *monstrosus*, Lev. 21. 18. & 22. 23. Est hinc nostrum strecken. Aliàs componi potest ex מִשַּׁשׁ & רָעָה, & notare eum, qui *tangit socium vel pastorem*. V. num. CCLXXIX & CCLXVII.

DCCXV.

יַעְבֵּץ Jahhbetz. Jabes. Jaebez. Jahbez, ἰαβεῖς.

1. Par. 2. ult.

ID est, *Crassities* seu *densitas luti*. עָבַר *densare, condensari, densum, grossum, crassum esse*. עֲבִי est *densitas, crassamentum, grossities*, item *nubes*. Hinc ἴφι, *robustus, crassus, pinguis*: & πάχυς, *crassus, densus*: & *pinguis*. Est Iahhbetz hîc loci nomen, quod mox Viro tribuitur in cap. 4. v. 9. atque in eâ notatione aliter à nobis supra explicatum fuit supra num. CXXXI. De יְבוּץ, i.e. *cænum, lutum*, vide Tebetz num. DLXXIV.

DCCXVI.

שְׁכַנְיָה Schecanjah. Sechaniah. Sechenias. Sachania.

σεχενίας.

1. Par. 3. 21.

ID est, *Habitatio Dei*: vel *vicinus Deo*. שָׁכֵן est *vicinus*, vel *habitator*: מִשְׁכָּן *habitaculum*. Hebræorum ma-

gistri vocant divinam Majestatem שְׁכִינָה quod suę Ecclesiæ adsit ubique locorum præsens. Jisdem שְׁכוּנָה est *platea urbis vel vicinia*. Rad. שָׁכַן est *habitare, manere in vicinia, cohabitare, commorari*. Convenit planè cum Græco Σκηνόω, *habito*, Σκηνὴ, *tabernaculum, tentorium: Scenita*, qui in tentorijs habitat. Nobis *horreum* est scheune.

DCCXVII.

חַטּוּשׁ Chattusch. Hattus. Hattus.

Λαθούς.

1. *Par.* 3. 22.

ID est, *Peccatum derelinquens*. חַטָּא est *erratum, peccatum, culpa, defectus, reatus*, sicut & חַטָּאָה, quod etiam pro *pœna peccati*, item *pro sacrificio expiatorio & piaculo* seu *expiatione* sumitur. Rad. חָטָא est *peccare, errare, delinquere, deflectere*, à via quâ eundum erat. Hinc est nostrum quat: & ἄτη, *noxa*, ἀάω, *noceo*: item σκέτλιος & ἀθέμιτος, *noxius*, schädlich). Altera Rad. est נָטַשׁ *relinquere, derelinquere, dimittere*: item *extendere, diffundere*. נְטִישָׁה est *ramus, propago, palmes ex vite scilicet abscissus vel demissus*: enden so überbleiben. Hinc νόθος, *nothus*, id est, alienus & quasi dimissus è familia: & noht/in qua qui hæret ab omnibus relinquitur. Convenit fere נָתַשׁ *eradicare*.

Esr. 2. vers. 57. חַטִּיל *Chattil*, peccati deploratio, ululatio.

Esr. 2. vers. 42. חֲטִיטָה *Chatitah*, peccati declinatio.

DCCXVIII.

קוץ Kotz. Cos. Koz. κώζ.

1. Par. 4. 8.

ID est, *Spina*. R. קוץ (prorsus ut inversa צוק) est *affligi, angustiis affici, compungi*: item *expergefieri, æstivare*: item *nauseare*. Sic & קִיץ evigilare. קַיִץ *æstas*, quæ quasi exsuscitat nascentia. Nauseam exprimit κοζειν: eam enim vomitus sequitur. Ad קוץ, i.e. *spina* ἄκανθα quodammodo accedit.

1. Par. 24. 10. חַקּוֹץ *Hakkotz*, spina.

DCCXIX.

אחרחל Acharchel. Aharhel. Aharehel. Aharhel. ἀχαρχήλ.

1. Par. 4. 8.

ID est, *Alter exercitus*. De חַיִל, i.e. *exercitus, vis, robur*, dictum est num. DCXLV. in Chelam. אַחַר est *post, postea, posthac, postquam*. אַחֵר *alter, alius, alienus*. אָחוֹר *retro, retrorsum, pars posterior, Occidens*: cui opponitur קֶדֶם *pars anterior* seu *Oriens*. Nobis ächter pro dahinden/ est locus posterior. Rad. אָחַר est *tardare*, unde harren. Forte hinc est *Acheron*, ob tenebras exteriores, Matth. 22. 13. nimis enim longè abeunt, qui acherontem quasi ἄχεσι ῥέοντα dictum volunt. Forte & *Heri*, & ὕστερον, id est, *posterus, posterior*: & ἕτερον, *alter*.

1. Par. 7. 12. אַחֵר *Acher*, alter.

DCCXX.

מחיר Mechir. Mehir. Mahir. Mehir. Μαχίρ.

1. Par. 4. 11.

ID est, *Pretium*: quod verbo מָכַר, i.e. *vendere*, admodum.

dum affine est: unde est *merçari* & marcketen. מָחָר autem est *cras*, quod jungitur sæpe cum יוֹם, & diem crastinum designat. Idem de longinquo seu longè post futuro tempore usurpatur: ut haud incommodè huc possis trahere græcum μακρὸς, *longus*, cui τὸ μικρὸν opponitur, & *moror, ari*. Parum differunt morgen & מָחָר: nec prorsus alienum hinc est *cras* Latinorum, & αὔριον Græcorum.

DCCXXI.

יִשְׁבָּח Jischbach. Isbah. Jesba. Jisbah. Jesbah. ἰεσβά.

1. Par. 4. 17.

IDest, *Laudans*, à R. שָׁבַח, in Piel שִׁבַּח *laudare, commendare*. שֶׁבַח *laus, commendatio*. Hinc Ζέβω, σέβομαι, Ζεβάζω, i. e. *colo*, σεβαστὸς *augustus, venerabilis*: ex quo est Sebastianus.

DCCXXII.

זוֹחֵת Zocheth. Zoheth. Soheth. ζωχάθ.

1. Par. 4. 20.

IDest, *Separatio*, à זָחַח *auferre, removere attrahendo*, vel *trahendo removere*. De vestibus usurpatum extat Exod. 28. 28. & 39. 21. Quadrat ergo huc zihen/abziehen: & Græcum χάζω, χάζομαι, & Lat. *cedo, secedo*. Est affine admodum verbo זוּעַ *movere*: de quo numer. CCCLXXVI.

Ib. בֶּן-זוֹחֵת *Ben-zochet*, filius separationis.

DCCXXIII.

DCCXXIII.

שָׂרָף Saraph. Saraph. σαραφ.

1. Par. 4. 22.

IDest, *Incendiarius*: it. *prester, ceraſtes, draco alatus & volans igniti coloris, lethali ardore homines & fruges afflans*, qualis à Moſe effigiatus & perticæ fuit impoſitus. Num. 21. 8. R. שָׂרַף eſt *urere, comburere, incendere, ſuccendere, igni cremare, concremare*. Idem ferè ac צָרַב. Extat nomen loci Ioſ. 11. 8. מִשְׂרְפוֹת מַיִם *combuſtiones aquarum*: ut Ar. Mont. reddidit: quem locum alij per *thermas* exponunt, alij ſalifodinas vel fontes ſalis fuiſſe autumant. Iunius per *Salinas* exponit: Piſcator etiam de officinis vitriarijs capi poſſe ait. Cæterum ex eadem iſthac Rad. eſt nomen Ordinis Angelorum, qui *Seraphini* dicuntur Eſa. 6. 2. quaſi *ignei & ardentes atque alati*. Pſ. 104. 4. A ſplendore adſpectus nominatos malunt alij & à claritate potius, quàm ab ardore amoris. Cum R. convenit ſatis probè *Sulphur*, & πρήθω, *comburo*, πρηστὴρ, *preſter*, ob inextinctæ ſitis ardorem, quam infert morſu: βεάζω, *ferveo*: ex quo eſt *braſer, embraſer* Gall.

Eſa. 6. שְׂרָפִים *Seraphim*, ardentes.

Ioſ. 11. 8. מִשְׂרְפוֹת מַיִם *Miſrephoth-majim*, combuſtiones aquarum.

Serapis Sol ab Ægyptijs dictus apud Macrob. lib. 1. cap. 20. quod omnia comburat.

DCCXXIV.

נְטָעִים Netahhim. Nataim.

νεταίμ.

1. Par. 4. 23.

IDest, *Plantatores*, à R. נָטַע *plantavit*: נְטַע *plantatio*, נְטַע *planta*. Hinc τίθημι, *pono*, & ἀνθέω, *floreo*. *Plantare*

pflantzen & Gallicè *planter* ad hanc radicem quoque non ineptè reducuntur: quamvis *pl* habeant à fronte: originem tamen satis manifestè produnt.

DCCXXV.

תֹּכֶן Thochen. Thochen. Thochen.

θοχχαί. θόχεν.

1. Par. 4. 32.

ID est, *Medium*, à תּוֹךְ *medium, inter, intra*: item *dolus, fraus*, ut תַּכְלִית nobis tück. Est in dolo quædam duplicitas animi, qua quis corde tegit odium, quo alterum prosequitur, cum interim sese amicum simulet. In eo differt תּוֹךְ à חָמָס: ibi fraus est & oppressio, quæ fit in occulto: hîc violentia & injuria, quæ fit in aperto. תָּוֶךְ est *medietas*, sicut מָוֶת i.e. *mors*. Toar תִּיכוֹן *medius*. R. תּוֹךְ תָּכָה & תָּכַךְ ut plurimæ aliæ huius formæ, ferè coincidunt, & exponuntur per *conjungere, adhærere, ambulare in medio, medium fieri*. Inde ergo veniunt *tango* & θίγω: *tago* pro *tango*, quod Veteribus in usu: ex quo *tagax*: *toga*, tuch/ tückisch/ δόλος, *insidiæ*. LXX. תּוֹךְ per τόκον, i.e. *usuram* reddiderunt, ad vocis Hebraicæ & Græcæ respicientes symphoniam. Psal. 55. 12. Cic. lib. 2. ad Attic. 1. *toculliones* dicit à τοκωμίων, nempe à diminutivo τοκώδιον. Estq; idem ac si dicas *fœneratorculus*.

Ezech. 47. 15. חֲצַר הַתִּיכוֹן *Chatzar-hatticon*, atrium medietatis.

DCCXXVI.

שִׁפְעִי Schiphhhi. Siphi. Sepheus. Siphei. σαφαί.

1. Par. 4. 37.

ID est, *Multitudo* vel *inundatio*. Rad. est inusitata: ex quâ שֶׁפַע idem quod רִבּוּי *multitudo, copia, abundantia*:

tia: sicut & שִׁפְעָה : quod per *globum militum* exponitur 2.Reg.9.17. aliàs de *multitudine equorum, camelorum & aquarum* usurpatur. Referri huc potest *stipare:* quod multitudinem & copiam requirit comitantium: item *sipare*, i.e. simul injicere, quod Catoni frequens: cuius contrarium est dissipare.

DCCXXVII.

זִיעַ Ziahh. Zia. Zie. Sia. ζία.

1.*Par*.5.13.

IDest, *Sudor*, aliàs זֵעַ vel זֵעָה Gen.3.19. בְּזֵעַת *in sudore vel labore vultus tui vescéris pane tuo.* Rad. זָעַ *sudare.* Vestigia Hebraicæ radicis extant in Lat. *sudare* & nostro schwitzen/ut & Græco ἱδρώς, ῶτος, sudor.

DCCXXVIII.

יְשִׁישַׁי Jeschischai. Jesisai. Jesesi. Jesisai. ἰεσσαί. ἰεσισαί.

1.*Par*.5.14.

IDest, *Antiquus.* יָשַׁשׁ est *decrepitus, grandævus, canus,* weiß/greiß. Scribitur & יָשִׁישׁ. Radix יָשַׁשׁ inusitata comparari solet cum יָשָׁה *existere*: unde est יֵשׁ i.e. *est* vel *existit*: ut יָשִׁישׁ eum notet, qui diu extitit. Quidam ad שִׁשִּׁים, i.e. *sexaginta* referunt: quasi sexagenarium significet. Hinc *Isis* Dea Gentilium: cuius nomen exponens Euseb.lib.1. Præp. Evang. c.6. *Isin* (inquit) *Latinè Priscam possumus dicere, Lunæ hoc nomine indito, quoniam sempiterna priscaque sit.*

Matth.13.55. Ἰωσῆς, *Ioses*, יוֹשֵׁי, i.e. grandævus.

DCCXXIX.

DCCXXIX.

תּוֹחַ Thoach. Thoah. Thohu. Toah. Thoah. θωᾶ.

1. Par. 6. 34.

ID est, *Telum* vel *jaculum*, regulariter חֹחַ, quod est nomen generale omnium, quæ jaciuntur, adeoque per *missile* rectè exponitur: quanquam *telum* antiquissimo usu pro omni armorum genere quoque usurpatur: ut ex Legibus XII. tabularum liquet. Alij reducunt hoc nomen ad R. חָתַת *contrivit, fregit.* Alij ad נָתַת *membratim frustatimque divisit, dissecuit, discidit:* unde est נֶתַח *frustum.* Faciunt huc τύχομαι, *collimo ad scopum. Titus*, i.e. miles, antiquè. Et nostrum tödten/ todt/ תּוּת *privatio cuiusque rei, etiam vitæ.*

DCCXXX.

מַחַת Machath. Mahath. Mahath. ἀμιώθ. μαάθ.

1. Par. 6. 35.

ID est, *Delens* sive *abstergens*, à מָחָה *delevit, erasit, tersit, abstersit, amovit, perdidit.* מָחִי *machina, arcus, ballista.* Oriuntur hinc σμάω, σμέω, *percutio*, σμήχω, *abstergo:* σμύχω, *comburo*, σμῆγμα, *smegma*: σμύρις, *smyris*, schmergel/ putà lapis quo gemmæ exterguntur. σμῆξις, *plaga, ictus.*

Esr. 2. 53. תָּמַח *Tamach*, delens.

1. Par. 11. מַחֲוִים *Machavim*, delentes.

DCCXXXI.

אֶתְנִי Ethni. Etni. Athanai. Ethni. Athni. ἀθανία.

1. Par. 6. 41.

ID est, *Asininus*, ab אָתוֹן *asina*; quod reduci solet ad

Rad.

Rad. אָתָה venit: de qua in Etham, num. cccxx. Si תּ in אִתּוֹן cum ſibilo effertur, patet convenientia vocis *aſini* & eſel cum fontibus. Noſtrum tamen felicius adhuc comparari poteſt cum עָצַל *pigreſcere*: ſicut ὄνος Græcorum cum אָנַס, i.e. *onerare*.

1. Paral. 4. 7. אֵתָנָן *Ethnan*, aſinus: ſed hoc poteſt quoque per donum exponi à נָתַן dedit.

DCCXXXII.

יְהַצְזָה Jahetza. Jahaſah. Jaſſa. Jachza. Jahza. ἐσσά. ἰεσσά. ἰαεζά.

1. Par. 6. 78.

IDeſt, *Currus falcatus*: qui Hebræis eſt הַצָּ Ezech. 23. 24. De iſtorum talium celeritate & violentia mira memorat Lucretius lib. 3.

Falciferos memorant currus abſcindere membra
Sæpe ita de ſubito permiſta cæde calentes,
Vt tremere in terra videatur ab artubus, id quod
Decidit abſciſſum; cum mens tamen atque hominis vis
Mobilitate mali non quit ſentire dolorem:
Et ſimul in pugnæ ſtudio quod dedita mens eſt,
Corpore cum reliquo pugnam cædeſque petiſſit;
Nec tenet, amiſſam lævam cum tegmine ſæpe
Inter equos abſtrâxe rotas, falceſque rapaces:
Nec cecidiſſe alius dextram cum ſcandit & inſtat.
Inde alius conatur ademto ſurgere crure,
Cum digitos agitat propter moribundus humi pes:
Et caput abſciſſum, calido viventeque trunco,
Servat humi vultum vitalem oculoſque patentes;
Donec relliquias animai reddidit omnes.

Hoc tamen totum genus armorum in deſuetudinem venit: utinam idem aliquando contingat bombardis & tormentis bellicis! id quod non nemo au-

mo augurari jampridem ausus est. Referri solet ad Rad. צָנַן quam per *frigescere* exponunt: de qua supra num. DCCCLIV. Ab הָצַן est צִיחֵן: quod curruum proprium est. Propius accedit *axis*, achs oder axe sc. am wagen. Qui הָצַן per *arma* generaliter exponunt, transferant huc *ascia*, ἀξίνη, *hasta*, *acinaces*, *ensis*, &c.

DCCXXXIII.

לִקְחִי Likchi. Lichi. λιχεί. Lezi. Likhi.

1. Par. 7. 19.

ID est, *Lex mea* sive *doctrina mea*, ut Deut. 32. 2. reddi solet: לֶקַח est *lex* sermo propriè jucundus ac lepidus, *doctrina* præsertim ea, quæ viva voce traditur, à לָקַח *accepit*, sicut Cabala (ex qua Sibyllæ vocem fluxisse ajunt, q. d. קִבָּלָה σύνδοσις seu doctrina viva voce tradita) à קִבֵּל *accepit*, putà per manus. Latè patet Rad. לָקַח & frequentissimi est usus. Inde מַלְקוֹחַ *præda*, מִקַּח *acceptio*, מַלְקָחַיִם *volsellæ*, &c. A לָקַח est *lectio*, & λαγχάνω, *sortior*, λάχος, *sors*.

DCCXXXIV.

אֲנִיעָם Anihham. Aniam. Aniam. Aniham. ἐνιάμ. ἀνιάμ.

1. Par. 7. 19.

ID est, *Navis populi*. De עָם *populus*, vide Benhhammi, numer. XVII. אֳנִי est *navis*, ab אָנָה *lugere*, *tristari*, item *occurrere*. Facile cum *tristitia* conciliatur *navis* ex illo vulgato: *Qui nescit orare, intret mare, discat navigare*. Præterea ex אָנָה est *ango*, *angina*, *anxius*, angst/ ἄχνυμι, i. e. *anxius sum*, ἄχος, *dolor*, ἄγχομαι, *suffocor*. Et propius ἀνία, *mœstitia*, ἀνιάω mœstitia afficio, tristitiam affero.

Luc.

Luc.3.24. *Ianna* יַאנַּי (sic quidam volunt) id est, lugens.

1.Pet.1.2. *Bithynia* בֵּית-אַנְיָה, i.e.domus mœroris.

DCCXXXV.

בָּרָד Bered. Barad. Bered. Βέρεδ.

1.*Par*.7.20.

ID est, *Grando*, aliàs בָּרָד, quam à separatione & sparsione dictam putant, quod sparsim & separatim cadat: qua in parte satis convenit פָּרַד *divisit separavit, disparavit*: ubi harmonia per se patet: sicut & in *pars*, part: quod planè coincidit cum פָּרַס *fregit, in frusta concidit, fidit*: de quo in Vpharsin, num. CLV. Porro בָּרוּד est *maculosus, variegatus*: unde *pardus* πάρδος propter liventes maculas, Ierem.13.23. & *perdix* ob pennas multis maculis interpictas.

Es.2.55. בְּרוּדָה *Berudah*, dispersio.

Act.2.9. *Parthus*, separatus.

DCCXXXVI.

רֶשֶׁף Rescheph. Reseph. Reseph. ῥασέφ.

1. *Par*.7.25.

ID est, *Pruna, carbo accensus*, item *febris calida*: item *dæmon*. Transfer huc ea, quę de שָׂרַף i.e. *urere* diximus num.DCCXXIII. ex eo enim per metathesin literarum fit רֶשֶׁף eiusdem propemodum significationis: complectitur namque omnia, quæ adurunt, inflammant & simul volant, ut *fulgura, jacula, ignita*, &c. Faciunt huc πρηστήρ, *prester*, πρήθω, *incendo*, πυρεύω, *ignem immitto*, brunst/brennen/braten/brũen/&c.

DCCXXXVII.

DCCXXXVII.

חוֹתָם Chotam. Hotham, Hothan. Hotham. χωθάμ.

1. Par. 7. 32.

IDest, *Sigillum, signaculum, annulus signatorius*, à Rad. חָתַם *signare, sigillo confirmare, claudere, summam subducere*: cui affinis admodum est אָטַם *claudere, obturare*. Orta sunt σημεῖον, *signum*, σημειόω, *noto, signo*, & adhuc expressius τέκμαρ, *signum*, τεκμαίρω, *significo*: & nostrum zeichen/ quod Saxonibus est teken.

DCCXXXVIII.

בִּמְהָל Bimhal. Chamaal. Bimehal. Bimhael. βαμαάλ.

1. Paral. 7. 33.

IDest, *In mistione*, à Rad. מָהַל *miscere*: quæ duntaxat invenitur Esa. 1. 22. Vinum tuum מָהוּל *mistum est aqua*: Iunius: *Merum tuum inspurcatum est aqua*. Hinc μολύνω, *polluo, inquino, inspurco*: & *macula*, mackel. Galli directe *mesler*, i. e. *miscere*.

DCCXXXIX.

רוֹהֲגָה Rohegah. Rohagah. Roaga. Rahga. Rohga. ῥοεγά.

1. Par. 7. 34.

IDest, *Saturatus meditatione*. De רָוָה *inebriavit* egimus num. CCXCIII. in Arjoch. Verbum הָגָה est *loqui tam ore quàm corde*: sicut λέγειν tam sermonem φορικὸν quàm ἐνδιάθετον complectitur: item *garrire, meditari, animum intendere, musitare, rugire*. Nomen הֶגֶה est sermo. הֲגִיוֹן *meditatio*, quo nomine Hebræi Logicam appellant: quæ est ars rectè de rebus cogitandi,

gitandi, einem dinge recht nachzusinnen oder nachzudencken. Hinc sagen/ & ἡγέομαι, *existimo*, & *Magia*, *Magus*: certè מְהַגִּים participium in Hiph. *susurrantes* seu *mussitantes* notat: cum quibus conjunguntur Pythones & arioli & qui pipiunt הָאבוֹת הַיִּדְּעֹנִים הַמְצַפְצְפִים: Esa. 8.19. Cum הָגָה conciliari potest facile יָגָה (literæ enim אֲהוּי sunt permutabiles) i. *affligi*. Etenim *multitudini sapientiæ inest multum indignationis, & qui auget scientiam auget dolorem*. Eccl. 2.1. & c. 12. 14. viel predigen macht den Leib müde. Inde est ἀγάζω, *tristor, graviter fero*.

Est. 2.3. הָגָה *Hegeh*, loquela seu meditatio.

Matth. 2.1. מְהַגִּים Magi.

DCCXL.

הֵלֶם Helem. Helem. ἐλήμ.

1. Par. 7. 35.

IDest, *Percussio*, ab הָלַם *frangere, conterere, contundere, quassare, concutere, aliquid velut diducendo in laminam multis ictibus contundere*: הַלְמוּת enim est *malleus*: quæ vox Latinorum hinc originem suam prodit, sicut & *lamina*, quæ Græcis est ἐλαμέυη vel ἤλαμέυη ab ἐλαύνω, ἐλάω, i. e *extendo, incito, agito, opus ductile facio*: ἔλασμα & ἐλασμὸς laminatio, si fas est sic loqui, laminirung. Affine est הָלַם *conterere, percutere, vulnerare*: cui convenit ὅλμος, *mortarium*: & μύλω, *molo*: μύλη, *mola*, mühle/ Gallicè *moulin*.

DCCXLI.

צוֹפַח Tzophach. Sophah. Supha. Zopha. Zophah. σωυφά. σωφά.

1. Par. 7. 35.

IDest, *Scyphus*, aliàs צִפְחָה *lecythus, cantharus, vasculum olei vel aquæ*. Nec scyphus, σκύφος, nec becher ab

hoc nomine peregrinantur. Rad. צָפַח non est in usu: ab ea tamen est צְפִיחִית *laganum frixum oleo & melle, cibus ex pulte factus, crustulum mellitum.* Exod. 16. 31. *fritillam* alij reddunt.

DCCXLII.

עָמָל Hhamal. Amal. Amal. ἀλάμ.

1. Par. 7. 35.

IDest, *Labor, iniquitas, molestia, perversitas, ærumna*: à עָמַל *laborare, fatigari, pervertere, iniquè agere.* Propriè est cum anxietate & fatigatione laborare & occupari. Hinc μόλος, *labor*, μόχθος, *labor*, μόλις, *vix, ægre*, μέλομαι, *curo*. Et *molesto, moles*. Conferri solet cum מָעַל *transgredi, prævaricari*. nam עָמָל propter מַעַל, *ærumna* propter *transgressionem* homini contigit: non esset *vexatio*, nisi fuisset *prævaricatio*. Iob. 5. 7. Est una ex vestibus Sacerdotalibus, quæ dicitur מְעִיל, quam vertunt *tunicam*: alij *pallium* vocant. Incertum an sit eadem cum כְּתֹנֶת i. e. *pallio*: ex qua voce est χιτὼν & *tunica*, à כָּתַן Rad. inus. Ex ὁ χιτὼν confuso articulo cum ipso nomine est Gallicum *Hocheton*, id est, *pallium*. Matth. 5. 40. distinguitur χιτὼν ab ἱμάτιον, *veste interiore*. Vide Casaubonum in Notis ad dictum locum Matthæi, qui exagitat Græcorum etymologiam, qui χιτὼν ἀπὸ τοῦ χέειν deflectunt: id quod ex Ep. Hier. ad Fabiolam declarat.

DCCXLIII.

שְׁכִיָּה Schochjah. Sachia. Séchia. Sachia. σεχιά.

1. Par. 8. 10.

IDest, *Quies Domini*, à שָׁכַן *quievit, resedit, remisit*: unde nostrum sachte/ & ἡσυχάζω, *quiesco*, ἡσύχιος, *quietus*.

tus. Nec sanè שָׁכַךְ à quiesco, quasi quesco, longè discrepat. De יָהּ vide num. LX. Prope admodum accedit שָׁכַב cubare, requiescere: unde מִשְׁכָּב cubile, lectus, concubitus, dormitio: quæ sunt frequentissimi usus.

DCCXLIV.

שְׁמַד Schamad. Samed. Samad. Samid. σαμιήλ.

1. Par. 8. 12.

IDest, Perdens, à R. שָׁמַד perdidit, abolevit, attrivit, dissipavit: in Niph. defecit, perijt: quas omnes significationes satis exprimunt Germanica schmettern/zerschmettern. Græci quoque σμώττειν dicunt, i.e. percutere.

Tob. 3. 8. Aschmadæus, i. e. destructor, perditor.

DCCXLV.

יַעַרְשִׁיָהּ Jahhareschjah. Jaaresiah. Jersia. Jaeresia. ἰααρσία.

1. Par. 8. 27.

IDest, Lectus seu stratum Domini. עֶרֶשׂ est lectus: Psalm. 41. 4. Dominus fulciat eum super lectum עַל־עֶרֶשׂ. Satis congruunt strewe/stratum, sterno, στορέω & στρώννυμι, sterno, στρῶμα, stratum. De יָהּ num. LX.

DCCXLVI.

בַּקְבַּקַּר Bakbakkar. Bacbacar. Bakbakar. Bakbakkar. βακβακάρ.

1. Par. 9. 15. al. 10. 9.

IDest, Inanis seu vacua visitatio. בָּקַק est evacuare: de quo vide num. CCCXXXIII. בָּקַר est inquirere: unde

בֹּקֶר, quia lux omnia explorat: ut dicunt Rabbini: seu, ut ait Apostolus: *quia omnia, quæ fiunt, arguuntur à luce: lux enim facit omnia manifesta.* Eph. 5. v. 13. *mane*: aurora enim Musis amica. In Kal est *bove spascere*: unde בְּקָרִים *pecora*, mirabili linguarum harmoniâ, à בָּקָר *bos, armentum*: est enim nomen generale seu collectivum, sed ratione originationis insigne. Nam vel ipsi Germani dicunt: wer kühe hat der hat mühe. A בֹּקֶר veniunt wacker / & fortasse etiam bücher / à studio inquisitionis, quod eis impendendum est: item, *quæro*. Aliàs huc transferri possunt πρωὶ, *mane*, frühe / πῶυ, *pecus*: *buceriæ* greges apud Lucretium lib. 2. & *vacca* omisso r. & directè *porcus*.

DCCXLVII.

תִּיצִי Titzi. Tisites. Tosaites. Thizîter. θωσαί.

1. Par. 11. 45.

ID est, *Exiens*, à יָצָא *exivit, egressus est*. Admodum latè patet hoc verbum, & de quacunque egressione capitur. Illa inprimis proverbialis locutio notanda, quâ etiam Christus utitur Ioh. 10. 9. εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται יָבֹא וְיָצָא *ingredietur & egredietur*: est vero *ingredi & egredi* domi ac foris munus suũ obire, bello & pace benè rem gerere. Deut. 28. 6. 19. Ps. 121. 8. Num. 27. 21. Deut. 31. 2. In Hiph. הוֹצִיא est *educere, proferre. Protulit panem & vinum Melchisedech.* Gen. 14. 18. מוֹצָא est *exitus, egressus*. Mich. 5. v. 2. *Exitus eius ab initio*: unde nobis Ost / plaga cæli Orientalis. Facit huc nostrum ziehen / außziehen: & *ex*, aus / auß: ἰέω, *vado*: *cio* & *cieo*: & Gallicum *issir*, i. e. exire.

DCCXLVIII.

DCCXLVIII.

יוֹעֵאלָה Johhelah. Joelah. Jonla. Johelah. ἰωηλά.

1. Par. 12. 7.

IDest, *Auferens maledictionem.* אָלָה est *maledictio*, uti vidimus in nomine Elohim, num. XLII. Radix עָיָה est *removere, repurgare, abradere, everrere*: unde עַיִם scopæ quibus pavimenta verruntur. Vsurpatur plerunque de cineribus, qui ab altari olim removebantur post peracta sacrificia. Accedunt aliquo modo *ivéω, inanio, vacuo.*

1. Par. 10. 41. בִּנְעָא *Binhhah*, filius ejectionis.

DCCXLIX.

מִשְׁמַנָּה Mischmannah. Mismannah. Masmanna. Masmanna. Mismanna. μασμάν.

1. Par. 12. 10.

NOmen Principis è Gaditis & ex eorum numero, quorum *facies ut facies leonis erant, quique similes erant capreis in montibus pernicitate*, ut hîc dicitur vers. 8. Est מִשְׁמַנָּה idem ac si dicas *oleum* seu *pinguedo eius*: ה enim affixum est: שֶׁמֶן & מִשְׁמַן *pinguedo, unguentum, oleum*: שָׁמֵן *pinguis*. R. שָׁמַן est *impinguari, obesari, incrassari.* Ex hoc est *Balsamum*, quod omnibus linguis notum, ex בַּעַל & שֶׁמֶן quasi dicas, *maistre huile*, herrenöhl. *Sumen* quoque Latinorum, i.e. *abdomen suillum*, integrum est ex Hebræo. Faciunt porrò huc schmer/schmieren/schmand/schmänden. Mirum quod *octonarius numerus*, nempe שְׁמֹנָה ab hac radice denominatur. Sed rationem reddit Aben-

Hezra. Profunditas & craſſities in corpore non eſt, niſi in medio octo punctorum. Sed hoc Geometra ediſſerat: nobis Paulus quatuor ſpecies dimenſionum recenſet Eph. 3. 18. τὸ πλάτος, *latitudinem*, τὸ μῆκος, *longitudinem*, τὸ βάθος, *profunditatem*, καὶ τὸ ὕψος, *altitudinem*. Eadem eſt Tzophanis Philoſophia Iob. 11. 8. *Altior eſt*, inquit, *Sapientia altiſſimis cœlis, profundior ſepulchro imo, longior terra, latior mari*. In his ſingulis concipe duas extremitates ſeu puncta, & intelliges, quid Aben-Hezra velit. Mathematici tamen tres duntaxat ſpecies dimenſionum habent: quia profunditatem paullò aliter accipiunt: cuius diſcrepantiæ rationem ex his verbis Origenis cognoſces, quæ extant Homil. 2. in Geneſ. 6. cap. *Profundum*, inquit, *& altitudo idem ſignificant, tantum non, quod altitudo ſpatium de inferioribus ad ſuperiora videtur metiri: profundum verò de ſuperioribus incipere & ad inferiora deſcendere*.

Matth. 26. 36. *Gethſemane* גַּת־שְׁמָנִים torcular olei ſeu pinguedinum.

DCCL.

בִּידוֹן Cidon. Chidon. Chidon.

κειδών.

1. Par. 13. 9.

IDon eſt, *Iaculum*, *haſta*, ab alijs inter ἀμωτήεια, ab alijs inter φυλακτήεια refertur. Hieronymus pellancem exponit. Nomen בִּיד eſt *afflictio*, *malus eventus*. Iob. 21. 20. quod reduci poteſt ad לָכַד i.e. *cepit*, *apprehendit*: de quo egimus in Accad. nu. CCXXXVII. Favet voci בִּידוֹן κάδος & καίνω eiuſdem apud Græcos ſignificantiæ: κῆδος, *cura*, *labor*, *moleſtia*: κήδω, *contriſto*, *ango*: κηδεύω, *deſtruo*.

DCCLI.

DCCLI.

קוּשַׁיָהוּ Kuſchajahu. Cuſajahu. Cuſaia. Kuſaia. κισαί.

1. Par. 15. 17.

IDeſt, *Collectio Domini*, à קָשַׁשׁ *recolligere, inquirere, excutere, accuratè ſcrutari*, & ſecundum Kimchium propriè *ſtipulas colligere* : קַשׁ enim eſt *ſtipula*, nobis kaff/*palea, gluma*. Per translationem *probra ingerere*, Eſa. 29. 21. Eſt enim qui convitiis aliquem onerat, ſimilis ei qui ſtipulas colligit: nam maculæ, quibus nemo non laborat, ſtipulis rectè comparantur. Sed utinam ſecum habitarent ſinguli, & facerent, quod Sophonias c. 2. v. 1. imperat, ubi ait: *Excutite vos, iterumque excutite*: הִתְקַשָּׁשׁוּ וְקַשְּׁשׁוּ: Satis utique ſtipularum domi, ſatis macularum quiſque apud ſe deprehéderet. At domi talpæ, foris ſumus lyncei. Finis dictionis præſentis vocem Iehovæ annexã ſibi habet: quod genus innumeræ in totâ hac Onomatoſcepſia occurrunt. Vid. num. LX.

DCCLII.

דַּרְמֶשֶׂק Darmeſchek. Darmeſec. Darmaſcus. Darmaſcus. Damaſcon. Δάμασκος.

1. Par. 18. 6.

IDeſt, *Generationis procuratio*. De דּוֹר i. e. generatio, egimus in Adoram CCLXXII. מֶשֶׂק eſt *procuratio* vel *procurator*. Sic exponunt locum Geneſ. 15. 2. בֶּן־מֶשֶׂק בֵּיתִי *filius procurationis domus meæ*, q. d. *diſcurſationis*, à שָׂקַק *incedere, diſcurrere, diſcurſare, iugiter ambulare*. Ab hoc eſt noſtrum ſchacken / id eſt, continenter

pergere vel currere velociter sive equo, sive pedibus. Sunt etiam in usu schaukeln / schuckeln / schaukel: & gerulæ infantum eos motitantes voce schak schack / frequenter utuntur. Potest etiam componi nomen præsens ex דָּרוֹם i.e. *meridies*: de quo num. DCCCXCIX. & שׁוּק *desiderare*: ut *desiderium* notet *meridiei*, vel *meridiem desiderabilem*.

DCCLIII.

שׁוֹפָךְ Schophac, Sophach, Sophach.

σωφαχ.

1. *Par.* 19. 16.

IDest, *Effundens*, à שָׁפַךְ *fundere, effundere*: quod de liquidis juxtà atque aridis usurpatur, & de re aliâ quavis metaphoricè, perinde atque Latinè dicimus effundi animam, spiritum, furorem. שֶׁפֶךְ effusio. שִׁפְכָּה *testiculus*, vel *membrum potius ipsum virile*, quasi *fusorium* dicas, sc. *urinæ*. Hinc schöpffen / auß-schöpffen. Et *saccatus humor* apud Lucretium & Arnobium legitur pro urina per corpus quasi sacco percolata: ex quo est nostrum obscænum quidem sed æquè vulgatum ac priscum sechen / seichen / i.e. *urinam reddere*. quod ad שָׁפַךְ & שִׁפְכָּה non malè congruit.

DCCLIV.

כִּכַּר Ciccar.

1. *Paral.* 20. 2.

NOnnullæ versiones hanc vocem ubique retinent. Ea exponitur à plerisque per *talentum*, à Luth. per Centener. Sanè sicut כֹּר *Corus* est mensura maxima & capacissima in aridis: sic eodem nomine, primâ literâ geminata significatur maxima rotundi-

tunditas in quantitate in plano & in pondere. Sumitur etiam pro *pane magno, planitie, massa, frusto panis* & cuiusvis rei. Talentum Kimchi dicit fuisse sexaginta librarum, sacrum autem duplicatum centum viginti. Vnam libram talem æstimat Junius ad cap. 25. Exodi v. 39. coronatis aureis ferè centum: qui solum lychnuchum & instrumenta ei servientia constitisse ait duodecies mille coronatis. Tanta erat summa talenti unius sacri, quod totum in lychnucho & eius instrumentis conficiendis fuisse consumtum ex mandato Dei, ibidem memoratur. Sed quid de corona præsente dicemus? quæ eiusdem ponderis cum esset, imposita tamen fuisse dicitur capiti Davidis, 2. Sam. 12. 30. & iterum hoc loco. Alij supra caput Davidis suspensam fuisse arbitrantur: alij magnetem in eâ fuisse dictitant, attractum à ferro desuper ita ex laquearibus dispositò: ut corona in aëre penderet. Josephus Sardonychen fuisse scribit. Alij lapides pretiosos, ex quibus erat composita, tantæ solùm æstimationis fuisse autumant. Hieronymus hanc coronam in capite idoli Ammonitarum fuisse scribit: ex qua postea fuerit alia confecta, eaque capiti Davidis imposita: id quod hoc quoque loco habetur in Vulgata versione. Sed quid ad illa dicemus, quæ habet Polybius in Excerptis legationum, num. 28. pag. 828? *Data fuit*, inquit, *Consuli Fulvio corona aurea centum quinquaginta pondo*, ἀπὸ ταλάντων πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Et num. 32. p. 836. *Accepta corona quinquaginta talentorum.* Rursus num. 121. pag. 953. *Venerunt Ariarathis Legati coronam aureorum decies mille adferentes, ac voluntatem egregiam Regis erga populum Romanum declarantes*, στέφανον κομίζοντες ἀπὸ μυρίων χρυσῶν. Hæc omnia eodem modo ad

do ad sensum idoneum & veritati consonum transferri debere, dubium nulli esse potest. De diversitate talenti apud diversos populos videatur Angelocrator, in libro de ponderibus & mensuris, cap. 1. pag. 10. Ex כִּכָּר haud dubiè est nostrum Centener/ maxima scilicet mensura in aridis : & propter rotunditatem *Cicer, circus, circulus, circa*, circkel: unde *Circenses* ludi: *Circius* ventus omnia agens in circum suâ impetuositate & violentiâ.

DCCLV.

זִינָא Zina. Zina. Sina. ζζά.

1. *Par.* 23. 10.

ID est, *Fornicatio*, à R. זָנָה *fornicatus est, lasciviit*, quod Græcis est πορνιεῖν, 1. Tim. 5. 11. זְנוּת est *meretrix*, זְנוּת *fornicatio*. Cum fornicatione nihil sit nocentius potest huc referri σίνω, i. e. *noceo*. Os. 4. 11. *Scortatio vinumque & mustum auferunt mentem*. Item schnöde/ schnödigkeit/ quæ est meretricum propria. Cæterum Syris זִינָא à R. זַיִן *arma* notat: quod ferè coincidit cum צִנָּה, i. e. *scutum, clypeus, arma* : quo de numer. CCCCLIV.

DCCLVI.

יִשְׁבָאב Jeschebab. Jesebab. Jsbaab. Jesebeab. ἰεσβάαλ.

1. *Par.* 24. 13.

ID est, *Captivitas patris*. יִשְׁבִּי est *captivitas*: שִׁבְיָה *abductio*, à Rad. שָׁבָה *captivum ducere vel abducere*, quod Latini dicunt *deportare* : estque contrarium verbo יָשַׁב *sedere, manere*. Alludunt zappelen/ schnieben/ & schabab/ qua particula utimur adversus eos quos

quos suâ sede motos, vel à nobis remotos cupimus. De אָב *pater*, vide num. XII.

DCCLVII.

בִּלְגָּה Bilgah. Belga. Bilga. Βελγά.

1. *Par.* 24. 14.

ID est, *Refrigerium, refocillatio*, à Rad. בָּלַג *refocillavit, refrigeravit, confortavit, roboravit*. Congruit huc Pallas Dea consilij simul & roboris: hæc enim duo conjuncta esse oportet, cum *Vis consilij expers mole ruat sua*, ut habet Horatius. Laudamus *Belgas* ceu bellatores eximios, qui, si quisquam alius, sese prudenter ac mascule recolligere, viresque imminutas instaurare hactenus potuerunt. Βαλχρὸς & ἀβαλχρὸς est *robustus, fortis*.

DCCLVIII.

חָזִיר Chezir. Hezir. Hesir. χηζεὶρ.

1. *Par.* 24. 15.

חָזִיר est *porcus*: cuius esu & usu Iudæis omninò interdictum Levit. 11. 7. Deut. 14. 8. Rad. חָזַר est *volutari*: quod porcorum proprium est, ut ait Petrus 2. Epistol. 2. v. 22. *Sus lota revertitur ad volutabrum cœni*. Hinc χοῖρος, *porcus*, γρύζω, *grunnio*: & *scropha*. De ὗς est *sus*, & saw.

1. Chron. 9. 12. al. 10. 12. יַחְזְרָה *Iachzerah*, porcinus.

DCCLIX.

פִּצֵּץ Pitzetz. Happisses. Aphses. Hapizez. Pitzez. ἀφιζὴζ

1. *Par.* 24. 15. *al.* 25. 15.

ID est, *Cõminuens* vel *conterens*, à בָּצַץ *contrivit, dissersit, fregit*.

fregit. Fere convenit cum פּוּץ, de quo num. DLXXV. in Beth-perzetz. פֶּרֶץ est *contritio, dispersio*. Quadrant huc pitzelen/verpitzelen/ i.e. *in minutas portiunculas aliquid concidere, concidendoque corrumpere ac disperdere*. Potest etiam per *aperientem* vel *recludentem* exponi: ut sit à פָּצָה *aperire*: unde *passus, pando, expando*, πετάννυμι & πέτασσω.

DCCLX.

שֹׁהַם Schoham. Soham. Soam. Soham. ἰεσομμά.

1. Par. 24. 27.

ID est, *Onyx*, lapis pretiosus Græcis ab *ungue* dictus (cuius etiam figuram referre videtur) ὄνυξ & ὀνύχιον, Onychel Germanis, *Onicolo* Italis: Gallis *cornaline*, q.d. ungularis. Huius species quædam est *sardonyx*.

DCCLXI.

יֹאשִׁבְקָשָׁה Joschbekascha. Josbecasah. Jesbacassa. Jasbekasa. Josbekasa.

1. Par. 25. 4.

ID est, *Est requirens*. De יֵשׁ est vel *existit* vide num. CCXXVIII. Verbum בָּקַשׁ est *requirere, magno conatu & studio investigare*. בַּקָּשָׁה *inquisitio, postulatio*. Spectat huc κισάω *avidè expecto*: κίσσα est inordinatus appetitus mulierum gravidarum. Per allusionem huc trahi potest φίσκος, *fiscus*, cuius ingluvies est insatiabilis: item *piscari* fischen.

DCCLXII.

DCCLXII.

מַחֲזִיאֹת Machazioth. Mahazioth. Mahesioth Mahasioth. μεαζώθ.

1. Par. 25. 4.

IDest, *Videns signũ*. De חָזָה *videre, adspicere, requirere*, in Hazo, num. CCCXVI. אוֹת est *signum, prodigium, portentum*. Literæ alphabethi אוֹתִיּוֹת: aliàs אוֹתוֹת *signa* dicuntur, græcis σημεῖα à σημαίνω, quod est à סָמָה radice inusitata: at סִימָן i. e. *signum* frequentissimi usus est apud Rabbinos. נֵסֶם Esa. 28. 25. pro *insigni, seu signato* (hordeo) capitur.

DCCLXIII.

טַבְלִיָּהוּ Tebaljahu. Tebalia. Tabelias. Tebaljahu. Tebalia. Ταβλαί. τεβαλίας.

1. Par. 26. 11.

IDest, *Intinctus à Domino*: vel *baptismus Domini, à* טָבַל *mergere, tingere, lauare, baptisare*. Hinc treuffen/betreuffen/trieffen/betrieffen: item tiff/& βυθίζω, *mergo*: βύθος, *gurges*. A טָבַל si ט demas, *lavo* quoque exit: & λούω pro λόβω. Permutabiles enim literæ sunt β, υ, ϐ. Item *balneum*. Longè namque petitum videtur illud apud Augustin. lib. 9. Confes. c. 12. *Visum etiam mihi est, ut irem lavatum: quod audieram inde balneis nomen inditum: quia Graci* βαλανεῖον *dixerunt, quod anxietatem pellat ex animo.* ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὰς ἀνίας. De יָהּ vide num. LX.

DCCLXIV.

DCCLXIV.

שִׁפְמִי Siphmi. Siphmites. Saphonites. Siphimiter. Siphmiter. σεφαμί.

1. Par. 27. 27.

ID est, *Labium*: שֶׂפֶם est *pilus supra labium* seu *totum labritium, barba*. שָׂפָה est *labium*: item *littus, limbus, ora*. Ex inverso nomine שֶׂפֶם fere *mystax* exit. A שָׂפָה est *sibilus*, σίλφω: item *spuo*, speyen / & *suavio, basium*: & sabern / id est, *sputum in barbam* vel *mentum demittere*.

Num. 34. 10. שְׂפָם *Scepham*, labium: est Apamia secundum Hieronymum: sicut Ribla Antiochia. V. Fuller. lib. 2. c. 8. Miscell.

1. Sam. 30. vers. 28. שִׂפְמוֹת *Siphmoth*, barbæ seu labia.

1. Paral. 26. v. 11. שְׂפִים *Sephim*, barba vel labium eorum.

DCCLXV.

שִׁטְרַי Schitrai. Sitri. Setrai. Sitari. Sitrai. σαλεχί. σιλεί.

1. Par. 27. 29.

ID est, *Præpositus, prætor, exactor*. Erant שׁוֹטְרִים officiarij inferioris subsellij. Fullero cap. 19. lib. 3. ὑπηρέται, Iohan. 7. 45. Matth. 5. 25. seu *apparitores*: qui præsto erant magistratibus ad imperia accipienda & exsequenda: quocirca à JCtis Græcis ἐκ βιβασταὶ dicuntur, i. e. executores. His præerant זְקֵנִים Seniores & שׁוֹפְטִים *judices*. מִשְׁטָר est *præfectura*: שֵׁטֶר instrumentum quod jureconsulti vocant שֵׁטֶר חוֹב

cui

ein schuldbrieff. Est ex his absque dubio *Satrapa* Σατράπης, & *satrapia* Polonice *Staroſtie*: σραλώτης ein stratioht / στρατεύειν, straffen / quod est Prætorum. ὑπηρέτης quoque ex שׁטר per metathesin confieri potest. Sed procul omni dubio *Saturnus* hinc dictus. Nam: πρῶτος μὲν ἄναξεν ὀπυιφονίων κρόνος ἀνδρων. *Primus quidem mortalium hominum Saturnus imperavit.*

DCCLXVI.

בַּת Bath. Bathus.

2. Par. 2. 10.

Bathi nomen plerique interpretes retinuerunt. Est genus mensurę, rerum liquidarum continens decimam partem Chomeris: de quo numer. CCCCXXXVIII. A capacitate vel vacuitate dictum arbitrantes ad בּוּר referunt: de quo num XXVI. Nobis pot est *olla*: item genus mensuræ: βάθος est *profunditas.*

DCCLXVII.

פַּרְוַיִם Parvajim. Parvaim. Paruajim. Paruaim. Φαρουείμ.

2. Par. 3. 6.

DE auro quod templo ornando advectum fuit hæc verba hic leguntur: *Aurum autem ipsum erat aurum Parvaijmorum.* Sic Iun. Vulgata sic: *Porro aurum erat probatißimum.* Ar. Montanus: *Et aurum aurum erat ex loco Parvajim.* Geminatur enim nomen זָהָב aurum. Qui locus admodum speciosus est pro eorum sententia, qui existimant, terram illam, ex qua tanta optimi auri copia Salomoni advecta & ad alias gentes asportata fuit, *Parvaim* dictam esse eam ipsam, quam hodie *Peru* vocamus, quæ ad Euro-

Europæi orbis notitiam & mercimoniorum usum Christophori Columbi industria an. 1492. reducta, Veteribus autem, si Ariæ Montano credimus, fuit notissima. Eius verba in libro Phaleg, id est, de gentium sedibus & situ orbis, ita habent: *Dictio* פְּרוִים *ijs, qui vel tantum sciunt Hebraicè legere, duas regiones olim Peru dictas clarè demonstrat: unam quidem, quæ eodem vocabulo hodierno etiam die Peru dicitur: alteram verò quæ nova Hispania à navigantibus est appellata. Eius autem regionis aurum purissimum, atque in maximo pretio apud omnes gentes fuisse constat. Atque interpres quidem Antiquus vel ob ignotam sibi regionem, vel potius in eius quod illa regio exhibebat, auri laudem (cum in Hebræo ita scriptum legatur* וְזָהָב זָהֳבָהּ פַּרְוִים *& aurum illud aurum Peru & Peru, nam Peru in numero duali Parvajim dicitur) convertit: Et aurum erat probatissimum. Quocirca quicquid auri inter alias gentes priscis seculis in usu fuit, id fere totum ex illius terræ cavernis elicitum esse existimamus.* Hæc Ariæ Montani meditata sunt: quibus pauci hodie adstipulantur: & est non nemo, qui dubitat, num seriò hæc scripserit Montanus. Vox פְּרוִים ad R. פָּרָה pertinet: de qua in nomine Ephraim num. LV.

DCCLXVIII.

זְהַם Zeham, Zaham. Zoom. Saham. ζαάμ.

2. Par. II. 19. al. 18.

JD est, *Abominans*, à Rad. זָהַם, quæ in Piel est *abominari, fastidire, nauseare.* Hinc ζημιόω, *damnum infero*, ζημία, *pœna*: camus, κημός, quod probrosum est vinculi genus, quo facinorosi furcæ alligantur.

DCCLXIX.

DCCLXIX.

צִיץ Tzitz. Sis. Ziz. Zitz. ἀσσεῖς. ἀσίς.

2. Par. 20. 16. al. 17.

IDest, *Flos*: item *ala* in volucri plumata, quæ est instar floris è folliculo nati: it. *lamina* in alæ morem extensa. Synonymum eius est צִיצָה. A R. צוץ *florere, efflorescere, pullulare, erumpere.* idem enim valet ac נוץ *florere*: unde נֵץ *flos.* Habet hinc aliquid *zizanium*: quod facile erumpit, & invito Domino benè cultis crescit in agris. צִיצִית exponitur per *cincinnus*: cum quo satis convenit.

DCCLXX.

עָפֶל Hhophel. Ophel.

2. Par. 27. 3.

IDest, *Altus & munitus locus, arx* propriè ea, quæ ad fauces montium seu arctos commeatus extructa est: quales nos schlaussen & Itali *Lausas* nunc vocant. Inde *falæ* dictæ sunt, i.e. turres ad speculandum factæ, inque editioribus præsertim locis excitatæ. Radix in Hiphil est *roborare, angariare, conari, contendere cum ferociâ & animi elatione.* Hinc *polleo*: & ἀφειλέω, id est, *glorior, jacto me.* עִפְּלָה *elationem cordis & superbiam* significat. עָפֹל est *mariscа seu ficus, morbus scilicet ille fœdissimus, quo intumescit anus.* Congruunt huc hübel/& *vallum*, wall/polwerg.

DCCLXXI.

חַסְרָה Chasrah. Hasrah. Hasra. Hasra. ὑστέρη.

2. Par. 34. 22.

NOmen חֶסֶר est *defectus, egestas, penuria*: à חָסַר *deesse, deficere, carere, egere, penuriam pati, inopiâ laborare.* Toar est חָסֵר *indigus.* Hinc ὑστερέω, *deficio, egeo*: στέρησις, *priva-*

privatio: ὑστέρησις, *penuria*. Pene coincidunt מַחְסוֹר & *miser*. Satis propinquat *careo*, χηρόω, χηρεύω: unde χήρα, *vidua*.

DCCLXXII.

פָּרַס Paras. πέρσης Perser.

2. *Par. ult. v.* 20 Ez. 27. 10. & 38. 5.

IDest, *Persa*: unde *Persia* & *Perseus*: à quo Persas nomen habere tradit Eustathius in Hom. Il. α. περσεὺς παρονομάζῃ τοὺς πέρσας, i.e. *à Perseo dicti sunt Persæ*. At פָּרַס propriè *accipitrem*, figuratè virum robustum ac bellatorem significat: ut diximus in voce Vpharsin num. CLV. Rad. פָּרַס est *frangere*. Mala Persica à Perseo dicta sunt: quia in Ægypto primùm ab eo plantata fuere. Græcis φάρσος est frustum: Gallis *froisser* est confringere.

Es. 4. 9. אֲפַרְסָיֵא *Apharsajeh*, dividentes.

Ib. אֲפַרְסַתְכָיֵא *Apharsathcajeh*, dividentes pavones. Hi sunt תֻּכִּיִּים 1. Reg. 10. 22.

DCCLXXIII.

כּוֹרֶשׁ Coresch. Cyrus. Cores. κῆρος.

2. *Par. ult. v.* 22.

PLutarchus quidem in Artaxerxe tradit hac voce Solem notari Persis: sed reprehenditur à Scaligero de emendatione temporum, pag. 281. *Sæpe imponunt nobis Græci*, inquit, *vel prudentes vel imprudentes. Sol Persicè est* כַּרְשַׁד, aliter אַפְתַּב. כּוֹרֶשׁ *Persicè nos scimus esse* τροφὴν, ἐδωδὴν, i.e. *cibum, alimoniam*. Hæc ille. Veruntamen magna est affinitas vocis פָּרַס & כּוֹרֶשׁ: quo respexit haud dubiè Plutarchus huius vocis originem scrutatus. De חָרַס nos egimus num. DXCI. Tradunt quidam Cyrum, qui aliàs Spaco Medorum

rum linguâ, i. e. *canis* dicebatur, honoris causâ ita cognominatum fuisse; id est, quasi Dominum, à כּ quasi, & יְהוֹשׁ *hæres, possessor, Dominus*: cuius R. יָרַשׁ hæreditare vidimus in nomine Ieruschah numer. DCLXXXII. DCCLXXIV.

מִתְרְדָת Mithredath. Mitredath. Mithridat. Mithredat.

μιθεδάτης.

Esr. 1. 8.

ID est, *Solvens vel removens vel transferens legem*: à Rad: נָתַר *removere, transferre è loco suo, solvere, transilire*: Hinc נִתֶּר *nitrum*, νίτρον, inde dictum, quòd admotum igni cum impetu circumsiliat. Alij tamen per alumen vel saponem exponunt. Faciunt huc Græca θόρνυμι, *insilio*: & Τύρβη ac θόρυβος, *tumultus*: & nostrum thurnieren. Vltima syllaba nominis propositi דָת *statutum* notat: uti vidimus in nomine Dothan, num. CCCXCIX. Potest etiam exponi per eum, *qui explorat legem seu statutum*: à תּוּר, de quo in nomine Caphthorim, numer. CCXLVIII. Cæterum vox Mithridates decantatissima est in Historijs, ob illum arte & Marte gloriosum Ponti Regem, & duodecim linguarum gnarum. In hunc originatio data optimè convenit. Summorum enim Regum est leges ferre & auferre: dare leges & à nemine recipere: quæ sola potestas reliqua omnia Majestatis, quæ vocant, jura complectitur. Scaliger tamen lib. 6. de emendatione temporum: *Mithir*, inquit, *aut Mithri aut Mether etiam præponitur*: ut מִתְרִי דָתָא μιθεδάτης, quod & מִתְר דָתָא μιθεδάτης, ut extat in nummis ipsius Regis Mithri

Mithri à Mither comparativo gradu, hoc est, μείζων. & sumitur pro *Dynasta aut Domino*. Propterea antiquitus *Solem* etiam *Mithra* vocabant, hoc est κύριον δωμάτων. Hæc ille. Hoc sensu referri eam vocem posse puto ad R. יתר i.e. *excellere*: unde יתר summa dignitas & excellentia. Vide Jethro & Jithran, numer. CCCLXXIV.

DCCLXXV.

גִּזְבַּר Gizbar. Gazabar. γαζοφυλάκιος, γαζοβαρέος.

Esr. 1. 8.

IDest, *Thesaurarius, Quæstor, Præfectus fisco vel ærario.* Vox est Chaldaica: quæ etiam in Esra cap. 7. 21. reperitur plurali numero גזבריא i.e. *quæstores*. Ex hac in alias linguas manavit vox Gaza: de qua Curtius lib. 3. *Ante Solis*, inquit, *ortum Gazam, quam Persæ Fiscum vocant, cum pretiosissimis rerum efferre jubet*. Pomponius Mela Gazam Persas ærarium vocare ait lib. 1. Hebræi גנז nominant locum thesauri: in quo aurum, argentum & res pretiosæ reconduntur: id est, *Gazophylacium*. Joh. 7. 20. ille quoque Templi locus nominatur *Gazophylacium*, in quo Christus docuit: nempe quia ibi arca erat collocata, in quam donaria conferebantur. Est ex his orta haud dubiè vox nostra schatz / & genieß / à גנז, & à Gaza geitz. Mementó ne Gazam urbem, quæ Hebræis est עזה Hhaza numer. CXV. cum Gaza confundas: id enim Pomponio Melæ contigit.

DCCLXXVI.

DCCLXXVI.

שְׁשְׁבַצַּר Scheschbatzar. Sesbaſar. Saſſabaſar. Sesbazar. σαββασάρ. σεσβασσάρ.

Eſr. 1. 8.

ID eſt, *Gaudium in tribulatione*. R. שוש cum puncto in ſiniſtro cornu ſignificat *gaudere, gaudio affici, delectatione capi, exultare*. שָׂשׂוֹן *gaudium*. Hinc *ſoſpes*: & σῶς, *ſalvus*: & apud Gallos *aiſe*. Media litera eſt nota præfixi בְּ i.e. *in*. צַר denique *anguſtiam ſeu tribulationem* notat. Vide num. LVII. in Mitzrajim.

DCCLXXVII.

בִּלְשָׁן Bilſchan. Bilſan. Belſan. Bilſan. βαλασσαή.

Eſr. 2. *v.* 2.

ID eſt, *In lingua*: quæ Hebræis eſt לָשׁוֹן non pars tantum illa corporis, ſed & ſermo quilibet, & ſermonis expoſitio, quam *gloſſam & gloſſema* Græci dicunt, Hebræos hac in parte imitati à γλῶσσα, i.e. *lingua*. R. in Hiphil & Pual ſignificat *deferre, accuſare, detrahere*. Affinitatem non modicam inter ſe habenti לָשׁוֹן lingua γλῶσσα, gloſſe/leſen/ &c. item λέσχη, *ſermocinatio, locus confabulationis*, λεσχωεία, *loquacitas, calumnia*: λάσκειν, *dicere*.

DCCLXXVIII.

בִּגְוַי Bigvai. Begai. Bigevai. βαγβαή.

Eſr. 2. 2.

ID eſt, *In corpore*, ſive, *in gente*. גְּוִיָּה & גֵּו (ſicut & גּוּף ac גַּף) *corpus* ſignificant: quod nomen latinum, eſt à גּוּפָה i. e. *corpus*, inſerto *r*, ut fit in dictionibus alijs

quamplurimis. R. גָּוָה *eminere*: גָּוָה *elatio, superbia*. Vnde *gibbus*: & γαῦρος, *superbus*: γαυλιάω & γαυρόομαι, *superbio, glorior, jacto*. Fere synonymum est גָּאָה *extolli, tumescere*: de quo vide num. CCCCLIII. in Gëuël. גּוֹי est *gens, natio*, quo nomine Hebræorum DD. appellant omnes, qui non sunt Judæi: sicut Græci olim omnes extraneos *barbaros* dicebant. Hinc χοῦς & χοϊκὸς, quo Paulus utitur 1. Cor. 15. 48. i. e. *pulvis & pulvereus*. it. γαῖα, *terra*: γίγνομαι, *nascor*: *genus*, γένος. Cæterum אֲגַף, i. e. *ala*, item *exercitus* (à qua nomen גּוֹף aliqui arcessunt,) pulchrè convenit cum *agmen*: & pluralia אֲגַפִּים atque *agmina* inter se probè conspirant: ad quæ accedit nostrum flügel.

DCCLXXIX.

פַּרְעֹשׁ Parhhosch. Paros. Pharos. Pares Pharos. φορός, φάρες.

Esr. 2. 3.

JD est, *Pulex*: & metaphoricè *homo imbellis*, Sic enim David se vocat 1. Sam. 24. 15. cum Sauli sævitiam atque injustitiam, quà innocentem persequebatur, repræsentaret. Reduci solet ad Rad. פָּרַשׁ quatenus significat pupugit: de quo infra in nomine Pharisæus, num. DCCCLXI. A פָּרַשׁ *purex* forte dici cæpit, quod postea in *pulex* degeneravit. Sic φύμα, φύλλα apud Græcos.

DCCXXC.

אֹרַח Arach. Arah. Area. Arah.

ἄρες.

Esr. 2. 5.

JD est, *Viator aut via*: quæ Hebræis est אֹרַח propriè *semita*: item *consuetudo, mos*. Rad. אָרַח est *ambulare*,

lare, deambulare, iter facere. Appositè igitur huc accitur ἔρχομαι, *venio*, τρέχω, *curro*, τροχός, *cursus*, τροχὸς, *rota.*

DCCXXCI.

פַּחַת מוֹאָב Pachath-moab. Pahath-moab. Phaath-moab. Pahath-Moab. φαὰθ μωάβ.

Esr.2.6.

ID est, *Dux Moab.* פַּחַת est *dux*, vox Persis, Assyriis, Chaldæis, Syris frequentata. In regimine פַּחַת accentu in ultima. Plurale est פַּחוֹת & פַּחֲוֹת *duces.* 1.Reg.20.24. Radix פָּחָה non est in usu. Refer huc παχὺς, *crassus & dives:* item μέγας, *magnus*, mechtig: *p* enim & *m* sunt literæ eiusdem instrumenti, atque idcirco permutabiles. פַּחַת accentu in penult. est *fovea, fossa*, Chaldaicè פַּחְתָּא, quod ad Rad. פָּתַח reduci solet: ut notet apertionē. Vide Ephphatha, num. CLXIX. Est inde per πρόθεσιν lit. σ *specus*, & σκάπτω, i.e. *fovea*, σκάπτω, *fodio.*

DCCXXCII.

זַכַּי Zaccai. Saccai. Zacai. ζαχάν. ζακκαί.

Esr.2.9.

ID est, *Purus, mundus*: regulariter זָךְ Lev.24.2. olei epithetum, & Exod.30.34. thuris, à זָכַךְ *mundare.* Esa.1.16. הִזַּכּוּ *mundate vos.* Hinc züchtig/zucht / ἅγιος, i.e. sanctus. Hoc nomen idem est cum ζακχαῖος cuius est mentio Luc.19.2. זַכּוּכִית Iob.28.17. *succinum* esse vult Fullerus cap.9 lib.4. Miscell. Quidam ὕαλον vertunt: eius enim epitheton est καθαρὸν Apoc.21.18.

DCCXXCIII.

בִּבַי Bebai. Bebai. Βαβαΐ.

Esr. 2.11.

ID est, *Pupilla*. בָּבָה vel בָּבָת est *nigrum oculi*, in quo apparet imago: ut docent Rabbini. Reperitur etiam cum unico Beth Psal. 17.8. Thren. 2.18. Et sic *filiam* simul & *pupillam* notat: id quod Græci imitati sunt: quibus κόρη est *humor oculi* interior, quo videmus, ubi imago quasi in speculo semper relucet: & *puella* decenti forma conspicua. Plutarchus impudentem quendam non κόρας sed πόρνας in oculis habere dicebat. Latini Hebræos æmulantur in *pupula* & *pupilla*: duplex enim p retinent, quamvis l adjiciant ceu diminutionis notam. Inde sunt & *pupus* parvus puer, & *pupa*, puppen: item παῖς, παιδίον, παιδίσκη: & pubes Hebræis אֵב; à quo אֲבִיב *puber*, *pupillus*. Pupillam Hebræi vocant אִישׁוֹן quasi icunculam vel imagunculam dicas.

DCCXXCIV.

אָטֵר Ater. Ater. ἀτήρ.

Esr. 2.16.

ID est, *Clausus*, ab אָטַר *obturare*, *obstruere*, *claudere*: unde Toar אֵטֵר Jud. 3.15. de Ehud, quem ex eo loco aliqui ambidextrum fuisse conjiciunt, alij scævum sinistra tantum manu expeditè utentem: quales homines scævolas olim Romanis cognominatos fuisse notum est. Abhinc descendunt *turo*, *obturo*, θυρόω, id est, *claudo*; & thûr/ θύρα, thor.

DCCXXCV.

DCCXXCV.

חָשָׁם Chaſchum, Haſum. Haſum. ἀσούμ.

Eſr.2.19.

ID eſt, *Silentium* vel *ceſſatio*, à חָשָׁה *tacere, ſilere*: item *quieſcere, ceſſare*: in qua ſignificatione opponitur verbo חוּשׁ *feſtinare*, num.CXLV. Inde eſt ἡσυχάζω, *quieſco*, ἡσυχος, *quietus*: & ſchweigen / σιγᾶν, *ſilere*, σιγὴ, *ſilentium*.

DCCXXCVI.

מַגְבִּישׁ Magbiſch. Magbis. Megbis. Magbis. μαγεβείς.

Eſr.2.30.

NOmen גָּבִישׁ eſt genus lapidis pretioſi: quibuſdã *cryſtallus* κρύσταλλος, (quaſi κρυόσταλλος, quippe διὰ τὸ κρύους συνελθόμενον ὕδωρ, quod ſit aqua à frigore ſic compacta) aliis *corallium*. Hieronymus Iob. 28.18. hanc vocem quam LXX. retinuerunt, & per γαβεῖς exprimunt, per *eminentia* exponit, ſenſum potius quam verba ſecutus. Eſt autem mirabilis Hebræorum & hebraizantium omnium incertitudo & varietas in his pretioſis lapidibus deſcribendis & diſcernendis: quare ſuam fateri in his ignorantiam aliquammultos interpretes non pudet. In Ezech. 13. 11. אֶלְגָּבִישׁ de lapidibus grandinis exponitur. Certè *cryſtallus* & *cryſtallum* tam de glacie quàm de gemmâ ſpeciem glaciei referente Græcis in uſu ſunt. Rad. גָּבַשׁ Chaldæis eſt *congregare, comportare*. Prov.6.8.

DCCXXCVII.

חַשׁוּפָה Chaſchupha. Haſupha. Haſupha. σθαά. ἀσθφά.

Eſr.2.43.

ID eſt, *Nudata* vel *exhauſta*, à חָשַׁף *revelare, diſcooperire, nudare*: item *haurire, exhaurire.* מַחְשׂוֹף *nudatio* eſt. Prope abeſt ab hac R. ſchöpffen/ & σφύω exhaurio: unde σίφων, *ſipho*, i.e. tubus per quem aqua defluit. חַשִׂיף eſt *parvus grex*: unde ſchaff/ſchepß.

DCCXXCVIII.

טַבָּעוֹת Tabbahhoth. Tabaoth. Tabbaoth. Tabaoth. Tabbahoth. ἀββαώθ. ταββαώθ.

Eſr.2.43.

ID eſt, *Annuli*: טַבַּעַת *annulus* inde dictus, quòd ei digitus infigatur, & quod arctiſſimè eum ambiat & complectatur. à verbo טָבַע *mergere, immergere, infigere, defigere, indere, imprimere.* Hinc βάπτω, *tingo, intingo*: unde βαπτισμὸς, & ἔμβαμμα, βάμμα, *bamma*: item θάπτω, *ſepelio*, τάφος, *ſepulchrum*: βαθὺς, *profundus*, βυθίζω, *demergo*, βάθος, *profunditas.* Galli *bague* annulum vocant.

Eſther 2.v.6. טֵבֵת *Tebeth*, inundatio. Eſt nomen menſis decimi, in ſolſtitium hybernum incidentis, qui noſtro Decembri ex parte reſpondet, dicti ab aquarum inundatione.

DCC-

DCCXXCIX.

קֶרֶס Keros. Ceros. Keros. χειρόω.

Esr.2.24.

ID est, *Vncinus*, aliàs קֶרֶס vel קַרְסֹל *annulus, fibula, circulus, uncinus*, & quodcunque ad aliquid apprehendendum suspendendumque adhibetur. Verbum קָרַס est *incurvari, repandum esse, inclinare se.* Hinc nostrum karst/i.e. *rastrum*: & κάρσιος, *obliquus, intortus, curuus*: καρσίως, *obliquè*. Gallis *crochet* idem exprimit quod קֶרֶס. Nos quoque krauß/krauß machen/i.e. *crispare* dicimus, & *crispus* satis assonat.

DCCXC.

סִיעֲהָא Sihhahah. Siaha. Siaa. Siehha. Sihaha. σιαά.

Esr.2.43.al.44.

ID est, *Motus, profectio, propulsio* à סָעַר *suscitare, proficisci*, Psalm.55.9. vel נָסַע *proficisci, moueri, promoueri.* מַסָּע est *profectio, translatio*, sicut & סְעָרָה. Manarunt ex his σείω, *concutio*, σεισμὸς, *concussio*: & sichten/*cribrare*: νίσομαι, νείσομαι, *eo, incedo, venio.* Et Latin. *cieo, cito, excito.*

DCCXCI.

נְקוֹדָא Nekodah. Necoda. Nekoda. νεκωδά.

Esr.2.48.

ID est, *Punctatus, variegatus, variis maculis respersus*: aliàs נָקֹד Gen.30.32 נְקֻדָּה *punctum.* Et quia pecudes notari seu signari solent, ut interno scãtur, ideo pastor ipse נוֹקֵד dicitur 2.Reg.3.4. Amos.1.1. Simili de

caussa

causſa נִקֵּד dicitur *panis mucidus*: quia mucor in pane producit maculas virides & albas. Alludit noſtrum necken/ i.e. *pungendo aliquem exagitare*, vel *cretâ, minio aut carbonibus ludibrij cauſſa deformare*. νύττω eſt *pungo*. De pane nihil frequentius, quam nacke brots/ i.e. *fruſtum panis*. Græcis κεντηλὸν ſignificat *punctis diſtinctum*, à κεντεῖν: unde ποικιλόκεντρος, variè pictus. Facit huc etiam *cento*, genus carminis è varijs velut fragmentis contextum.

DCCXCII.

מחידא Mechidah. Mehida. Mahida. Mehida. μειδά.

Eſr. 2. 52.

IDeſt, *Ænigma*. regulariter חִידָה *problema, ænigma*. à Rad. חוּר *ænigmaticè loqui, problema* ſeu *ænigma proponere*. Hinc θέω, θέσις, ὑπόθημα: *thema*: it. *tego*; tectæ enim nec niſi ſapientibus & doctis obviæ ſunt tales ſententiæ: unde & nobis verdeckte reden/ verdeckte wort in uſu ſunt.

DCCXCIII.

ברקום Barkos. Barcos. Bercos. Barkom Βαρκός.

Eſr. 2. 53.

IDeſt, *Filius exciſionis*. De בַּר filius, vide Bartimæus CLXX. קָסַם eſt *excidere, ſuccidere*: quod tantum reperitur Ezech. 17. 9. Hinc *ſeco*, ſegen/ χάζω, kurtzen. קוֹסָם Chaldæis eſt *hedera*, quæ Græcis κισσός.

DCCXCIV.

נציח Netziach. Neſiah. Naſia. Neziah.

Eſr. 2. 54.

IDeſt, *Victor*. נֵצַח eſt *fortitudo, potentia, robur, victoria, excel-*

excellentia, gloria, ſtatus pulcherrimus & feliciſſimus. Rad. נָצַח eſt *vincere, ſuperare, roborare, urgere, prævalere, perdurare.* Ex hac eſt illa ſolennis vox, quæ pleriſque Pſalmis Davidicis præfixa habetur: quam variè exponunt Interpretes. לַמְנַצֵּחַ Luth. vorzuſingen. Iun. *Magiſtro ſymphoniæ.* q. d. Præcentori vel Cantorum præfecto, ſive ἐργοδιώκτῃ: nam tales מְנַצְּחִים dicuntur 2. Par. 2. 2. & 18. it. cap. 34. 13. Alij, ad vincendum vel ſolicitandum, quaſi eſſet לְנַצֵּחַ. Alij *victoriale & triumphale carmen vel invitatorium* intelligunt. LXX. εἰς τὸ τέλος. & Vulgata *in finem.* Sunt etiam qui concentum quendam harmonicum fuiſſe arbitrantur. Sed aſſentimur Iunio & Rabbi Davidi, cuius in libro Radicum hæc ſunt verba: Præfectus cantici & pulſationis inſtrumentorum Muſicorum vocatur מְנַצֵּחַ, ac ſi dicas, *fortis in opere ſuo & princeps & dux ſuper illud.* Idem in Commentariis: מְנַצֵּחַ erat præpoſitus Cantorum: ad cuius imperium dicebantur pſalmi, & tradebantur pulſatoribus & cantoribus. Sæpe quoq; occurrit עַד נֵצַח i.e. *in finem uſque, in ſeculum, in victoriam,* εἰς τέλος, εἰς νεῖκος. Ipſum νικᾶν, *vincere,* & νίκη hinc fluxiſſe videntur: & noſtra ſieg/ ſiegen.

DCCXCV.

חֲטִיפָה Chatiphah. Hatipha. Hatipha. ἁτιφά.

Eſr. 2. 54.

RApina: à חָטַף *rapere, vi aliquid feſtinanterque auferre.* Vſurpatur de raptu virginum Iud. 21. 21. Inde eſt noſtrum tapffen/ ertapffen/ zutappen/ & reſecta radicali prima dieb: & κλέπτω, *furor.* Scribitur hæc Rad. etiam per ת & gignit nomen חֲתִיפָה *rapina, præda.* Accepere ſuum hinc nomen Chateph-patach, Chateph-ſegol, Chateph-kametz, &c. DCC-

DCCXCVI.

סוֹטַי Sotai. Sotai. σωταΐ.

Esr. 2. 55.

ID est, *Prævaritatio vel declinatio*, à שָׂטָה vel שׂוּט, quæ verba per ס quoque scribuntur: id est, *declinavit, divertit, deflexit*. שָׂטִי est *prævaricator*, in pl. שָׂטִים. Sic שׂוֹטֵה & שׂוֹטִים, quos Drusius per μωρους exponit in Præteritis ad cap. 5. Matth. Est ergo planè Gallicum *Sot*, id est, *stultus*. Vide Abel-schittim, numer. LXXXVI.

DCCXCVII.

תֶּל מֶלַח Tel-melach. Tel-melah. Thel-mela. ThelMelah. θελμελάχ.

Esr. 2. 59.

ID est, *Cumulus salis*. De תֵּל *cumulus*, vide in Talmai, num. CCCCLVI. Nomen מֶלַח est *sal*, à מָלַח *salire*, in Niph. *perdere, corrumpere, desolare, deficere, evanescere*. Prout usus salis communis est omnibus, ita vox quoque eadem ubique nota & frequentata: ἅλς, *sal*, *salz*. Manet מ in ἄλμη, *salsugo*, ἁλμυύω, *muria condio*. *Salum* quoque hinc est, & *Salacia*, Dea maris.

Jos. 15. 62. עִיר הַמֶּלַח *Hhir-hammelach*, civitas Salis: nobis Halle, ab ἅλς.

DCCXCVIII.

אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא Artachschaschta. Artaxerxes. Arthahsasthe. Arthasastha. ἀρθασασθά.

Esr. 4. 7.

ID est, *Strenuus & fervidus bellator*. Rad. רָתַח est *fervere, bul-*

re, bullire, coquendo ebullire, efferveſcere, ſonare. רְתַח eſt *ebullitio, fervor.* Quadrat huc *ardeo,* & rauchen/i.e. fumare. Altera Rad. eſt שָׁחַת *corrumpere, perdere, delere:* unde noſtrum ſchacht/ ſchachten/ ſchachtmachen. Verbum etiam שָׁחַח *humiliare, proſternere, incurvare.* Oportet igitur in nomine propoſito aliquam admittere literarum tranſpoſitionem: quam nec illi effugiunt, qui illud reddunt per *luminis ſive maledictionis ſilentium:* ab אוֹר & חָשָׁה & שׁוּת. vel ab אָרָה & חוּשׁ, ut Artaxerxes ſit is, *qui lumen, maledictionem, ſilentium vel feſtinationem ponit.* Sed prior originatio, quæ Fungeri eſt, magis convenire videtur.

DCCXCIX.

בְּעֵל-טְעֵם Behhel-tehhem. Beel-téem. Βαλταάμ. Βελτεέμ.

Eſr. 4. 8.

ID eſt, *Præſes conſilij.* Vulgata verſio, quod ſæpe facit, has voces in nomen proprium vertit, citra rationem & neceſſitatem. De *Bel* & *Bahhal* vide nu. C. Nomen טַעַם proprie eſt *ſapor:* metaphoricè *conſilium, demonſtratio, oſtenſio, probatio, diſpoſitio,* à Rad. טָעַם *guſtare deguſtare, ſapere:* item *probare, experiri.* Alludit ad propriam vim huius vocis noſtrum gaumen/ quo cibos probamus. *Degumare* Antiquorum eſt, pro *deguſtare.* Ad conſilii & conſtitutionis ſignificationem facit Θέμις, *Themis* Dea juſtitiæ: & *Tomaris* nomen Reginæ potentiſſimæ.

DCCC.

אפרסתכיא Apharsathcaje. Apharsatchæi. Apharsathachæi. Apharsach. Apharsa. ἀφαρσαθαχαῖοι.

Esr. 4. 9.

IDest, *Dividentes pavones*, à פָּרַס *fregit, divisit*: de quo in nomine Persa, num. DCCLXXII. תְּכִיִּים sunt *pavones*; quæ vox referri solet ad R. תָּכָה, i.e. *adhærere, conjungere, in medio ambulare*: de qua in Tochen, num. DCCXXIV. *Etymon pavonis*, inquit Mercerus, *est ignotum fortasse, à* נָכָה *percutiendo*: de quo in Cittim CCXXXI. Hoc si rationi est consentaneum, pavones etiam Latinis à *paviendo* dictos esse conjicimus: id vero est à πατέειν, i.e. *percutere*: unde *pavor*, i. e. percussio seu metus mentem de loco movens, vt ait Cic. in 4. Tusc. Et Ennius: *Pavor mihi omne insapientiam expectorat.* Et pavimentum, quod subiectum pedibus *pavitur*, i.e. teritur. Sic *tripudium* quasi *terripavium*. Veterum de pavone proverbium circumfertur, eius esse tria propria, *Vocem dæmonis, caput serpentis, & passum latronis.* Ab incessu itaque nomen sortitum esse pavonem verisimile est.

DCCCI.

טרפלאי Tarpelaje. Tarpelæi. Terphalæi. Tarplat. Tarpela. Ταρφαλαῖοι.

Esr. 4. 9.

IDest, *Raptores fatigati seu remissi.* טַרְפִּים *raptores*, à טָרַף *rapere, dilacerare, discerpere*; & feris proprie tribuitur.

buitur. טֶרֶף est *præda, rapina.* Hinc δρύπτω, *lanio*, δρυφὴ, *laniatio.* Et nostra rauffen/rauben/berauben: it. treffen/antreffen/ quod prædonum est proprium & ferarum rapacium, nullo discrimine in obvia quævis grassantium. טָרָף est etiam *cibus, esca*, unde τροφὴ, & futter/per metathesin. Vide LXX. Ps. III. 5. & Prov. 31. 15. Cognatum est רָדַף *persequi.* De לָהַט *fatigari*, vide CCCLIII. in Lea.

DCCCII.

אַחְמְתָא Achmetha. Ecbatana. Ahmetha. ἀμαθά.

Esr. 6. 2.

ECbatanis erat æstiva statio Regum Mediæ, sicut Seleuciæ ad Tigrim hyberna. חֲמַר Chaldaicè *incalescere*: unde חֲמַר *lagena, uter, hydria, hemina*, eimer/quam suam vocem Hebræi ad חָמַם referunt, quasi sit fictile vas ignis calore coctum. De hac R. vide Cham, num. CCXVI. Potest etiam componi ex Hebræo אַח *frater*, de quo num. CCCCV: & מָתַר pl. מָתִים *mortales*: ut perinde sit ac si dicas, *frater mortalium.* Vide Methuschael, num. CCIII. Scaliger Chaldaicam vocem esse, & *arcem munitam* designare ait.

DCCCIII.

אִדּוֹ Iddo. Eddo. Ἰδδώ. ἀδδαί.

Esr. 8. 17.

ID est, *Vapor* eius, vel *titio*, vel *afflictio*: variè enim exponi potest. אֵד est *vapor, nubes.* Gen. 2. 6. Inde ἀθμὶς, ἰδὼ. אִיד est *afflictio, eventus malus*: item *nubes* vel *vapor noxius plantis* unde ἄτη, *ate*, i. e. infortunium: & ὄλεθρος, *pernicies, mors, fletus, luctus*: ἄτω, *lædo.* אוֹר est *cisterna*, sicut בּוֹר born/brun/item *causa, occasio*: unde αἴτιον, αἰτία. Denique אוּר est *titio* sive *torris*: unde αἴθω, *ardeo*:

Æthna, & δαίω, δνιάω, δνιόω, *uro*, *comburo*: δᾷς, δαὶς, *fax*, *torris*, *tæda*.

Est. 1. vers. 11. אַדְמָתָא *Admatha*, nubes vel vapor mortis.

Luc. 3. 28. *Addi*, torris.

DCCCIV.

כַּסְפְיָה Casiphja. Chasiphiah. Chassphia. Casphia. καφιέ.

Esr. 8. 17.

ID est, *Argentum*, regulariter כֶּסֶף, quod pro pecuniâ sumitur per synecdohen materiæ pro formâ: unde κηφὸν, *argentum*. כַּסְפִּים sunt *nummi argentei*: quod contra regulam fit communem: quippe quæ metallis aliàs pluralia negavit. Ratio nominis omnium appositissima est: descendit enim à Rad. כָּסַף *desiderare*, *concupiscere*, *amare*: argentum enim generis humani ferè amor est & desiderium: cui maxima mortalium pars immoritur. Respondet huic significationi κίσσα, i. e. *appetitus inordinatus & immodicus prægnantium*. Κισσὸς quoque est *hedera*: quæ arctissimè muros & arbores, quibus adjuncta est, amplectitur. Sed directè, si mediam demas, *cupio* & *concupisco*, à כָּסַף deformantur.

2. Maccab. 12. 13. *Caspis*, argentum.

DCCCV.

שְׂרֵבְיָה Scherebja. Serebiah. Sarabia. Serebia. Serebja. σερεβία.

Esr. 8. 18.

ID est, *Æstus Domini*. שָׂרַב est *calor*, *æstus*, *ariditas*, *adustio Solis*. R. שָׂרַב *ussit*, *incendit*. Hinc ἀρεσκάω, *fulgeo*, ἀρεσκὼν,

ἀστραπὴ, *fulgor*. Sed enim omnia huc quadrant, de quibus in שָׂרַף memoratum est numer. DCCXXIII. Testa calore solis vel ignis indurata nobis dicitur scherbe: quæ aliàs Hebræis est חֶרֶס Iob. 2.8. eandem ob causam. De Jah vide num. LX.

DCCCVI.

קְלִיטָא Kelitah. Celitha. Calita. Klita κολίτας.

Esr. 10. 23.

ID est, *Refugium*, quod aliàs Hebræis est מִקְלָט *asylum* nempe seu locus refugij: unde Civitates receptus seu asyla Hebræis hoc nomine nuncupantur. Radicem קָלַט exponunt DD. per *recipere*, *continere*, *colligere*, conferuntque cum קָלַט *colligere*. קָלוּט est *contractus*, *syderatus*, cuius nervi in pedibus aut plantis læsi sunt, ut extendi non possint. קָלַט *collectio*. Faciunt huc κλείω, *claudo*, Kettelen/ κλεὶς, *clavis*, κλεῖθρον, *clausirum*: item schachtel: κολὸς & χωλὸς, *claudus*: χωλότης, *claudicatio*: & ipsum *claudus*.

DCCCVII.

מַעֲדַי Mahhadi. Maadai. Maadi. Maedai Mahadai μααδαίας.

Esr. 10. 34.

ID est, *Mobilis*, *labilis*, *mutabilis*, ex R. מָעַד *nutavit*, *ruinam minatus est*, *declinavit*. Contrarium est verbo עָמַד *stetit*: cuius literas sed transpositas retinet. Fluunt hinc *motus*, *motare*, *motitare*, μόθος & μοχθος, *languor ex labore*: unde nobis est müde: & si radicalem primam demas *cado*. A עָמַד est stamm/ *stemma*, στέμμα, ob soliditatem.

Neh. 12. 5. מַעַדְיָה *Mahhadjah*, titubans Dominus.

DCCCVIII.

גשם Geschem. Gesem. Gosam. Gosem Gesem. γησάμ.

Nehem.2.19.

ID est, *Pluvia fortis*, quæ in bullas multas despumat, dũ cum impetu decidit: unde nobis est geschen, i.e. *spumare*. מטר contrà est *pluvia, quæ maturat*, seu ad maturitatem perducit: unde *maturo*. A גשם & גשם i.e. *pluvia*, est quoque nostrum giessen/χέω, *fundo*, χεῦσις, *fusio*.

DCCCIX.

מאה Meah. Mea Meah.

Neh.3.1.

ID est, *Centum*. Est hîc turris nomen: quæ fuit Hierosolymis. Numerale est utriusque generis. In regimine est מאת, in pl. מאות Aliquod huius vocis vestigium remansit in centum, & ἑκατόν, & hundert: ex quibus *cento* à centum forte pannosis assumentis & lacinijs sic dictus.

Luc.3.36. מאת *Maath*, i.e. centurio.

DCCCX.

מלטיה Melatja. Melatiah. Meltias. Melathia. Melathja. μαλτίας.

Nehem.3.7.

ID est, *Liberatio Domini*. מלט *liberare, servare, evadere*, planè convenit cum פלט: de quo in Palti CCCCXLIX. Nomen מלט est *lutum ex calce confectum & arena, vel cæmentum*. Est hinc μολεῖν, *vadere, currere*: μαλάσσω, *mollio*, μαλθακὸς, *mollis*: à מלט *maltha*, μάλθη, quam Plinius

Plinius lib. 36. 24. ait fieri è *calce recenti. Gleba*, inquit, *vino restinguitur, mox tunditur cum adipe suillo & ficu duplici linimento: quæ res omnium tenacissima & duritiem lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante.*

Act. 28. 7. *Maltha*, lutosa, cænosa, argillacea.

DCCCXI.

הַלּוֹחֵשׁ Hallocheſch. Hallohes. Alohes. Halohes σαλωὼς. ἁλωὼς. Nehem. 3. 12.

IDest, *Incantator, murmurator, sibilator.* לָחַשׁ est *mussare, submissâ voce loqui, mussitare, quod celatum velis occultè ac secretò admurmurare.* Sunt quædam πεποιημένα, quæ justa literarum proportione ac qualitate res ipsas veluti pingunt: quorum in numero est schischeln / Σφλοιῶ, σίζειν, *sibilus*: horum censu continetur etiam לָחַשׁ, ut ex sonitu liquet. Nomen לַחַשׁ pro *incantatione* sumitur: quæ sibilis & occulta mussitatione perficitur. Qua in re describenda frequentes sunt Prophetæ. לְחָשִׁים autem sunt ornamenta aurium: in has enim fit mussitatio. Pertinet huc etiam leiſe / loquelæ enim propriè convenit: leiſe reden: & μώζειν, quod est *submissa voce loqui.*

DCCCXII.

צֶלַף Tzalaph. Salaph, Seleph. Zalaph. σελέφ. Neh. 3. 30.

IDest, *Vmbra concussionis.* De צֵל umbra, vid. Zillaccvi. Verbum לָפַת est *apprehendere cum concussione, inclinare se*, Jud. 16. v. 29. ubi Simson ambas columnas amplexus legitur. Potest ergo hinc deduci λαμβάνω, *accipio.*

DCCCXIII.

עַמְשַׂי Hhamaſchſai. Amaſſai. Amaſeſai. Amaſai. μεσσαή, ἀμασσαή.

Neh. II. 13.

IDeſt, *Populi depræda tio*. De עַם populus, vid. Benammi XVII. שָׁסַס vel שָׁסָה eſt *diripere, deprædari*. מִשְׁסֶה *depræda tio, direptio*: quibus conſonant ſchmeiſſen/σχίζειν, i.e. *findere, diffindere*: ſchiſma σχίσμα. Gallis *aſſaſiner* non tam eſt deprædari, quam ex inſidiis adoriri & incautum opprimere.

DCCCXIV.

גִּשְׁפָּא Giſchpah. Giſpa. Gaſpha. Giſpa. γησφά.

Neh. II. 21.

IDeſt, *Attrectatio oris*. פֶּה *os* habuimus in nomine Mephiboſchet num. CXVII. Verbum גָּשַׁשׁ eſt *manum admovere tentandi ſeu experiundi causâ, palpare, attrectare, comprimere in glebam*. גֹּשׁ eſt *particula, fruſtum, quaſi maſſa palpabilis, vel gleba*. Adſonant ἐγγύς, *prope*, ἐγγίζω, *appropinquo*. Radix huic affinis eſt נָגַשׁ *acceſſit*: quam ſi ſequi velis, licebit exprimere hoc nomen per *appropinquationem oris*. Vide numer. COLIII. in Girgaſchi.

DCCCXV.

וַשְׁתִּי Vaſchti. Vaſthi. Vaſthi. ἀστίν.

Eſter. I. II. *al.* 12.

IDeſt, *Bibens*. Verbum uſitatiſſimum eſt שָׁתָה *bibere*. מִשְׁתֶּה *ſympoſium, convivium*; שְׁתִי *potatio*: quod cum noſtro

noſtro beſcheid/pores conferre: quando dicimus einem beſcheid thun. Sed & Hebræum שָׁתַן *mingere* in eaſdem propoſitæ Radicis literas ferè conſpirat: eſt enim tanquam effectus ſympoſij. Quo reſpectu per *mingentem* poſſet exponi Vaſchti. Faciunt etiam huc *ſitis, ſitio*: & *ſtinguo, reſtinguo*, ſcilicet ſitim: & διψάω. Cæterum Hebræi ו literam cum copulæ vice fungatur nolunt à fronte radicalem, imò nec Heemanticam eſſe, diſtinctionis videlicet cauſa. Id vero patiuntur Arabes & Perſæ. Docent id nomina Vaſti, Hyſtaſpes, Hydaſpes, Vdiaſta, &c. Huius reginæ nomini prænomen PAR adjice, fiet Par-vaſti Græcis Paryſatis dicta, mater Artaxerxis Mnemonis. Hæc Iac. Capellus ad An. 3641. Nos ſupra collegimus nomina à γαυ incipientia, quæ in Bibliis occurrunt, num. CCCCLII.

Eſter. 9. v. 9. פַּרְמַשְׁתָּא *Parmaſchta*, ruptura convivij. DCCCXVI.

סִיוָן Sivan. Siban. Sivan.

Eſter. 8. 9.

MEnſis Sivan tertius ex Moſaicâ conſtitutione erat, reſpondens noſtro Majo, & ex parte Iunio. Dictus autem eſt à velando: מַסְוֶה eſt *velamen faciei*, Exod. 34. 33. κάλυμμα 2. Cor. 3. 13. à סָוַה R. inuſitata. Ratio appellationis eſt, quod jam invaleſcente Solis ardore velaminibus & umbraculis mulieres, uraniſcis Dynaſtæ, omnes umbra & tectis æſtum eius declinent. Alludunt κεύθω, *velo, occulto*: & noſtrum haube/ſchaube/ſchaubhut/ i. e. *pileus ex geniſta aut ſtramine textus, quo utimur mares & fœminæ tempore æſtatis: quando ſub dio & in ſole ambulamus.* Hinc forte eſt סְוֵנֵה *Syene*, urbs Ægypti Ez. 29. 10. ſita ſub Cancro: cuius principium ingreſſus Sol nullam ibi umbram ſpargit in meridie.

DCCCXVII.

פַּרְמַשְׁתָּא Parmaſchta. Parmaſtha. Phermeſtha. Parmaſtha.

Eſt. 9. 9.

IDeſt, *Ruptura fundamenti*, vel, *rupturam ponens*. Rad. פָּרַם eſt *ſcindere, diſſuere, diſrumpere* propriè veſtes. Ferè convenit cum פָּרַס *frangere, ſcindere*: de quo in nomine Perſa, num. DCCLXXII. Item cum פָּרַץ *dividere, rumpere*: de quo in Peretz, num. XLIX. Poteſt huc acciri βρέμω, βρέμομαι, *fremo*: frementium enim & indignantium eſt veſtes rumpere. De hac rumpendi veſtes conſuetudine vid. Fabrum in ſemeſtribus lib. 2. cap. 10. Caſaub. Exercit. 16. num. 68. Titi Popmæ notas ad Curtij librum 10. De שֵׁת fundamentum, à שׁוּת ponere, vide num. IV. in nomine Schetus, ſive Seth. Nomen שִׁית etiam *ornatum, habitum, ſtatumque*, alicuius notat: unde Parmaſchtha per *rupturam habitus vel ornatus* reddi queat. Per *rupturam* etiam *convivij exponi poteſt*, שָׁתָה enim eſt *bibere*, & מִשְׁתֶּה *convivium*. Vide Vaſchti, num. DCCCXV.

DCCCXVIII.

אַרְיסַי Ariſai. Ariſſai. ἀρσαῖος.

Eſt. 9. 8.

IDeſt, *Sponſus*. ab אָרַשׂ *deſponſare*. Oſ. 2. 19. אֶאֱרָשְׂתִיךְ *deſponſabo te*. Deut. 22. 28. Puella אֲרוּשָׂה *deſponſa*. Eſt hinc *arrha, arrhabo*, ἀρραβών. Fortaſſe etiam *arreſtum, arreſt*. Græci ἄρσεν, i. e. Junonem præſidem matrimoniorum fecerunt. Ovid.

Iunonemque thoris quæ præſidet alma maritis.

Hæc dicta eſt ab אָרַס: nam ἄρρες & ἄρσες, *uxores, conjuges* Græcis audiunt. Sic συνάορος, *conjux*.

Ο ἀείζῳ

Θ'αείζειν est *confabulari*: ὁαελσμὸς, *confabulatio*, propriè ea quæ est mariti cum uxore.

DCCCXIX.

נְגִינוֹת Neginoth. Neginath.

Psalm. 4.1.

JD est, *Instrumenta vel organa Musica.* Singulare est נְגִינָה, quod per *modulationem, hymnum, canticum, psalmum*, vel ipsam etiam *fidium symphoniam, pulsationem instrumenti*, per *citharam, fides, pulsatrices denique fœminas* (quæ Hebræorum quorundam est sententia) exponitur. Nota est distinctio πνευμαλικῶν & ψηλαφητῶν *organorum*, quorum hæc tactu, illa flatu reguntur: hæc נְגִינוֹת, illa נְחִילוֹת dicuntur. Vide num. seq. Rad. נָגַן est *manu aut digitis movere & pulsare ad symphoniam seu concentum edendum, ludere instrumento Musico.* 1. Sam. 16. 16. Faciunt huc χάρ, *lætitia*: χάνυμαι, *gaudeo*: *Cano* & singen/ sang/ gesang.

DCCCXX.

נְחִילוֹת Nechiloth.

Ps. 5.1.

PEr *hæreditates* exponit hoc verbi Antiquus interpres: ut Tribus populi Israëlitici intelligantur, pro quibus fiat intercessio. Sic erit à נָחַל *hæreditare*: de qua Rad. nos egimus num. cccci.x. in Nachaleel. Alij dicunt hoc nomine certum instrumenti Musici genus, vel modulationem designari, esseque numeri singularis: & comparant cũ נָחִיל, quod *sibilum apum* significat: eò quod sonus huius instrumenti fuerit similis sibilo apum. Junius per *pneumatica instrumenta* exponit, inque Notis suis hæc verba adijcit: Hebræis Nechiloth dicuntur ea instrumentorum Musicorum genera, quæ tubulata sunt atque

excavata: cuiusmodi fuerunt Sacerdotum tubæ & Levitarum buccinæ: quod genus instrumentorum quia sonum edit immisso vento, pneumaticum appellatur, Hebræis vero נְחִילָה, i.e. perforatum, per contractionem pro נְחִלָה mutata vocali brevi in longam. Hæc ille. De חָלַל i.e. *perforare* & חָלִיל *tibia* egimus in Chavilah, num. CXCII.

DCCCXXI.

סֶלָה Selah. Selah.

Psal. 3. 5.

TAm multiplex est & varia huius vocis expositio, ut quid ea propriè significet, certo, ut opinor, vix quisquam pronuntiare queat: nam & vetustissimi interpretes variant. Chaldæus pro *Selah* ponit לְעָלְמִין *in secula*. LXX, Theodotion, Symmachus modò διάψαλμα, modò εἰς τέλος, modò εἰς τὸν αἰῶνα habent. Quinta & sexta Editio διαπαντὸς, Elias Hutterus immerdar/ Aquila ἀεὶ, i.e. *semper*. Gregorius Nyssenus interstitij sive pausæ notam arbitratur esse cap. 10. tract. 2. in Psal. Idem διάψαλμα definit esse cessationem & quietem derepente inter psallendum factam ad receptionem divinitus missæ illustrationis, vel doctrinam à Spiritu S. animæ in occulto inspiratam, melodia per attentionem ad hanc instructionem interrupta. Hieronymus ad Marcellam: *Alij*, inquit, *diapsalma rythmi commutationem fuisse dicunt, & canendi vicissitudinem: alij commutationem metri: alij pausationem spiritus: alij alterius sensus exordium: alij rythmi distinctionem: alij cuiusdam musicæ varietatis silentium.* Hæc ille, qui ibidem Origenis verba citat, eiusque peritiam se sequi malle quam habere scientiam nescientium profitetur. Cæterum

rum occurrit hæc vox in toto Psalterio septuagies semel, & ter in Chabbakuk. Reducitur autem ad Rad. סָלַל *elevare, exaltare*: ut Selah sit, si vocem spectes, *elevatio*. A Pagnino ponitur sub vocula סֶלָה *canistrum*. Vide num. CCCCLXXI. in Salu. Hodierni Rabbini suos libros claudere solent voce Selah, vel Amen, vel Pax. Sed ijdem arguuntur passim à Nostris DD. ceu linguæ sanctæ non usque adeo periti.

DCCCXXII.

מֹר־וַאֲהָלוֹת קְצִיעוֹת Myrrha & Aloe, Casia. Myrrhen/Aloes vnd Kezia.

Psal. 45.9.

IDest, *Myrrha & Aloe Cassiæ*. Hæc non quod propria sint nomina, sed quod linguis ferè sint communia, & ita cum rebus suis connexa, eisque adeò arctè quasi infixa, ut à nemine ignorentur, haud intacta prætermittere libuit: præsertim cum hæc vocabula etiam Proverb. 7.17. juxta se posita reperiantur: nisi quod pro ultima substituatur קִנָּמוֹן *cinnamomum*, quod ipsum etiam omnibus nationibus notissimum est: uti vidimus supra num. CCCCXXVIII.

מֹר est *myrrha*, μύῤῥα, σμύρνα, myrrhen/ab amaritudine: quare ad Radicem מָרַר pertinet: de qua in *Mara* diximus, nu. LXIV. Rem verò ipsam quod attinet, multi multa scripserunt: quæ hodierna pudefacit experiẽtia. Clusius vir experiẽtiâ celebris l. 1. Ar. c. 7. *Qualis*, inquit, *sit arbor quæ Myrrham profert, aut quæ ratione*

ratione resina eliciatur, nunquam scire potui. Refert autem, quæ à quodam Armeno & Æthiope audivit.

אֲהָלוֹת est *Aloe*, ἀλόη: quod genere masculeo effertur Prov.7.17. אֲהָלִים. est ex Rad. אָהַל tendere, extendere, expandere: forsan quod odorem sui latè spargat, & per aërem quasi procul extendat. De Aloe vide eundem Clusium libr.1.aromat.capit.2. קְצִיעָה Casia nomen est secundę Filiæ Jobi: de quo num.CXLI.

DCCCXXIII.

אֵזוֹב Hyssopus. Υσσωπος. Ysop.

Ps.51.9.

NOtat hæc vox fruticem illum notissimum in hortis apud nos nascentem: eademque nemini non est obvia, quippe à Doctoribus omnium Gentium Hebræis accepta, & ad nos usque ceu per manus transmissa, jugi omnium loquentium consensu, & nunquam interrupta frequentatione ubique & semper ab omnibus retenta, ὕσσωπος, *hyssopus*, *hyssop*. Radix אָזַב non est in usu. Potest igitur referri ad R. זוּב *fluxit*: de qua in Zebub CLXVI.

1.Par.12.37. אֶזְבַּי *Ezbai*, i.e. Hyssopus mea.

DCCCXXIV.

מִכְתָּם Michtam.

Ps.60.1.

INscriptionibus Psalmorum sæpiusculè adjectum hoc nomen, ut illud non debeamus prætermittere. Exponitur à Luthero per Güldenkleinod: ab alijs per *Aureolum*, *Clinodium*, à Iunio per *Oden insignem*. Quidam instrumenti Musici nomen esse suspicantur: alij κειμήλιον ex auro pretiosissimo & solidissimo factum notare ajunt, quale gestaverit David, & Equites,

quites, qui vocantur, Aurati hodieque. כֶּתֶם est *aurum nobilissimum & purissimum*, quale est Indicum vel Arabicum: ideo nonnunquam cum Ophir regione auri optimi feraciſſima conjungitur. Psalmis ergo inditum est nomen מִכְתָּם ob excellentiam, eò quod omni auro sint pretiosiores. Rad. כָּתַם in Niph. נִכְתָּם est *signari, imprimi*, Ier. 2. 22. Faciunt huc *catena*, Ketten/ kleinod/ κόσμος, *gloria*. Cæterum vel ex eo intelligi potest, quanta in Palæstinâ auri copia fuerit, quod tot vocibus aurum in Sancta lingua insignitũ habeatur, puta כֶּתֶם, אוֹפִיר, פָּז, סָגוֹר, זָהָב &c. quibus distinctionis ergo usos fuisse illos nemini ambiguum est.

DCCCXXV.

אָלֶף Aleph.

Ps. 119. v. 1.

SErviant nunc instituto nostro hæ quoque Hebræorum literæ, quippe Græcis etiam cognitæ: qui ab illis habent, quicquid habent literarum & divinæ humanæque Philosophiæ. Prima igitur litera Aleph *doctorem, ducem, magistrum* notat, qui Hebræis est אַלּוּף. Quidam legens noctu Genes. 36. caput clarâ voce, in quo sæpe repetitur hæc vox dum Genealogia Esavi describitur, fures nocturnos jam domui sui insidiantes abegit: putabant enim hac auditâ voce, se jam proditos esse, & conclamari familiam, q. d. alle vff/ ut, furibus protinus occurreret: ita se suosque à dispendio recularum suarum inscius redemit. Tantum nempe proficit proficietque semper Hebraicarum literarum frequens lectio, & devota meditatio. Rad. אָלַף in Kal est discere, in Piel docere: unde Græcum ἀλφεῖν, *invenire, excogi-*

excogitare, discere, & ἀλφάινειν quod est eiusdem significationis: ἄλφη est *studium, inventio*: ἄλφαισις, *disciplina vitæ*. Ab eadem voce nomen quoque suum habet *Elephas* seu *Elephantus*: Orientalibus enim multis retrò seculis prius noti fuerunt Elephanti, quam Occidentalibus: q.d. *princeps animal*: sicut בְּהֵמוֹת Hebræis eadem de causa dicitur: vt ex Iobi cap. 40. supra ostendimus, num. CXXXIX. Sed & in docilitatem huius belluæ originatio est peraccommoda ab אָלַף *docere*: אָלַף *discere*. Plin. Natur. Histor. lib. 8. cap. 1. *Maximum terrestrium animalium est Elephas, proximumque humanis sensibus: quippe intellectus illis sermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas.* Et cap. 3. *Certum est, unum tardioris ingenij in accipiendis ijs quæ tradebantur sæpius castigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum.* Mutianus ter Cos. autor est aliquem & literarum ductus Græcarum didicisse solitumque perscribere eius linguæ verbis: *Ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicavi.* Vide plura apud Fullerum lib. 4. cap. 10. & Lipsium Ep. 50. Cent. 1. Maximum est huius animalis elogium quod extat Iobi 40. vers. 14, ubi *primarium opus viarum Dei fortis* appellatur. אֶלֶף est mille: unde per inversionem πολύς, i.e. multus: & Pallas virgo doctrix disciplinarum. Vide supra CXXXIX.

Matth. 10. 3. *Alphæus*, Αλφαῖος. i. e. *dux*: ab אַלּוּף, vel אֶלֶף, id est, *mille*. Hinc est etiem *Alphonsus*, nomen nobile.

DCCCXXVI.

דלת Daleth.

ᵀPſ.119.25.

CVm de Beth numer. XXVI. & Gimel numer. CCCCXLII. egerimus: ſuccedit nunc *Daleth* vel דֶּלֶת *januam* notans: ſuis enim lineis oſtium quodammodo deſcribit. דְּלָתַיִם ſunt *januæ bifores*, quæ duas habent valvas. Rad. דָּלָה eſt *elevare, extrahere, haurire*: janua enim cardinibus attollitur, circumagitur & retinetur. Vide Delilah DCX. Græci hanc ab Hebræis acceptam literam ſuam fecerunt & Delta nuncupant. Apud eoſdem Δέλτος eſt *liber, tabula*. Nobis dicſen/aſſeres ſunt, ex quibus januæ fiunt. Ambroſius in Pſalm. 118. *Quarta litera ſecundum Hebræos Daleth, ſignificat Latinè timorem, vel, ut alibi invenimus, nativitatem.* Sed hæc longè petita ſunt. Chaldaicè דָּלַת eſt *timere*. Hebraicè דָּלַל eſt *parere*.

DCCCXXVII.

הא Heh.

ID eſt; *Ecce*: quæ litera nomen ſumſit à demonſtrantis geſtu: quem omnes mortales hac fere vocula exprimunt. Hebræi aliàs dicunt הֵן & הִנֵּה *ecce*: quæ voculæ cum particulis aliis variè combinantur: ut hic Grammaticorum vitula arandum ſit: ad quam re remittimus. Reduci ſolet ad Rad. הוֹן *ſubſtantia, opes, divitiæ*, ad has enim admirabundi & venerabundi plerique exclamamus: *Ecce hic ille vir eſt*, &c. Divitibus ipſis Eſt pulchrum digito monſtrari & dicier, Hic eſt. Satis convenit *En, Ecce, ἰνι*, i.e. *ecce*. De הוֹן vide Hin, num. CCCCXXIX.

DCCC-

DCCCXXVIII.

ו Vav.

Pſ.119.41.

ID eſt, *Vncinus*: cuius ſimilitudinem figura huius literæ præ ſe fert. Veniunt hoc etiam nomine *capitella*, quæ ſupernè applicantur columnis ornatus cauſſa: id eſt clavi ſeu paxilli affixi capitibus columnarum, & inde exeuntes: unde pendebant cortinæ ſeu velamina. Plurale eſt וִים *uncini*.

DCCCXXIX.

ז Zajin.

Pſ.119.49.

ID eſt, *Arma*: ſynecdochicè ſic vocatur: quod clavæ ſive teli figuram exprimat. זֵינָה, i.e. *arma*, 1.Reg.22.38. à Rad. inuſ. זין. Obſervavit Nic. Fullerus lib.6.cap.5, Græcorum antiquiſſimos armaturam omnem generatim, ſive omne genus armorum, dixiſſe ζώνλω, & ζώσασθαι eſſe *induere arma*. Teſtis Pauſan. in Bœot. Hinc Minervæ cognomen ζωσηία: unde inferri poteſt, vocem ζώνλω, ſi ad Radicem זין reducitur, planè naturalibus ſuis reſtitutam videri. Appoſitè igitur LXX. locum Deut.23.13. tranſtulerunt: πάσσαλος ἔσται σοι ὅπλ τῆ ζώνη σε, i.e. *Et paxillus erit tibi ſupra vel præter arma tua*, ſive præter bellicum apparatum & inſtrumentum tum. Habetur ibi vox אָזְנַיִם in pl. אָזְנַיִם, quod reſpondet Syriaco זֵינָא, quo omnis generis arma ſive *defenſiva* ſive *offenſiva* notantur: unde Syr. verbum זַיֵּן *armare*. Cæterum à R. זון i. e. *alere* (ſic enim à Chaldæis & Hebræis Doctoribus exponitur) eſt זָן, quod omne genus frugum ſeu ciborum notat. Pſ.144.13. מָזוֹן אֶל־זָן *de ſpecie in ſpe-*

in speciem, i.e. species omnis generis, sc. promentes illi opulenti & tranquilli, de quibus sermo est. זָנִים species vocantur: & זוּנָה *caupona, hospita*, (unde ξένος, *hospes*) sic appellata, quod escas præparet & vendat: מָזוֹן enim est esca: unde & ζῆν, ζᾶν, i.e. *vivere*, esse potest. Hæ significationes quadrant ad Latina *cæno, cœna*, & θοίνη, i.e. *epulum*.

Ier. 40. 8. יְזַנְיָה *Iezanjah*, i.e. nutrimentum vel arma Domini. DCCCXXX.

טֵית Teth.

Ps. 119. *v.* 65.

QVia de חֵית num. 11. diximus in nomine Eva, ad Teth literam progredimur: quam per *cœnum* seu *lutum* exponunt; hoc Hebræis est טִיט, cuius ductus stercus humanum quodammodo figurat. Comparari solet cum Rad. מוּט vel מָטָה *inclinare, declinare, mutare, labi, cadere*: quæ eandem habent significationem cum נוּט: indeque putatur dictum טִיט, quod lutum pedes *nutare* faciat in lubrico ambulantes. Inde τύνταλος, *lutū, locus cænosus*. A נוּט, i.e. *nutare*, est ipsum *nuto*. Sic נָטָה. Faciant igitur huc *meto*: & μόθος, *motus*, mûde/ mat/ &c. De Iod litera vide num. CXXI. de Caph num. CLXXVII.

DCCCXXXI.

לָמֶד Lamed.

Ps. 119. 89.

ID est, *Stimulus*, cuius summitati aculeus affixus est, aliàs מַלְמָד, sic dictus, quòd boves doceat arare. notat eadem vox *verum*: cui similis est figura huius literæ. R. est לָמַד *discere & docere*. תַּלְמוּד est *doctrina*: quo nomine peculiariter nunc insignitur ingens

illud opus, in quo omnis generis argumenta tractantur, ſicut in Pandectis Jureconſultorum. Toar eſt לָמַד doctus: תַּלְמִיד *diſcipulus*. Non ſunt ab his aliena μανθάνω, i.e. *diſco*, μῦθος, *verbum*: item dolmetſchen, i.e. *interpretari*.

Ezech. 27. 23. כִּלְמָד Cilmad, quaſi docens: vel omnes docens.

DCCCXXXII.

מם Mem.

Pſalm. 119. 97.

A Sono plerique dictum arbitrantur: ſed is tamen non impedit, quin ad originariam aliquam vocem referatur. Nobis ea eſto מוּם *macula*: unde Momus, μῶμος, quam vocem à מוּם Caſaubonus quóque arceſſivit, ut vidimus ſupra in Kemuel, nu. CLXVI. edoctus à LXX. qui Lev. 21. 21. מוּם per μῶμος expoſuerunt. Nos hinc habemus mummelſn, i.e. clam reprehendere vel inſectari. מְאוּמָה eſt *aliquid*, *quicquam*, *quantulumcunque*: tale nimirum eſt id, quod obſervat & carpit *momus*.

Memmius 2. Maccab. 10. 34. à מוּם macula.

De *Nun*, i.e. *infans*, propago, require *Ninive*, num. CCXL.

De *Samech*, i.e. *fulcrum*, num. CCCCXXX. in Achiſamach.

De *Hajin*, i.e. *fons* vel *oculus*: num. CCXLIII. in Hanamim.

De *Pe* פֶּא, id eſt, *os*, in Mephiboſcheth, num. CXVII.

De *Tzade*, צָדֶה venabulum, num. CCXLIX. in Tzidon.

DCCC-

DCCCXXXIII.

קוֹף Koph.

*Psal.*119.145.

ID est, *Simia*, quam Hebræis *à circumeundo* dictam esse opinantur. Rad. enim קָף est *circuire*: id quod mobilitati huius bestiæ satis est conveniens. Hebræi quatuor insignia anni tempora, quæ contingunt sub ingressum solis in Arietem, Cancrum, Libram & Capricornum, appellant תְּקוּפוֹת *revolutiones*. A קוֹף fit nostrum *affe*, & κῆβος, *cebus*.

De רֹאשׁ *litera*, i.e. *caput*, numer. CCCCVI. in Rosch.

De שֵׁן i.e. *dens*, num. CCXXXVIII. in Schinhhar.

De תָּו i.e. *signum*, num. CLII. in nomine Thau.

DCCCXXXIV.

אָגוּר Agur. Agur.

*Prov.*30.1.

ID est, *Congregans*. Epitomen iste scripsit sententiarum, quæ in hoc capite habentur, ac proinde à collectione nomen sortitus est. Vulgata hîc suas interpretationes substituit. R. אָגַר est *colligere, congregare*: unde *agger*, & *aggero, gero*. Hebræis אִגֶּרֶת est *epistola*: quod in eam multa verba congregentur seu colligantur. אֲגוֹרָה i.e. *nummus*, cum ἀγορᾷ forum pulchrè potest conciliari: nec dubium, *argentum* & ἀργύριον hinc ortum trahere. Accedit, quod גֵּרָה *minimum nummum* designat, quem *scrupum* quidam dicere amant. Ab אָגַר denique est ἀγείρω & agyrta: cui volupe est homines ad se allicere voce utplurimum Stentorea, & eos lepidis artificiis, fabellis ac spectaculis demorari. Eius rei exempla dedimus supra num. CCCLIX. Cognata sunt עָרַר & גּוּר.

DCCCXXXV.

אֻכַל Uchal. Vchal.

Prov. 30. 1.

IDest, *Potens*, regulariter יְכוֹל, à Rad. יָכַל vel יָכֹל *posse, prævalere, vincere, superiorem esse*: ex quo est Græcum ἀλκὴ, *robur*: unde propria Alcimus, Alcides: & nostrum gelten / i.e. *valere*. הֵיכָל est *palatium*, *basilica*, *aula*, *pars Templi exterior*: quæ à validâ communitione sic dicta videtur. Potest Vchal etiam decerpi ex R. אָכַל *comedit*, *manducauit*; unde אֹכֶל & אֲכִילָה *cibus*. אָכַל est Benoni in Pual: sed quia hîc Dages forti caret, inde apparet esse nomen proprium. Faciunt huc χλοὸς, *pabulum*, χιλόω, *pasco*. Ab אֹכֶל est eckel / i.e. *nausea*. Ἄκολος, *panis*, *vel frustum cibi*: ἄκλον, *cibus*: κῶλη, *oleris vel edulij genus*, & nostrum kohl: κωλὴ, *culina*: χλοὸς, *pabulum*, χλέυω, *pasco*. Item *gula*, *guloſus*. ἄκωλος, eichel / *glans*: hic enim primus fuit mortalium cibus. מַאֲכֶלֶת demto מ dat *culter*: quamvis hæc vox Latina etiam ad קָטַל referri possit: quod est *occidere*.

DCCCXXXVI.

לְמוּאֵל Lemuel. Lamuel. Lamuel.

Prov. 31. 1.

FOrmatum est hoc nomen, inquit Franc. Iunius, à blanda matre Bathschebahh per aphæresin primæ literæ de nomine Schelomonis & adjectionem nominis *El*: quod est Deus fortis, significatque *Lemuel* eum, *qui Dei fortis est*. De אֵל vide numer. XLII. לָמוֹ est *illis*, quasi dicas: *Illis est Deus fortis*: vel, *Illi aut cum illo est Deus fortis*: ut ad לוֹ, i.e. *illi*, מ accedat.

DCCC-

DCCCXXXVII.

אֹחִים Ochim. Ohim. ὠχείμ.

Esa.13.21.

VAria est huius nominis interpretatio: quia alibi non legitur. Plerique per *monstrosa animalia* reddunt Iudæis olim nota. Fr. Iunius per *noxia animalia* exponit; & addit: *Facientia ah, i.e. dolorem & malum hominibus afferentia: est enim participium ductum ex interjectione dolentis.* Sic ille. Ariæ Montano & alijs sunt *furunculi, mustellæ, viverræ.* Hieronymo *dracones.* Sunt qui putant esse generale nomen avium ferarium, quæ & אִיִּים dicantur à tristi acclamatione: ita nomen אֹחִים erit vicinum verbo אָנַח *gemere, suspirare:* unde אֲנָחָה gemitus, suspirium: ex quo est nostrum angst/ & *angor, ango, anxietas, ἄχω*, i.e. *dolor*, unde & *Achaia* dicta est 2. Cor. 9. 2. *ἄχνυμι, anxius sum, angina, ἄγχω, angario, ἀγγαρεύω.* Matth. 5. 41. Hebræis נָגַשׂ est exigere vel extorquere debitum affligendo aliquem. Cum στενάζω, i.e. *ingemisco*, & στεναγμὸς, nostrum stechen planè coincidit. Οὐάω, *lamentor*: οὐοσὸς, *lamentabilis.*

DCCCXXXVIII.

אֶגְלִים Eglajim. Gallim. Eglaim. Eglaim. ἀγαλείμ. ἀγλαίμ.

Esa.15.8. aliter c.16.8.

IDest, *Gutta*, ab אָגַל *stilla, gutta.* Reduci solet ad גָּלַל i.e. *volvere, propter rotunditatem:* de qua in Galged, num. xxxix. Adsonant *gelidus, gelu, glacies, glat, eyß.* Junius per *confluentem* exposuit.

DCCCXXXIX.

נְחַלָמִי Nechelami. Nehelamites. Nehalam. ἀλαμίτης.

Ier.29.24. al.26.

IDest, *Somniator* seu *peritus interpres somniorum*, à R. חָלַם *somniare*: item *pingueſcere*. חֲלוֹם *somnium*. Hinc illa Grammaticorum vocalis *Cholem*, dicta à ſonitu, quem profundùm ſtertentes edunt. Facit huc ſchlummern/ſchlaffen: & ἰλύω, *dormio*.

Zach.6.14. חֶלֶם *chelem*, ſomnians.

DCCCXL.

גָּעְתָּם Gohhatham. Goath. Goatha. Goath.

Iere.31.39.

IDest, *Obitus eius*. R. גָּוַע eſt *repentina morte mori*, *in agone eſſe*. Vſurpatur de ijs, qui laborando deficientes ſpiritum ægrè trahunt & efflant. Nos dicimus giebſen/Græci ἐκπνέειν, i.e. *expirare*. Non longè abeunt οἴχεμαι, καὶ οἰχόμαι, i.e. *pereo*, *morior*. Poteſt etiam nomen præſens exponi per *mugitum* eorum, à Rad. גָּעָה, de quâ ſupra egimus, nu. CCCLXVII. in *Gahhtham*.

DCCCXLI.

רַב-מַג Rab-mag. Rebmag. ῥαβμάθ. ῥαβμάγ.

Ierem.39.3.

IDest, *Multitudinē diſſolvens*. De רָבַב à רַב vide Rabbi CLXXV. מוּג eſt *liqueſcere*, *diffluere*, *diſſolvere*. Hinc μαχλάω luxuria diffluo: μαχλοσύνη *laſcivia*: & noſtrum weich/i.e. mollis, effæminatus. Ὀμιχέω eſt *mingo*: quod mollium eſt: ut indicat antiquum epitaphium

phium Romæ repertum extra portam Capenam: Heus *hic situs est Offellus Bubalus bibalus: qui dum vixit aut bibit, aut minxit.* Nec aliud insinuat Epitaphium Sardanapali: Ἔπιον, Ἔφαγον, ἀφροδισίασα. Item illud: ἔφαγε, πῖνε, παῖζε.

DCCCXLII.

נֹא No. No.

Ier. 46. 25.

IDest, *Confractio, annihilatio.* R. נוא tantum in Hiphil usurpata reperitur, nimirum הֵנִיא, & exponitur per *confringere, irrita facere verba & cogitata, avertere aliquem ab instituto, annihilare.* Hinc תְּנוּאָה *contritio, ruptura, distractio, avulsio.* Congruunt huc Non, nein/Nihil, nicht/nichtigkeit. Cæterum *No* putatur esse Alexandria *nutrix totius Ægypti*, ut hîc dicitur, propter opum amplitudinem, & celebritatem emporij. Sunt tamen qui *Memphim, Syenem, Thebas* 100. portis claras ea voce notari putant. Verùm in Alexandriam congruit omni ex parte descriptio, quæ Nahumi 3. 8. extat: ubi *nutritia*, dicitur, *sita inter rivos, aquis circundata: cuius præmunitio est mare, & à mari murus.* Est denique particula נָא obsecrantis, quæ etiam scribitur אָנָּא.

DCCCXLIII.

פָּקֹד Pekod.

Ier. 50. 21.

IDest, *Visitans*, à פָּקַד *visitare, recordari, respicere*: item *numerare, præficere, constituere.* Tradunt verbum hoc esse significantissimum, & includere unà cum visitatione accurationẽ assiduã, prudentẽ muneris susceptí administrationẽ & conjunctam cũ præceptione dispositionẽ. Non abs re igitur ad פְּקֻדָּה referim⁹ nostrum

noſtrum Vogdey & Factorey/Factor/qui eſt negotiorum geſtor, Hebræis פָּקִיד, i.e. *commiſſarius, præfectus, præpoſitus.* Σκέπτομαι quoque & ἐπισκοπῶ huc quadrant: & βακτηρία, *baculus*, quo ſocordium fit *viſitatio.*

DCC CXLIV.

כְּבָר Cebar. Chebar. Chobar. Chebar. χοβάρ.

Ezech. 1. 1.

IDeſt, *Vehemens, validus, rapidus*: eſt nomen fluvij in Babyloniâ, ad quem conſedit Propheta cum ſuis popularibus. Quis ille propriè fuerit, ubi ſitus & unde dictus ſit, latè ediſſerit, & curioſè inquirit Nicol. Fullerus lib. 4. toto cap. 2. Abundare regionem illam totam fluminibus liquet ex Pſalmo 137. 1. Inter ea præcipuum fuiſſe Cebarem nominis notatio declarat: כְּבִיר enim *fortem, magnum, multiplicem, copioſum* potentiâ & robore ſignificat. Rabbini referunt אֲבִיר ad *robur corporis vel operis*, אַדִּיר *ad quantitatem*, הָדָר *ad qualitatem & habitum*, כְּבִיר quod & כַּאֲבִיר ſcribitur, *ad multitudinem & copiam.* Examuſſim igitur huc congruit *Creber*, & *crebrò*, quod Hebræis eſt כְּבָר, & *cribrum* à multitudine foraminum, quod ijſdem eſt כְּבָרָה, unde quoque fluxit noſtrum *ſorb*/à crebritate viminum ſeu virgultorum, vel quod ex multiplicibus funiculis ſit contextum, & *corbis, crates*, &c. מִכְבָּר eſt *craſſus, villoſus, denſus* ſcilicet *pannus* ex multiplicibus pilis contextus. Porro perſpicuè demonſtravit dicto loco perſpicaciſſimus Fullerus, non eſſe Cebarem illum Chaboram fluvium ex Maſio monte erumpentem & citeriorem Meſopotamiæ partem pervadentem, inque

Euphra-

Euphratem sese exonerantem, quem Ptolemæus nobis descripsit, sed alium, à Mesopotamia totâ ferme, quâ patet, latitudine distantem, & ferè in medio Babyloniæ situm. A כָּבַר est etiam βαρὺς, i.e. *gravis*, & βάρος, *onus*.

DCCCXLV.

תַּמּוּז Tammuz. Thammuz. Thamus. θαμμούς.

Ezech. 8.14.

TAmmuz nomen idoli est: de quo à varijs varia scribuntur. Hieronymus cum Vulgata per Adonidem (quod ipsum nomen origine Hebræum est, & vel ab אָרוֹן Dominus, vel עֲדֹנָה ἡδονὴ voluptas dicitur) exponit, illum nempe adolescentem formosum, qui à Venere adamatus aque apro percussus fabulosè traditur. Scribit Rabbi David, *imaginem fuisse, cuius oculi plumbo replebantur: dumque accenso subtus igni plumbum liquefiebat, flere illa videbatur.* Sed solidiora sunt quæ Junius hîc annotat, ex Eusebio & Plutarcho: nempe mulieres hasce, quarum hîc à Prophetâ fit mentio, φαλληφορίας fuisse, & luxisse Osiridem virum Isidis, quem amissum in Ægypto quotannis defleri Isis (אִשָּׁה virago) mandaverat. Hæc enim præstigijs suis & incantationibus magicis tantam sibi viroque suo autoritatem apud Ægyptios comparavit, ut pro Dijs summis haberentur, & mense quarto, qui ex eo quoque Tammuz vocatur, & in Iunium nostrum ex parte incidit, coleretur: primò quidem plangendo velut mortuum, deinde laudando ceu redivivum. Osiris, teste Plutarcho, est dictus Ægyptiis Ammuz: *unde*, inquit ille, *Iovis Ammonis nomen corruptè est derivatum.* Eandem

dem vocem Herodotus usurpat: quare non dubitat Junius ex corrupto Tammuz derivatum esse. Significat ea vox Ægyptiis *abstrusum* & *occultum*: quia eius sacra erant opertanea. Hebræis autem *combustum* vel *consumtum*, à מָזַה *exurere, incendere*. Quò spectat nostrum esse / i.e. *officina fabrorum*: item heitzen / heiß machen. V. Hieron. Comment. 3. in Ezech. Cyrill. Tom. 2. lib. 2. in Esai. Lucianum de Deâ Syriâ: inprimis Ioh. Seldenium syntagmate 2. cap. 10. de Dijs Syris. Ovid. lib. 10. Metamorph. Erasmum in Adagio: Horti Adonidis: Et Iunium in Annotationibus ad d. l. DCCCXLVI.

קוֹעַ Koahh.

Ezech. 23. 23.

JD est, *Princeps, Dux, Vir honorabilis*. Non occurrit alibi: quare peregrinum esse arbitrantur, sicut & שׁוֹעַ quod præcedit: de quo nos supra num. cccxcr. egimus. R. קָעַע & קָעָה est suspendere: de quâ in Kehhila p. 11, Quidam קְעָקְעִין i.e. *signum, nota, stigma*, huc trahunt, & viros Nobiles apud Babylonios notis quibusdam in carne impressis insignitos fuisse aiunt: quos penes sit fides. Interim ad καίω referatur, i.e. *uro*; unde καυλήσιον, *cauterium*. Voci קוֹעַ autem quatenus magnatem significat respondere potest nostrum feck / i.e. *audax*, & fönig: & χαὸς, *bonus, generosus, priscus*. DCCCXLVII.

גַּמָּדִים Gammadim. Gammadæi.

Ezech. 27. 11.

HI antiquo interpreti sunt *Pygmæi*: quos quidam suspicantur in turribus & propugnaculis collocatos fuisse, ut hostibus illuderent: quo eodem consilio claudi & cæci in ijsdem constituti fuisse memo-

memorantur, 2. Sam. 5. v. 6. & 8. nisi forte petulans insultatio sit superborum: qui locum, quem inse-derant & tutabantur, adeo firmum ac validum esse jactitabant, ut vel à cæcis & claudis contra Davidé & robustissimos quosque satis defendi quiret. Fr. Junij conjectura est, regionem fuisse Phœniciæ cubitali formâ projectam in mare, ab eoque postea haustam ac submersam, quam Plinius Gammalem vocet lib. 2. cap. 91. גֶּמֶד alij *spithamam*, alij *cubitum*, alij *palmam* exponunt. Discrimen inter palmum tradens Fullerus lib. 6. cap. 3. hunc dicit παλαιστὴν, & esse mensuram quatuor digitorum, videlicet tertiam partem palmæ seu spithamæ, quæ digitos continet duodecim. πυγμὴ est spacium à cubito ad digitos in pugnum contractos. Talis autem staturæ populum aliquem usquam fuisse, aut hodieque existere, anilis est fabula: Pygmæos tamen aliquos nulla non exhibet aliquando natio. Novi Principem Fœminam in Marchiâ adeo hac imbelli & infælici progenie delectatam esse, ut studiosè magnoq; pretio conquisitam & redemtam matrimoniis multiplicare tentaret. Sed res in risum desijt, cum, ut Mela vocat, *minutum hoc genus* prole nullâ potiri posset, sationem curiosam Deo irritam reddente, ceu contra ordinem suum institutã, & naturâ ipsâ suapte sponte ad perfectiora connitente. Quare quicquid de Spithamæis suis Plinius narrat, quos ternas nunquam spithamas excedere ait, id fabulis accensendum est. Villapandus in Dæmonologiæ lib. 2. c. 31. vulgatæ lectionis rigorem retinens, *Intelligo*, inquit, *cum* LXX. *Interpretibus, non staturâ tales, sed quod turres tam altæ fuerint, ut viri etiam fortissimi & maximi in imo prorsantibus vix cubitales apparerent.* Denique possunt etiam Gammadæi exponi per viros *robu-*

stos & lacertos: à quâ sententia etymologia vocis non abhorret, eidemque adstipulatur Clarissimus Buxtorffius in Lexico. Vide Fullerum cap.3.lib.6.

DCCCXLVIII.

חֶתְלוֹן Chethlon. Hethlon. Hethalon, Hethlon.

*Ezech.*47,15.

ID est, *Ligatio, alligatio*, à Rad. חָתַל *Alligare, ligare*: it. *operire, involvere*. חֶתְלָה & חִתּוּל *fasciam* notant. Non longè abeunt εἱλίττω, εἱλύω, ἑλύτω, *involvo*, & nostrum windelen/windel: τύλη est *culcita, lodix, stragulum*. Si extremam syllabam velis attendere, per *alligationem hospitij* reddere licebit. לוּן enim est *hospitari*: de quo in Calnè num.CCXXXVIII. Sunt, qui per formidabilem mansionem exponunt, à חָתַת *consternari*: de quo in Cheth, num.CCL.

DCCCXLIX.

צְדָדָה Tzedádah. Sedad. Sedada. Zedad. σεδδαδά.

*Ezech.*47.15.

ID est, *Latus eius*, sive *insidiæ eius*, à צַד latus cuiusvis rei: unde est nostrum seite: & *sedeo*. Rad. צָדָה est *insidiari*: unde צְדִיָּה *insidiæ*: quæ cum à latere fiant, patescit ex se istarum vocum conciliatio. Vide Tzidon num.CCXCIX.

DCCCL.

הֲבַנִּים vel הַבְנִים Ebenus. Helffenbein.

*Ezech.*27.15.

HÆc quoque vox confusionem Babylonicam evasit:

evasit: nam est Catholica, designans arborem, cuius vox quam natura notior est: eius lignum nobis est Ebenholtz. Erant Dedanæi, quos hic Ezechiel memorat, Mercatores & Arabiæ Felici contermini: idcirco cum ex eâ tum ex Indiâ atque Æthiopiâ eidem propinquâ pretiosissimas merces reportabant. Hæ verò quænam fuerint, ex antiquissimo Regum Persidis tributo regionibus illis Australibus indicto facile intelligere licet. Erat autem triplex: *Auri, Eboris* atque *Ebeni*: adeoque ad ipsa Romanorum Imperatorum tempora *tertiam rem in tributorum autoritate mansisse Hebenum* testatur Plinius lib. 12. cap. 4. Magna est vocis huius cognatio cum אֵבֶן i.e. *lapis*: quem hoc lignum sua duritie æmulatur. Vide num. CIX. & Nic. Fuller. lib. 6. cap. 14. Duali numero effertur הַבָּנִים, quia duum est generum, arboreum aliud, trunco enodi, materie nigri splendoris, idque rarius & melius: alterum fruticosum & tota India dispersum. Videatur Plin. d. l. Nos forte habemus ex *ebenus* בֵּין i.e. *os, ossis*.

DCCCLI.

אשפנז Aschpenaz. Aspenaz. Asphenez. Aspenas. ἀσφανέζ.

Dan. 1. 3.

ID est, *Pharetra adspersionis*: sive *Magus vel Medicus adspersus*. Per nomen אָשַׁף Dan. 2. 10. *astrologum, hariolum, medicum* Rabbini intelligunt, Hieronymus *magum*. Extat solùm in Daniele: unde Chaldaica potius quam Hebræa esse putatur. Ad נָשַׁף quidam revocant, i.e. *sufflare*: quasi divinitus afflatum notet: de quo in Naphisch, num. CCCXLV. נֶשֶׁף est crepusculum sive matutinum sive vespertinum, ab aurâ vel

vel vento, qui tunc solet ut plurimum cieri. Cæterum אַשְׁפָּרָה est *pharetra*: cui affine est *spiculum* Latinorum. אַשְׁפּוֹת notat *hominis excrementum*, quod Græcis est σκῶλαξ & σκέλεθρον. Quatenus autem אַשָּׁף astrologum notat, ex eo decerpi possunt *sapiens*, σοφὸς, *sophia*, wissen/ &c. Alterum, cum quo combinatur nomen præsens est, זָרָה *adspergere*: de quo vid. Mizza, num. CCCLXX. DCCCLII.

שַׁדְרַךְ Schadrac. Sadrach. Sidrach. Sadrach. σιδεράχ. σεδεράχ.

Dan. I. 7.

IDest, *Mammilla trita*. Vide supra nu. CLV. in nomine Belteschatzar. De שַׁד i.e. *mamma* egimus in Schedeur, nu. CCCCXXXIX. R. דָּרַךְ est *calcare, incedere, tendere, viam facere*: hinc דֶּרֶךְ *via*: ex quo est *tero*: unde *via trita* dicitur: & τρέχω, *curro*, τροχὸς, *rota*: item dringen/durch/ &c. Potest etiam exponi per *mammillam teneram*, à רַךְ *tener, mollis*, ex R. רָכַךְ *molliscere, mollire*, num. DCXCII. in Nisroch. Osiander Sadrach per *legatum* exponit ex דֶּרֶךְ *via*, quæ legato facienda est. Sed fuisse Babylonicorum Deorum hæc nomina, suprà monuimus. DCCCLIII.

עָמוֹס Hhamos. Amos. Amos. Αμώς.

Amos. I. I.

IDest, *Oneratus*. ex R. עָמַס *onerare*: מַעֲמָסָה est *onus*. Hinc μεστὸς, i.e. *plenus, onustus*: & *mæstus*: & ameiß/ i.e. *formica* animalculum laboriosissimum: & γόμος, *onus*, γέμω *plenus vel onustus sum*.

DCCCLIV.

כִּיּוּן Cijun. Chium.

Amos 5. 26. Id est,

IDest, *Præparatio* vel *basis*. à Rad. כּוּן quod est *parare, aptare, firmare*: de qua in nomine Iachin, numer. CXXIV. Vel significat *adustionem*, à R. כָּוַר *aduri*, quia traducebantur per ignem filij colentium Moloch. Vide Cuth nu. DCLXXXV. Est Cijun nomen oppidi siti in finibus Ammonitarum, quod Act. 7. 34. appellatur Remphan, alibi Rophon & Rephon, quæ nova eius fuit appellatio 1. Maccab. 5. 37. Ioseph lib. 12. Antiq. cap. 12. Cæterum *Cijun*, ut putat Drusius, *olim legi potuit Chevan, cum apices abessent. Inde manavit Rephan & per epenthesin Remphan: de facili enim כ in ר mutatur, & contrà.* Hęc ille, cui non placet Scaliger, quod in Comment. ad Manil. Remphan exponit per רֶעֶם פַּעַם, i.e. *tonitruũ impetus*: quasi dicas ζῆνα βρονταῖον vel βρονταῖα, quod Iovis epitheton est: qui Veteribus nullus alius fuit, quã iste *Cijun*. Beda tamen, Lyra, Glossa interlinearis & alij hoc loco affirmant, Remphan fuisse stellam, quæ dicitur Lucifer. Oecumenius eã stellam statuæ Moleci in fronte affixam fuisse ait: qualem simulachro Iulij Cæsaris in vertice quoq; fuisse additam autor est Suetonius in eius vita cap. 88. nec dubium est talibus insignibus statuas Gentilium ornari consuevisse, ut Planetarum, quibus adolebant, notæ oculis spectantium obversarentur. Cæterũ quæ ad conciliationem huius Prophetæ loci cum verbis Stephani pertinent, abunde expedivit Clariss. Theologus Fr. Iunius Parallelismo 92. lib. 1. Tom. 1. Oper. p. 1466. Observatum etiam fuit à quibusdam, Ægyptiorum lingua Herculem vocatum fuisse *Chonem*: ex quo *Cijun* Hebræum formari potuit. Et quia Gigantæâ formâ apud illos pingi consuevit Hercules, nihil mirum, si vox *Cijun* mutata sit in *Rephan*: nam רָפָא est gigas. Vid. nu. CCXXVI.

Verba,

Verba, quæ Scaligeri conjectura ſuppedidat, ſunt רַעַם *tonitru*: vide in Rahhemſes num. LVI. & פַּעַם *impetus, concuſſio, incus, malleus*, à פָּעַם *conterere, contundere, percelli, moveri, conteri*. פַּעֲמֹן tintinnabulum, nola, cymbalum, à ſonitu ſcilicet & pulſu. Nam & nos dicimus *bumbum* de pulſu campanarum. Pagnino in verſione Hebr. Bib. פִּיגִין eſt placenta.

DCCCLV.

חבקוק Chabakkuk. Habacuc. Habakuk. Ἀββακούμ. ἀμβακούκ.

Habac. I. 1.

IDeſt, *Amplexator*, qui afflictionibus fractos & deſperabundos amicè alloquitur & conſolatur: in quo totus ferè eſt hic Propheta. Rad. חָבַק eſt *complecti, amplecti, complicare*: חִבֻּק *amplexus, complicatio*. Adſonant ἀγαπάω, *plector, amplector, plico*: item *pactum*, quod manibus ultrò citroque datis firmatur: & quidni βραχίων, *brachium*?

DCCCLVI.

שבט Schebat.

Zach. I. 7.

ESt hoc nomen menſis XI. Februario noſtro ex parte reſpondentis. Notat *virgam* vel *ſceptrum*, ex שֵׁבֶט *baculus, ſceptrum*, & metonymicè *regnum*: item *tribus*. Hîc iterum mira eſt linguarum harmonia in vocibus ſtab/ſceptrum, σκῆπτρον, *ſcepter/ſcipio, ſtipes*, στύπη, σπάθη, *ſpatha*, ſpate/ſtaupe/ſteupen/quod fit baculo.

DCCCLVII.

DCCCLVII.

מַלְאָכִי Maleaci. Malachi. Malachias. Maleachi. μαλαχίας.

Mal.1.1.

ID est, *Angelus meus.* Simplex est מַלְאָךְ *angelus, nuntius*: מַלְאָכוּת *nuntiatio, missio, ministerium, delegatio.* R. לָהַךְ Chaldæis לְאַךְ est *legare, delegare.* Affine est verbum אָלַךְ *ambulare*: id quod est legatorum proprium. Legatus, Legat, hic se ultrò offerunt, ut & ἄγγελος, *angelus*, Engel.

NOMINA PROPRIA NOVI TESTAMENTI.

DCCCLVIII.

Ματθαῖος. Matthæus. מַתַּי. Matthe-us Matthes.

NIhil certius, quam nomen hoc ex נָתַן, i.e. donari, arcessendum esse, & per *datum* vel *donatum* exponi debere: ut supra in Nathan, num. xcv. indicatum fuit. ex hac namque R. est מַתָּן, מַתַּת & מַתָּנָה *donum*: quod postremum etiam nomen est loci Numer. 21.18.19. Eiusdem originis sunt Ματθαν, infra v.15. Ματθάτ Luc. 3.24. & Ματθίας Actor. 1.23.26. & Ματταθά Luc. 3.31. Sunt tamen, qui à מַס *tributo* desumtum volunt: uti monuimus, num. LVI. Alij R. מָתַח huc trahunt, i.e. *extendere, expandere, explanare*: ut Matthæus sonet explanatorem, scilicet Scripturæ: quo cum conciliari potest μυθέομαι, μυθίζω, *loquor, eloquor*: μῦθος, *verbum*, μάντις, *vates*. אֲמֻתָּחַת est *saccus*, plenus scilicet seu expansus sive distentus, propter

repletionem. Gen. 44. 2. & deinceps in torâ illâ fratrum Ioſephi hiſtoriâ ſæpe huius vocabuli extat mentio, nec niſi de ſaccis frumento plenis uſurpatur.

DCCCLIX.

Ἀζώρ. Azor. אזור. Aſor.

Matth. 1. 13.

IDeſt, *Cingulum*, quod Hebræis eſt אֵזוֹר Ier. 13. 11. R. eſt אָזַר *cinxit, accinxit*: cui reſpondet Græcum *Σειρά, catena*: & *Σειρόω, fune conſtringo*: & noſtrum ſchürtzen/gürten: nam *g* & *ſ* aliquando inter ſe permutantur.

DCCCLX.

Ἡρῴδης. הֵירוֹדֵם. Syr. הֵרוֹדֵם.

Herodes.

Matth. 2. 3.

QVamvis haud dubiè Græcum origine ſit hoc nomen, ut cenſet etiam Auguſt. lib. 10. de C. D. & Heroem vel ſemideum notet, ἡρῴδης ab ἥρως, ſicut δημῴδης à δῆμος, vel eum qui ex Heroina, quæ Græcis eſt ἡρωὶς, ἰδος, ſit natus: de quibus Lucanus canit:

Terras inter Lunæque meatus
Simidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit:

Philologi tamen fontium amatores Herodem dictum volunt vel ab arrogantia, quaſi ſignificet montem arrogantiæ: ab הַר mons (num. LXXXI. in Hor) & הוֹד *magnificentia, gloria, ſplendor* (nu. CCCCXLI. in Hhammihud:) Vel ab immanitate in proprios filios, quos interfecit, ab הָרָה *concepit* (nu. CCLXXXIII in Ha-

in Haran) & פָּרַשׁ *trituravit* (n.CCCXVII. in Pildasch) ut notet eum, qui propriam conceptionem triturat: Vel à עוֹר pellis (in Pehhor n.CCCCLXX.) & הוֹר, ut sit *pelliceus gloriosus*, ob magnificentiam vestitus. Nos Heroes ἥρωας, herren / à חוֹר suprà traximus: unde חוֹרִים *magnates*, herren / à *candidis vestimentis*, quibus Mardochæum quoque ceu novæ dignitatis insignibus fuisse ornatum legimus Esth. 8.15.

DCCCLXI.

פְּרוּשִׁים. Pharisæi. φαρισαῖοι. Pharisæer. Syr. פְּרִישָׁא.

Matth. 5.20.

RAdix פָּרַשׁ duo significat, *separare* & *exponere seu interpretari ac declarare*. Dicti sunt Pharisæi quasi separati ab alijs vitæ sanctimoniâ & morum rigidâ asperitate: cuius rei documentum exhibent preces à Pharisæo præsente publicano recitatæ Luc. 18. & superstitiosa atq; immodica ceremoniarum congeries à Christo non semel taxata. Paulus etiam hoc insinuat Act. 22.3. & cap. 26.5. ubi se dicit Pharisæum vixisse κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς θρησκείας. Idem in frontispiciis Epistolarum suarum ἀφωρισμένον se dicit, i.e. separatum, ad Evangelium scilicet: qui prius inter suæ sectæ consortes à vulgari aliorum hominum more sejunctus summam ἀκρίβειαν seu accurationem in vitâ & doctrinâ fuerat sectatus. Probat id quoque analogia: פָּרוּשׁ enim in Paul per *separatum* exponi oportet. Sunt tamen qui פְּרוּשִׁים quasi פָּרְשִׁים *interpretes* & Scripturarum *expositores* dictos malunt: quibus non assentimur; quia hoc Scribarum potius erat

& νομικῶν seu Legisperitorum. Aliquos tamen ex Pharisæis fuisse νομικοὺς & γραμματεῖς, liquere potest ex Matth. 22. vers. 34. 35. ubi memoratur, aliquem ex Pharisæis Legisperitum Christum interrogâsse: qui Marci 12. 28. dicitur Scriba. Hoc respectu nihil vetat Pharisæos per interpretes reddi: modò sciamus, propriam notationem huius nominis à separatione esse, non ab interpretatione. Ad פָּרַשׁ quatenus significat interpretari veniunt φράζω loquor, διαφράζω, expono, item *pretor, interpretor*: & *Prosa*, oratio sc. soluta: & *prescher* Gall. i. e. concionari. Notum est *Schemhamphoras* שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ q. d. *nomen expositum* seu *pronuntiatum*, scilicet Dei, quod est JEHOVAH solius Hebraicæ linguæ proprium: cuius beneficio Christum sua edidisse miracula Judæi mentiuntur. Sed potest שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ esse quoque *proprium*, separatum scilicet & ab alijs nominibus longè longéque diversum ac peculiare Dei nomen: cum פָּרַשׁ etiam *dividere* significet & *separare*: uti anteà dictum est. Cæterum פָּרַשׁ cum puncto in sinistro cornu est *extendere*, *expandere*, *dispergere*: quod cum פָּרַס *frangere*, *scindere*, *dividere* magnam habet cognationem. De hoc vide nu. DCCLXXII. in nomine Persa.

Ester. 9. 7. פַּרְשַׁנְדָּתָא *Parschandatha*, eques fugitivus: nam פָּרָשׁ *equitem* notat.

1. Par. 8. 16. פָּרֵשׁ *Pereschi*, stercus.

DCCCLXII.

Μαμωνᾶς. מָמוֹנָא ; מַמוֹנָא Syr.

Mammon.

Matth. 6. 24.

PEr thesaurum exponunt hoc nomen, qui ex voce He-

ce Hebræâ מָמוֹן literam ט elidi & per μ compensari posse arbitrantur: מָטְמוֹן enim est thesaurus, à טָמַן *abscondere, occultare*: cui affine est verbum אָטַם *obturare, claudere*: ex quibus Græca fluxere Ταμιεύω, *recondo, in thesaurum refero*: Ταμίας, *quæstor*. Hieron in Ep. ad Algasiam, quæst. 6. *Mammona*, inquit, *divitiæ nuncupantur, quod de iniquitate collectæ sint*. Vbi respicit ad phrasin מָמוֹן אָוֶל de iniquitate. Vide n. XLVII. in Benoni. Buxtorffius in Lexico Chald. & Syr. hæc habet: מָמוֹנָא Chaldaicè *pecunia, opes, divitiæ, facultates*. Matt. 6. 24. Luc. 16. 9. 13. Variæ afferuntur notationes. Inter eas est, quod derivetur ab אָמַן facta contractione pro מַאמוֹנָא, & sic dicentur, quod homo in divitijs soleat confidere. Huic derivationi factæ ab אָמַן favet translatio Græca Psal. 37. 3. in qua verba Hebræa וּרְעֵה אֱמוּנָה *& pascere fide*, transferuntur; Καὶ ποιμανθήσῃ τῷ πλούτῳ αὐτῆς. *Et pascéris in divitiis eius*. Hinc Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis ad vocem אֱמוּנָה scribit: *Hebræum verbum æquè fidem sicut divitias significat: quo datur intelligi, divitias in hoc mundo esse fidem Dei. Qui enim fide caret, pauperrimus & miser est*. Augustinus de verbis Domini sermon. 35. *Mammona Hebræum est cognatum linguæ Punicæ. Istæ enim linguæ sibi significationis quadam vicinitate sociantur. Quod Punici dicunt Mammon, Latinè lucrum vocatur. Quod Hebræi dicunt Mammona, Latinè divitiæ vocantur*. Sanè מָמוֹן Chaldaicè *lucrum* etiam significat: Gen. 37. 26. ubi fratres Iosephi ajunt מַה בָּצַע מָמוֹן *quid lucri commodabitur?* Trita maximè & inter omnes pervagata est illa originatio, quâ ad vocem Hebræam מָמוֹן revocatur: quæ de *multitudine, copia, & divitiis* usurpatur. Trahitur etiam huc מוּם *macula*: quam amor divitiarum inurit animæ. 1. Tim. 6. 9.

imò etiam famæ: nam *avaro nihil est scelestius.* Eccli 10.9. Vide Mem & Momus, num. DCCCXXXII. Tandem etiam ad מָנָה *numerare*, & מִנָּה in Piel *præficere* recurritur: illo Mammonistarum perpetua occupatio, quæ in supputando consistit, hoc verò eorum misera conditio notatur, qua semetipsos sibi eripientes ultrò habenas huius imperiosi sessoris suscipiunt, & mulorum atque equorum instar circumaguntur.

DCCCLXIII.

Χοραζαΐμ Χοραζίν. Chorazin, Syr. כּוֹרָזִין. Chorazin.

Matth. 11.21.

PEr *præconem* potest exponi, qui Syris & Chaldæis est כָּרוֹזָא & כָּרוֹזְתָא Dan. 3.4. unde κήρυξ, i.e. *præco*; κηρύσσω, *clamo*, & κηρύττω, *prædico, proclamo.* à R. כָּרַז, i.e. *promulgare, concionari, prædicare.* Hieronymus ex כָּרַז *sic* & רָז *mysterium, secretum, vel macies* arcessit. Vide Meroz num. DXCVI.

DCCCLXIV.

Βηθφαγῆ. Βηθσφαγῆ. בֵּית-פַּאנֵי. Syr. בֵּית-פָּגֵא. Bethphage.

Matth. 21.2.

ID est, *Domus maxillarum.* Origenes: *Erat*, inquit, *villa Sacerdotum: quorum maxilla propria pars erat ex lege.* De בַּיִת domus nu. XXVI. פֵּא Rabbinis est, quod Chaldæis פָּגָא, id est, *gena, maxilla*: item *frænum in maxilla*: sic ferè convenit cum backe/ & buccâ, Ital. bocca, Hisp. boca, &c. At Hebræis פֵּגָה est *ficus immatura*, pl.

ra, pl. פִּגִּים: secundum quam significationem Beth-phage est *domus grossorum*. Hic iterum mirus est consensus Hebræis cum σῦκον, *ficus*, feigen/Ital. *fico*, Gall. *figue*, Angl. *figge*, Polon. *figa*, Vngaricè *fvvge*, Belg. *viighe*, Hisp. *higo*. Quibusdam placet ex Beth-phage facere decompositum, & ad בַּיִת, i.e. domum, adjungere גַּיְא *vallem* & פֶּה *os*: ut sit domus in ore vallis, seu domus ad radices montis ædificata. Tremellius *domum fontis* interpretatur ex Chaldaico גַּב *fons*; quo cum πηγὴ Græcum eiusdem prorsus est significantiæ.

DCCCLXV.

Καϊάφας. קַיָּפָא. Syr. קַיָּפָא.

Caiphas.

Matth. 26. 57.

ID est, *Vomens ore vel helluo*, à קָאָה vel קוּא *vomuit*: קִיא *vomitus*. Vide in Elikah, num. DCLVI. & פֶּה *os*, in Mephiboscheth, num. CXVII. Vel *pinguem aqualiculum* sonat hoc nomen, à R. קוּב vel קָבַב i.e. *cavare*, item *maledicere*: unde קֵבָה *ventriculus*. Facilis enim est literarum ב & פ inter se commutatio. Hinc κάβη, *cibus*: καχάβη & *cacabus*, seu *olla*: item *cavus*, *vacuus*, fach: & ex altera significatione teuffen / *maledicere*, *rixari*: ex qua Kaiphas etiam per *maledicum* reddi potest. Sunt qui à *circumeundo* dictum putant: ut Caiphas sit *circuitor*, *ardelio*, ex R. קוּף vel קִיף *circuivit*. unde קוֹף *simia*: de quo num. DCCCXXXIII. Denique קָפָא est *coagulare*, *concrescere*: unde קִפָּאוֹן *res densa*, *nigra*, *concreta a frigore*: quæ omnia in hunc Caipham eruditè transferri possunt.

DCCCLXVI.

MARCVS. Μάρκος מַרְכּוֹם Marcus.

QVanquam Iul. Cæsar Scaliger à *Marte* dictum, *Marcum* arbitretur, & alij à *mare*: ut hoc nomen à Latinis fluxisse eique fortitudinis notam inesse arbitrari possis, multò tamen propius abest à Radice Hebraicâ מָרַק, i.e. *extersit, polivit, fricuit, defricuit*: secundum quam significantiam Marcus per *politum, ornatum, tersumve* exponi potest, vel certè per *polientem* vel *exornantem*. Hic enim Evangelista historiam de Christo à Matthæo scriptam quasi expolivit, & succinctiorem edidit. Nomen Heemanticũ תַּמְרוּק *mundum muliebrem* notat, quem Livius lib. 34. his verbis describit: *Munditiæ ornatus & cultus hæc fœminarum insignia sunt, his gaudent & gloriantur. Hunc mundum muliebrem appellaverunt Majores nostri. In huius autem nominis appellatione continentur speculum, matulæ, inaures, armillæ, annuli, gemmæ, mitræ, & similia, quibus mulier ornatur*. Græci ab Hebræis acceperunt suum μέργω, ἀμέργω, ὀμόργνυμι, i.e. *tergo, purgo*: & nos treigen/ trucknen: & *amurca* ἀμόργη, *sc. sordes olei seu recrementum olivæ expressæ*: unde verbum *examurcare*. Virgil,

Nigrâ perfundere amurcâ.

DCCCLXVII.

Καῖσαρ. Cæsar. Keyser.

Marc. 12. 16.

QVanquam hoc nomen alij à cæsarie, qua cum natum esse primum inter Cæsares, velut alterum quendam Esavum, inde quoque nomen sortitum, quod pilosus egressus esset ex utero, volunt: alij à cæsiis oculis; plerique ab incisâ matris alvo:

Casau-

Casaubonus tamen Comment. in Sueton. illud ex Syriacis fontibus arcessere gestit: quibus כְּשַׁרְיָא est *scutum, clypeus*. Prov. 6. 11. Vide Buxtorffium in Lexico Chaldaico. Vnius nomen in successores manare, quemadmodum hîc factum videmus post tot secula, non est infrequens. Sic *Pharaones* Reges Ægypti dicti sunt: *Agagi* Amalekitarum: *Abimeleci* Geraris: *Artaxerxes* Persarum: *Ptolomæi* Ægyptiorum: Athenienſium *Cecropidæ*: Paphlagonum *Pylemænes*: in Bithynia *Nicomedes*: in Cappadocia *Ariarates*: in India *Palimbothri*: & in Tartaria hodieque *Chami*: in Turcia *Sultani*: in Africâ *Præstegani*. Sic igitur ab uno Cæsare omnes nostri Cæsares dicti, à קָשַׁר i.e. *rectum, congruum & conveniens esse*. Egregia sanè nominis ratio, quæ quales esse deceat, commonere possit. יְשָׁרוֹן est *rectitudo*, & כְּשׁוֹר *trabs*, sic dicta à rectitudine & congruentia, quam habere debet cum structura ædium, quarum pars est præcipua. Non minus insignis est notatio nominis *Sultanorum*. Sunt enim שַׁלְטִים *scuta, clypei, peltæ*: in regimine שִׁלְטִי nobis schilde. Certe Reges Ps. 47. v. ult. מָגְנֵי אֶרֶץ *scuta terræ* dicuntur. Vtinam essent omnes! & non scuticæ terræ. Rad. שָׁלַט est *dominari, præesse, potestatem exercere*, &c.

DCCCLXVIII.

Λουκᾶς. Lucas. Syr. לוקוס Lucas.

A *Luce*, Lucam qui dictum arbitrantur, eò respiciunt: ut moneant, hunc Evangelistam multis in locis historiæ de Christo lucem intulisse: id quod res ipsa loquitur. Atque ita eiusdem erunt significationis *Lucas & Lucius*: cuius est mentio Act. 13. 1. nisi λύκον & *lucium* huc velis trahere. Alijs idem sonat hoc

hoc nomen, ac si dicas *Ipsi resurrectio*: ut ל sit præfixum, eique adjaceat R. קוּם *resurgere*. Vel ut habet Hieron. in Ep. ad Philem. *ipse consurgens*: quo alacrem & in verâ doctrinâ fortem pugilem exprimere velle videtur. Vide Talita kumi, num. CLXVII. Baronius in Annalibus ad An. 58. num. 34. *Inter typica*, inquit, *ac symbolica illa quatuor Euangelistarum insignia, quæ primum Ezechieli, inde verò Iohanni Euangelistæ fuerunt divinitus demonstrata, & à Patribus divino planè spiritu declarata, facies bovis ob ministerium sacerdotij, à quo Lucas Euangelium auspicatur, ab omnibus ipsi tribuitur: cum alioquin antiqua voce in Italia, ut auctor est Varro de ling. lat. lib. 6. bos luca consueverit appellari.* Rationem Nic. Fullerus addit lib. 4. Miscell. cap. 10. *lucas* elephantos dictos quasi *lucanos*, quod in Lucania Pyrrhi bello primùm apud hostes visi fuissent: hosque ab ijsdem boves dictos, quod maximam quadrupedem, quæ in regione illa haberetur, *bovem* indigenæ vocarent. V. Plin. lib. 8. c. 6. Varron. de ling. Lat. lib. 6. p. 72. Porrò Hebræis לְקֵשׁ est *herba serotina seu seges: quæ post primam graminis luxuriantis sectionem in culmos & spicas succrevit*, Amos 7. 1. ex Rad. לָקַשׁ in Piel לִקֵּשׁ *tardare more pluviæ serotinæ*: quæ est מַלְקוֹשׁ Græcis ὑετὸς ὄψιμος, cui opponitur πρώϊμος, *præpropera*: uti patet ex Ep. Iacobi cap. 5. 7. *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter eum expectans, dum accipiat pluviam matutinam & serotinam.* Hæc ad Lucam nostrum transferri possunt. Instar enim serotinæ pluviæ historiam Euangelicam suâ diligentiâ & irrigatione ad maturitatem perfectionemque perduxit, Acta præsertim Apostolica edendo: ex quibus patet: quæ initia & qui progressus fuerint prædicationis Euangelij & propagationis eius

per

per totum terrarum orbem. Græcum λαξεύειν, *incidere*, optimè convenit cum לָקַשׁ herbâ serotinâ: ut & ξέω, *rado*, *scalpo*: nec non nostra sichel / sägen / schneiden: item Latina *falx*, *seco*, *sicileo*, *sicilimentum*.

DCCCLXIX.

Ελισάβετ. Syr. אֱלִישֶׁבַע. Elisabeth.

Luc. 1. 5.

HEbraicè אֱלִישֶׁבַע, i.e. *Deus meus saturitas*. אֵל Deus, אֵל *Deus meus*, num. XLII. Rad. שָׂבַע *saturare*, *satiare*, *saturum esse*: unde שָׂבָע *saturitas*, *abundantia*, *copia*: cuius synonyma sunt שָׂבְעָה & שֹׂבַע, שָׂבְעָה; ex quibus Græca descendunt ac Latina βόσκω, *pasco*, feist. Extat nomen uxoris Aharonis אֱלִישֶׁבַע Exod. 6. 22. quod quia per שׁ scribitur, ideo per *Deum juramenti* reddidimus, num. XIX. in Berschebahh. Potest denique exponi Elischabeth, per *Dei mei sabbatum*: si ת retinetur in ultimâ, nempe ex Rad. שָׁבַת *cessare*, *quiescere*: num. LXX.

DCCCLXX.

Τιβέριος, Tiberius, Syr. טִבֶּרְיוֹס. Tiberius.

Luc. 3. 1.

TIberios à Tyberi fluvio dictos, quod juxta eum nascerentur, notavit Valerius Probus. Aliàs exponi potest per *bonam visionem*, à טוֹב bonus, unde Tobias, num. CCCXXCIV. & רָאָה *videre* num. XI. in Lachai roi. Ariæ Montano Tiberius manavit ex Hebræo

Hebræo טַבּוּר *umbilicus*: cuius Rad. non est in usu. Inde fluxere *tuber, tubero, protubero, tuberculum*. Cõveniret hæc etymologia monti Tabor, nisi per ת scriberetur ab initio: sed ט tamen & ת facile permutantur.

DCCCLXXI.

Ναούμ. Naum. Naum.

Luc. 3.25.

HEbraicè נָאוּם, i.e. *dictus*: habet enim formam Paul in Kal, à R. נָאַם *dicere, certò asserere, eloqui*. Prophetarum illa solennis vox est: נְאֻם יְהוָה, i.e. *Dictum Iehovæ*: hac formâ est nomen participiale in regimine, quod Paulum arbitrantur reddidisse per πιστὸν λόγον 1. Tim. 1.12. & c. 3.5. & cap. 4.1. 2. Tim. 2. 2. Tit. 3.8. item c. 1.9. unde Deo propriè tribuitur usquequaque veraci, aut Prophetis, aut viris Dei spiritu impulsis. Magnam habet cum נֶאֱמָן cognationem: id est, *stabilis, fidelis, firmus, verax*: cuius Rad. est אָמַן, de qua in Amen num. cxxcix. Pertinent huc ὀμνύω, ὄμνυμι, *juro*: μηνύω, *indico, significo*: ὀνομάζω, *nomino, loquor*. Syrus habet נַחוּם: de quo vide num. v.

DCCCLXXII.

Μααθ. Maath. Maath. Math.

Luc. 3.26.

IDest, *Solennis, festivus*. Nomen מוֹעֵד generaliter constitutionem seu definitionem loci, temporis aut rerum, quæ ad solennem aliquam congregationem destinantur, significat: sumiturque pro *solennitate*: quæ certo & statu tempore celebratur, pro loco ad talem solennitatem constituto, pro *castris* & certo militum ordine, pro *tesserâ militari*, pro *tabernaculo*

naculo conventus apud Iisraëlitas: quod אֹהֶל מוֹעֵד, Græci σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, ut Stephanus Actor. 7. 44, vocant: ad quem locum Theodorus per *tabernaculum conditionis* exponi debere ait in Notis ad h. l. Radix est יָעַד *convenire, congregare, indicere conventum, convenire ad tempus statutum*: item *promittere, condicere, desponsare, decernere, contestari.* עֵדָה est *Synagoga, conventus, cœtus, collegium, congregatio.* Hinc forte descendit Latinorum *Idus, αἱ εἰδοί*: his enim diebus solennes sacrificantium cœtus agitabantur: unde *idules oves* quæ singulis idibus Iovi immolabantur. Forte idem est præsens nomen cum מֵעַדַי Esr. 10. 35. quod per *mobilem* interpretati sumus, numer. DXXCVIII. Syrus habet מָאַת. Vide Meah DCCCIX.

DCCCLXXIII.

Κωσάμ. Cosam. Kosam. κασάμ.

Luc. 3. 28.

Hebræis קֶסֶם est *divinator, divinaculus*: sumiturque in bonam & malam partem, frequentius tamen in malam. R. קָסַם est *vaticinari.* קֶסֶם est *divinatio.* Ita Saul ad Pythonissam in Hhendor, 1. Sam. 27. 8. קָסְמִי־נָא לִי בָּאוֹב *Vaticinare quæso mihi in Pythone, vel per Pythonem.* Hinc fluxere kosen/*causer* Gallicè, & *causari*: nempe perneccessaria divinaculis est θεσμολογία: ut credulos & fanaticos demulceant, inque obsequium adigant. Ad קֶסֶם propinquat χρησμὸς, *oraculum*, χρησμῳδέω, *vaticinor.* Syrus habet כְּסֵם à כּוּסַם tondere.

DCCC-

DCCCLXXIV.

Ἰωρείμ. Jorim. Joram. Ioram.

Luc.3.29.

HEb. יְאֹרִים amnes, flumina: singulare est יְאוֹר amnis, rivus, à R. inus. יָאַר: à qua manant ῥοάω, & ῥέω, *fluo*: ῥοὴ & ῥόος impetus fluminis & fluentum, ῥύσις, *fluxus*: Rhenus Rhein/rinnen/röhr/nier: quod per renes fluat urina, τὸ οὖρον: οὐρέω, *mingo*: ῥέθρον, ῥύαξ, *rivus*, Gallicè *ruisseau*. Syrus habet יוֹרָם pro יוֹרָם: vide *Ioram* num. LX. & XII.

DCCCLXXV.

Μάρθα. מַרְתָּא. Martha. Martha.

Luc.10.40.

MArtha Syris & Chaldæis est Domina, Hera. מָרְתָּא & מָרַת à מָרָא vel מָר *Dominus*: מָרִין *Domini, heri.* Potest etiam per ט scribi & referri ad R. מָרַט *depilari, decalvare, polire, tergere, fricare*: ut significet *glabram, tersam, politam.* Respondet ei μαδαρόω, *depilo*, & μαδαρὸς, *calvus, depilis*: & ῥύπτω, *abstergo.*

DCCCLXXVI.

Ἐμμαούς. Emmaus. Emmaus.

Luc.24.13.

ID est, *Mater fortitudinis.* Erat namque castellum munitum: quod belligerantibus & sese ex eo defendentibus matris instar erat: unde & Nicopolis postea fuit cognominatum, q.d. *victricem civitatem*: quo nomine hodieque celebratur, ut Postellus tradit. Plinius lib.5. cap.14. *Emaum fontibus irriguam vocat.* Est itaque compositum ex אֵם mater: nu. DVII. in Piram: & עוֹז vel מָעוֹז *fortitudo*, vel *locus arte munitus*,

tut, arx, petra: ex quo est Idoli nomen, quod Deum מָעוֹזִּים appellat Daniel 11.38. i.e. *fortitudinum*. R. est עָזַז *confortavit, roboravit*: nu.cxv. in Petetz-Hhuzza. Est & alius huius nominis locus non longè à Tiberiade dissitus, quem *Ammaum* nominat Josephus lib.4.de bello Judaico cap.1. *Ammaus*, inquit, *si quis nomen interpretetur, aquæ calidæ vocantur: ibi enim eiusmodi fons est sanandis corporum vitiis idoneus*. Est igitur nomen hoc combinatum ex חַמָּה *calor*, à R. חָמַם *calescere, æstuare*: de quo in Cham, num.ccxvi. & voce מַיִם *aquæ*: de qua in Hanamim num.ccxliv. Egesippum arbitror confundere hæc nomina, quando lib.4.cap.16. sic scribit: Vespasianus cum exercitu Amathunta repetit, quæ de aquis calidis vocabulum sumsit, quod aquarum vapor Syro sermone (חוּמְתָא & חוּמְתָה) Amathus appellari fertur: thermæ ergo græcè dicitur, quod calidum fontem habeat intra muros. Sozomenus lib.5. Hist.Eccles.c. 20. hæc habet: *Est urbs Palæstinæ, quæ jam Nicopolis dicitur, nomine ex eventu belli à Romanis impositio. Ante hanc urbem prope trivium, in quo Christus post resurrectionem à mortuis cum Cleopha incedens simulabat se ad alterum pagum propere contendere, est fons quidam salutaris: in quo non homines modò qui ægrotant loti curantur, verum etiam animalia, quæ variis morbis laborant. Nam ferunt Christum quodam tempore è via ad fontem illum divertisse inque eo lavisse pedes, & aquam ex eo tempore vim medendi morbis habuisse*. Vox variè à varijs pervertitur, Αμμαοὺς, Εμμαοὺμ, Εμμαὼμ, Εμμᾶ. Sed apparet ex tota hac Onomatoscepsia, idem fieri in quàm plurimis aliis. Syrus habet עַמְאוּס, quod per *populum reprobatum* exponi potest: à עַם, vide Benammi num. xvii. & R. מָאַס *reprobare*.

Porrò

Porrò de distantia Emmauntis ab Hierosolymis diversa scribuntur. Iosephus lib. 7. c. 26. de bello Iudaico triginta adsignat stadia, Lucas sexaginta. Sed Casaubonus legit ἑξήκοντα in Iosepho. Christophorus Furerus αὐτόπτης in itinerario terræ sanctæ: p. 88. *Profecti sumus*, inquit, *ad vicum Emmauntem: qui duodecim miliaribus Italicis Hierosolymis abest. Est hodie pagus exiguus admodum: quem, ut est apud Ioseph. lib. 17. Antiq. cap. 12, milites olim jussu Vari in vindictam cæsorum ibi militum incendere. Vlterius progressi castrum vidimus olim Nicopolim dictum, quod Romanos captis Hierosolymis extruxisse, muroque, cuius rudera hodieque supersunt, cinxisse memorant. Haud longo abhinc intervallo templum dirutum est, ubi diversorium stetit: in quo Christus fractione panis à duobus discipulis cognitus fuit.* Hæc ille. Si 60. stadia numeramus, & in singula milliaria 5000. passus computamus, non nisi sesqui milliari Germanico aberit Emmaus Hierosolymis, nempe 7500. passibus. Drusius ad Voces N. T. *Est*, inquit, *stadium octava pars miliaris: ergo 60. stadia conficiunt milliaria septem & medietatem octavi.* Sed qualia hîc intellexerit milliaria, ex dictis patet. Rem ipsam verò quod attinet, in dimetiendis miliaribus & stadiis proclive esse errare, plus quàm satis notum est: ut taceam locorum situs & interstitia ac metas pro varietate temporum identidem mutari. Helvetiea hodie milliaria octingentos continent passus: unius enim spatium est itineris equestris duarum horarũ, itineris autem pedestris duarum horarum cum dimidiâ. Sic mensurata intercapedo, quæ Hierosolymas ab Emmaunte sejungit, non nisi tres unius milliaris quadrantes complectetur. Sed hæc obiter. Arias Montanus exponit hoc nomen per matris aut gentis

tis consilium. אֵם mater. עַם populus. יָעַץ consulere.

DCCCLXXVII.

Κλεόπας. קְלֵיפָא Syr. Cleophas.

Cleophas.

Luc. 24. 18.

QVamvis Græcum origine esse videatur & significare virũ gloriosum, à κλέος, *gloria*, & πᾶς, *omnis*: sive, ut Scaliger existimat in Animadvers. Eusebian. pag. 138. & Ep. 144. ad Velserum, ὑποκοριστικὸν, i.e. *diminutivum*, ex κλεόφιλος, si κλεοφᾶς *scribitur*: vel ex κλεόπαλρος, si κλεοπᾶς *scribitur*: nihil tamen obstat, quin ad Hebræum קְלָפָה revocetur: cuius plurale כְּלִיפוֹת extat Psl. 74. 6. & exponitur per *malleos*, *clavas*, aut quid simile factum ad perdendum & destruendum: qualia instrumenta in scripturis vocantur כְּלֵי־מָוֶת Psal. 7. 14. *vasa mortis*. Pulchrè hîc consentiunt Linguæ. Græcis κολάπτειν est tundere, incidere, percutere: unde *colaphus*, & *alapa* & κολαφώτηρ, i.e. tudes: item clavus. Nos dicimus kloppen/ klappen.

DCCCLXXVIII.

Κανᾶ. Kana. Cana.

Ioh. 2. 1.

קִנְאָה est *æmulatio*, *zelus*, *ira*, *invidia*, à קָנָא, in Piel קִנֵּא *habere zelum*, *studio ac singulari affectu duci* vel in bonum & favoris caussa, dum rem nobis charam omnibus modis tueri studemus, vel in malũ, quod æmulari & invidere dicimus. קַנָּא vel קַנּוֹא, zelotes, proprium nomen Iehovæ, Exod. 34. 14. Jehovæ nomẽ est zelotes, Deus fortis zelotes est. Exod. 20. 5.

Deut.4.24. & 5.9. & 6.15. Ios.24.19. Nah.1.2. Fluunt ab hoc fonte *candeo, candesco, excandesco*: item κέντρον, i.e. *stimulus*, κεντρόω, *stimulo*: nihil enim acrius stimulat quam zelus atque invidia. Alij nomen Cana per *possessionem* exponunt, à קָנָה *possidere*: in Kajin numer.111. Alij per *cannam*, quæ est קָנֶה, quia in ulua forte vel arundineto sita est: hæc vox ad eandem R. pertinet. Reddunt etiam per קֵן *nidum*, ex קִנֵּן *nidificavit*, num. CCCXIII. Denique per *lamentationem*, à קִינָה *lamentari*, num. CCVIII. Extat nomen Kanah Ios. 19.v.28. quæ Kana major dicitur in tribu Ascheris: sed præsens Kana fuit in Tribu Zabulon. Syrus habet קְטַנְיָא, quod *parvam* sonat. Vide Joktan. CCLXVIII. Vel Syriacè *caudam* sive *cubiculum*.

DCCCLXXIX.

Νικόδημος. Syr. נִיקְדִימוֹם. Nicodemus. **Nicodemus.**

Ioh.3.1.

QVanquam in proclivi esse videatur huius nominis originatio, ex Græco scil. νικᾶν, *vincere*, & δῆμος, *populus*: ut idem sit cum nomine Νικόλαος, à quo Nicolaitæ dicti sunt Apoc.2.15. tamen placet eorum conjectura: qui ex Hebræo נָקִי i.e. *insons, purus, mundus*, & דָּם *sanguis* arcessunt: ut Nicodemus *innocentem sanguinem* denotet, ein vnschuldig blut: quæ duo vocabula juxta se posita inuenire est Psal. 106.38. & 94.21. דָּם נָקִי. vide num. CLXXXIX. in Hakeldama. Rad. נָקָה est *mundum, innocentem, purum, vacuum* esse à culpâ simul & pœnâ: unde Toar נָקִי, quod etiam absque א in fine scribitur. Hinc κενός, i.e. *vacuus*,

vacuus, & κενόω, *vacuo*. Aliàs קִנְקִין caverna à vacuitate dicta est: cuius R. קנק non est in usu.

DCCCLXXX.

Αινών. עֵין־יוֹן. Ænon. Enon.

Ioh. 3. 23.

HEbræis עֵינוֹן est *fonticulus*, diminutivum scilicet à עַיִן *oculus*, & *fons*: de quo in Hhanamim num. CCXLIII. Aliud nomen est עֵינַיִם, quod significat *duos oculos* vel *duos fontes*. Gen. 38. 14. ubi interpretes per bivium plerique exponunt: alij ceu proprium retinent, & nomen loci esse ajunt inter duos fontes siti. Certè multum differunt Ænon & Ænan. Hoc *adjacet Thamnæ urbi maximæ, sitæ inter Æliam & Diospolim quæ adhuc incolitur*, ut scribit Eusebius in libro de locorum nominibus: illud est prope Salem & Iordanem: ubi baptizavit Iohannes. Hoc quia non animadvertit Baronius, in Annalibus ad An. 31. num. 42. ideo monetur à Casaubono Exercit. 13. num. 25. ut עֵין־נוּן, i.e. oculum piscis (נוּן enim Syris est piscis) à עֵינַיִם, id est, Ænon ab Ænan meminerit distinguere, loca nimirum plurimum discrepantia. Syrus habet עֵין־יוֹן quod sonat *oculum* vel *fontem columbæ*.

DCCCLXXXI.

Συχάρ. Σιχάρ. Sichar. Sichar.

Ioh. 4. 5.

IDest, *obstructio, occlusio, obturatio*, à סָגַר, cuius synonymum est סָגַר (nempe כ & ג aliquando inter se permutantur) *claudere, obturare, obstruere*: item *tradere*. מִסְגֵּר *carcer*: סְגוֹר *clausura*. Ex his est ferfer/*carcer*: & ἔρκος, *septum*, εἴργω, *includo*. Drusius hanc urbem eandem esse arbitratur cum Sichem, & Sichar pro Sichem dictam, sicut Beliar pro Belial, Beelzebul

pro Beelzebub, &c. Potest Sichar etiam per mercedem exponi, ac si esset שְׂכַר, de quo num. xxxv. in Isaschar. Syrus habet שָׂכַר, vide Sicera CLXXII.

DCCCLXXXII.

Βηθεσδά. בֵּית-חִסְדָא Beth-esda.

Bethesda.

Ioh. 5. 2.

IDest, *Locus benignitatis*, בֵּית-חִסְדָא sic dictus, quod ibi benignam suam potentiam exereret Deus in curandis quibusvis morbis populi sui: ut ait Tremellius. De Beth num. xxvi. De חֶסֶד in Benchesed num. DCLXVI. Alij legunt בֵּית-אַשְׁדָּה *domus effusionis*: ab אֶשֶׁד *effusio, decursus, meatus, alveus aquarum*: item *declivitas seu radix montis, ubi aquæ solent confluere*. Radici אֶשֶׁד respondet nostrum außschütten / & χεδάω, *dissipo, dispergo*.

1. Maccab. 2. 42. *Ascidæi*, i. e. diffusi seu palabundi. Deut. 3. 1. אַשְׁדּוֹת הַפִּסְגָּה *Aschdoth-pisgah*, effusiones collis.

DCCCLXXXIII.

Ἄγαβος. אַגַבוֹם Agabus. Agabus.

Actor. 11. 28.

SYriacè אַגַּב *nuntium* seu *officiarium* vel *commissarium* notat. גַּבַּאי *collectorem tributorum*, à גָּבָא *eligere, colligere*. גַּבַּב est *conquirere, exigere*. Alijs idem esse videtur cum חַגַּבְרָה, quod nomen Esr. 2. 45. legitur, & à nobis per *locustam* fuit expositum. Vide num. CCCCXXXV. Potest etiam reddi per *Festivitatem Patris*, ab חַג festum: ex quo etiam Chaggæi Prophetæ nomen est num. CCCCI. & אַב Pater num. XII. Hanc tamen

men nomenclationem Drusius tanquam ineptam reijcit: quia putat א ex אָב elidi non posse, sed scribendum fuisse חָנָאב. Denique Agabus potest notare *agricolam sive fossorem*, qui Hebræis est גַּב à Rad. גָּבַב *fodere, rusticari, agricolari*: ex qua etiam est גֶּבֶב *ager*. His affinia sunt χώπλ & graben/grube/grufft: à גּוּב vel גֻּבָּא Chald. i.e. *fossa, fovea, cisterna*: his enim solum r inseritur: quod alibi sæpe jam à nobis observatum fuit. Vide Gob, num. DCLII. Sunt denique quibus placet Agabum per *sublimem* eminentemve exponere, à R. גָּבַהּ *extollere, elevare*, num. CLXXVIII. in Gabbatha: cui Radici si אָב adijcis, exit inde *Pater excellens*, fürtrefflicher Vatter.

DCCCLXXXIV.

Βαριησοῦς. Syr. בַּר-שׁוּמָא. Barjesus. Bar Jesu.

Actor. 13. 6.

ID est, *Filius Iesu* vel *Iosuæ*: vel *filius salutis*, i.e. *præditus salute*. בַּר est *filius* vel *frumentum*, num. CLXX. in Bartimæus. Vt nomen huic Mago accommodet Hieronymus, censet scribendũ esse *Berieu* (extrito σ, quod irreptitium putat:) quem velut *in malo* positum, i.e. *maleficum* interpretatur. Hoc etymon Theodorus Beza perabsurdum esse dicit, *sive linguæ Hebrææ usum* (inquit) *sive rem ipsam spectes*. Sed haud dubiè respexit Hieronymus ad nomen Regis Sodomorum, quod habetur Genes. 14. 1. בֶּרַע *in malo*: vel potius ad nomen בִּרְיָעָה, i.e. *in malo* vel *vociferatione*: quod habetur Gen. 46. 16. Vide num. CXXXII. Forte Jeu est desumtum ex Jehovah, ut in Micajehu, Elijahu, & alijs haud paucis nominibus, quæ hactenus vidimus:

dimus: vel ab הוא, quod inter propria Dei nomina referri constat. Credibile est, Magum hunc, cuius tanta fuit apud Proprætorem Sergium quamvis prudentem virum, qualis hîc prædicatur, autoritas, se Dei filium mentitum esse: quæ certè interpretatio priore illâ Hieronymi multò est probabilior. Ecquis enim vel ipso nomine impietatem & maleficentiam præferenti fidem habeat & autoritatem tribuat? Memineris etiam quæ de יְשׁוּעַ diximus, nu. LXXVIII. in nomine Iehoschuahh: & quod ex Josippo constet, impostoribus aliis nomen Ieschu fuisse commune, ac solere confundi cum יֵשׁוּעַ nostri Salvatoris Deique in secula benedicti nomine. Sed enim quid verat Christos multos, & falsos Prophetas multos exiisse in mundum, cum hodieque tam numerosa soboles undecunque ebulliat, quæ IESV nomine tam improbè abutitur? Syrus habet Barschumah, q.d. *filium nominis*, i.e. virum celebrem, qui ex artibus Magicis magnam sibi famam peperat: id quod de Simone Mago etiam refertur, Actor. 8. 9. Vide שֵׁם *nomen*, Syriacè שְׁמָא, in Sem, num. CCXV.

DCCCLXXXV.

Paulus. Παῦλος. Syr. פּוֹלוֹס. Paulus.

Actor. 13. 9.

HOc primùm loco Apostolus, qui Saulus antea semper dictus fuit, Paulus vocari incipit: quod probabilem admodum facit eorum conjecturam, qui à Sergio Paulo recens ad fidem converso tractum nomen inditumque Apostolo arbitrantur. Hieron. in Ep. ad Philem. *Vt Scipio subjecta Africa Africani nomen sibi assumsit: & Metellus Creta insula subjugatâ insi-*

insigne Cretici suæ familiæ reportavit: & Imperatores nunc usque Romani ex subiectis gentibus Adiabenici, Parthici, Sarmatici nuncupantur: ita & Saulus ad prædicationem gentium missus à primo Ecclesiæ spolio Proconsule Sergio Paulo victoriæ suæ trophæa retulit, erexitque vexillum, ut Paulus diceretur. Constat deinde, majorem Iudæorum partem binominem fuisse, altero nomine Iudaico, altero Græco. Sic Iannæus Alexander: Ioakimus Hircanus: Saulus Paulus: Onias Menelaus, &c. Ac meâ quidem sententiâ sine opprobrio non poterat vocari שָׁאוּל, Σαῦλος apud Græcos: cum id verbi apud eos sit nota convitij, *& vilem, inconstantem ac vitiosum notet*, reducaturque ad R. בָּסַל: ex qua est כְּסִיל *stultus, insipiens.* Quare cum pervagatum esset apud Latinos & Græcos tum temporis Pauli nomẽ, illud assumere maluit. Aug. de verb. Apost. ser. 15. *Paulus à Saule nomen derivatur. Qui fuerit Saul nôstis: ipsius electa est statura procera: sic n. describit Scriptura, quod supereminens esset de omnibus, quando electus est ut ungeretur in regem. Non fuit sic Saulus, sed factus est Paulus: Paulus n. parvus: ideo Paulus modicus.* Huc respicere volunt Apostolũ, quando se ἐλαχιστότερον πάντων τῶν ἁγίων, & indignum, qui vocetur nomine Apostoli, profitetur Eph. 3 8. 1. Cor. 15. 9. Idẽ ait 2. Cor. 10. 1. & 10. *Humilis sum inter vos, præsentia corporis infirma est & sermo nihili.* V. quoq; 1. Thes. 2. 7. Chrys. Homil. de Princip. Apostolorum de Paulo loquens, *Qui tricubitalis est, inquit, cœlum attingit.* Idem Luciani hominis profani & nequissimi empæctæ verba ostendũt, quæ habet in Philopatride: ubi Paulum vocat γαλιλαῖον, ἀναφαλαντίαν, ἐπιῤῥινον, εἰς τρίτου οὐρανὸν ἀεροβατήσαντα, i.e. *Galilæũ recalvastrũ, naso aquilino, qui tertiũ usq; ad cœlum per aërem ingressus sit*, &c. Frequẽs est in huius rei mentione & ad mores ac humilita-

litatem commendandam translatione Augustinus; quem consule in lib. ad Marcellinum de spir. & lit. cap. 7. & Serm. 107. Addit Nicephorus Scriptor licentiosus lib. 2. c. 37. *Paulum fuisse corpore parvo & contracto & quasi incurvo ac paulatim inflexo*: ex quâ staturâ Paulum quasi παῦρον dictum suspicatur. Porrò sunt qui nomen Paulus ad R. פָּלָה revocant, persuasi Paulum eò respicere, quando in frontispicijs epistolarum suarum se vocat ἀφωρισμένον, *separatum*: est enim פָּלָה ἀφορίζειν, *segregare*: de quo supra DCXLI: quo de nos monet Pagninus in Lexico sub hac Radice. Drusius verò in Præteritis lib. 6. à principio accommodat τὸ ἀφωρισμένον ad R. פָּרַשׁ, i. e. *separare*: ex quo פָּרוּשׁ *separatus*, & פְּרוּשִׁים Pharisæi: ut ostendimus num. DCCCLXI. Tandem etiam ad פָּלָא recurritur: unde פְּלִיא vel פֶּלֶא *mirabilis*, idque monitu Hieronymi, ubi supra: *Paulus*, inquit, *in Hebræo mirabilem sonat. Revera mirum, ut post Saul, qui interpretatur expetitus, eò quod ad vexandam Ecclesiam à Diabolo fuerat postulatus, de persecutore vas fieret electionis.* Aliàs Hieronymus Paulum sæpe vocat *tubam Evangelij*: unde forte factum ut hoc nomen aliqui combinarent ex פֶּה *os* & חָלִיל *tuba* vel *tibia*: ut exponi queat per *os tubæ*. Vide Chavila num. CXCII. & Mephiboschet CXVII.

DCCCLXXXVI.

Μακεδονία. מַקְדוֹנִיָא. Macedonia.

Macedonia.

Actor. 16. 9.

QVi per *combustionem* seu *incendium* exponunt, referunt hoc nomen ad Hebraicum מוֹקְדָה vel מוֹקֵד

מוֹקֵד *ustio, combustio, focus*: cuius R. est יָקַד *urere, consumere, ardere*: verè namque Macedonia sub Philippo & Alexandro eius filio fax & incendium orbis extitit. Radici יָקַד adsonant *candeo, candesco*; & *cendo, accendo*; & καίω, *uro*: & zünden/anzünden: cui magis etiam affine est יָצַת *accendere, comburere, ardere*: unde ἑστία Vesta. Ovid. in Fast. *Nec tu aliud Vestam quàm vivam intellige flammam.* Convenit & nostrum hitze. Si כִּתִּים sunt Macedones, ut plerique arbitrantur, *incendiariis* cum *percussoribus* (sic enim eos reddidimus nu. c cxxx.) optimè sanè conveniet. At Iunius Cilices esse statuit in Annotationibus ad Maccab. cap. 1, lib. 1. v. 1.

DCCCLXXXVII.

πύθων. Python.

Actor. 16, 16.

Python, πύθων, est epithetum Apollinis: qui quod responsa petentibus daret, ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι dictus fertur: unde Pythia mulier eius spiritu, seu dæmonio fatidico aut ventriloquo correpta, & Pythomantis vates Pythicus. Alij à dracone, cui nomen Python, Apollinem Pythium dictum volunt: quorum conjectura optimè respondet Hebræo פֶּתֶן, quod Hebræorum DD. tradunt esse serpentis genus venenatissimi & maximè rabiosi, quod nullis incantationibus moveatur, καθ' ἀνθίφρασιν scilicet: פָּתָה enim est *persuadere*: de quo in Iapheth numer. vi. Refer igitur huc wüten: id quod Pythonissarum est furore Satanico correptarum. Sic n. Virgilius lib. 6.

Ventum erat ad limen: cum Virgo poscere fata
Tempus ait, Deus ecce Deus. Cui talia fanti
Ante fores subitò non vultus, non color unus,

Non comtæ manſere comæ: ſed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument: majorque videri,
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei. Teucris per dura cucurrit
Oſſa tremor.

Hæc & alia cruciamenta à dæmonibus miſeri Gentiles olim paſſi ſunt, & patiuntur hodieq; haud paucis in locis: quas carnificinas protinus abolet Chriſti gratia: ubiubi exſplendeſcit. Refer huc quæ in nomine *Oboth* ſupra num. CCCCXXXVI. de putidis ac fædis ἐγγαστριμύθων oraculis diximus. Certe τὸ πύθειν idem eſt ac ζήπειν *putreſcere*: unde Galli habent, quod dicunt, *il put*, i.e. *fætet, malè olet*: & Latini *putere*, *putidum* eſſe, *puteſcere*, *putreſcere*. Sit denique, quod revera eſt, Apollo Python פִּי־תְהוֹם *os abyſſi*, id eſt, *ipſius inferni*: inde enim prodijt, quicquid de Apolline jactatum creditumque fuit. Tradunt etiam Hebræorum Doctores, Phithom vel Pithon Exod. I. 11. urbem quandam Ægypti, ideo *os abyſſi* dictam eſſe: quod prima omnium aquis hauſta ſit. Nos eam aliter expoſuimus num. CCXLV. Quid ſi ab hac urbe Pythonis ſacra manaſſent? Multa in orbem reliquum Ægyptus infami ſuperſtitione nobilis derivavit: quæ à Græcis primum accepta, & varijs fabularum involucris obtecta, originem ſuam velut abſcondunt, nimiâ præſertim antiquitate omnem ſcrutationis diligentiam facilè fruſtrante: cùm revera ab Orientalibus & linguâ iſthac, cum quâ nobis eſt negotium, dependeant. Sic & Apollinis etymon incertum eſt, & fruſtra à Græcis quæſitum: quantumvis illius ſacra, ſua fecerint.

DCCC-

DCCCLXXXVIII.

Ἄρειος πάγος. Areopagus. Syr. אריום פנום.

Actor.17.22.

IDest, *Martius collis.* In hoc Areopagitæ considebant, gravissimarum causarum in Athenienſium Rep. cognitores & judices severissimi atque innocentissimi. Ἄρης est *Mars*, & πάγος, *collis.* Originem Hebræam quin habeat Ἄρης (quamvis sint qui ab αἴρειν deducant) non est dubium. אֲרִי est *leo*, symbolum fortitudinis, ab אָרָה *avellere, distringere.* Vide numer. CCCXCVIII. in Beeri & Ariel. הָרַג est *occidere*: unde הֶרֶג *interfectio*: cum quo noſtrum würgen coincidit, litera *H* adspiratâ in digamma mutatâ: nec longè abit hergen/verhergen: & ἀφαίρω, *abscindo, collido.* Sed & מָרַץ est *fortificare, roborari*, & in Niph. *corrumpere, perdere*: unde μάρναμαι, *pugno*, μάρη, *manus, potentia*: & noſtra Mauritius, Moritz / מָרַץ, i.e. *perruptor, percussor*: unde ῥώσις, *corroboratio*, ῥώω, ῥώννυμι, *firmo.*

DCCCLXXXIX.

Ἄσσος. Assus. Asſon.

Act.20.14.

IDest *Fundamentum*: hoc enim Hebræis est אֲשִׁישׁ: quæ tamen vox etiam *lagenam* & *dolium* significat, 1.Par.16.3. & 2.Sam.6.19. R. אָשַׁשׁ est *sedere, firmum, stabile esse.* Hinc Græca ἰσχύς, *robur*: ἰσχύω, *valeo*: & noſtrum ſitzen.

DCCCXC.

Ἄγκυρα. Anchora. Ancker.

Act.27.30.

Videtur, hoc vocabulũ esse catholicũ, atq; idcireo non

non prætereundum. Hebræi *Anchoram* vocant עֲגָן vel הָעֲגָן à R. עָגָה *tardare, morari*: quod anchora retineat navim. Aliàs ἄγκυλος, est *curvus, aduncus*: à quo anchoram propter curvitatem Grammaticorum vulgus deflectit.

DCCCXCI.

Βάρβαρος.

Col. 3. 11.

EGo *arbitror*, inquit Strabo lib. 14, *ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, asperè ac duriter loquebantur: ut blæsos balboſque dicimus: ſumus enim ad confingenda cognata rebus nomina ingenioſi: qualia apud nos permulta ſunt: ut* κελάρυξις, ψόφος, βοή, κρότος, κελαγή, &c. At Scaliger Exercit. 51, *Soli*, inquit, *Numidæ legitima vocè Arabibus Elbarbar, quod apud eos murmur ſignificat, nominantur: quippe hoc eſt eis obiectum ab Arabibus propterea quod utantur inculto ſono. Quanquam equidem à deſertis ita dictos reor. Bar enim Arabicè deſertum.* Imo & Chaldæis & Syris בָּר & בָּרָא ſignificant *extra, foris, foras*: item, *ager, ſylva, campus*: בָּרְיָא *exterior, alienus, extraneus*. נָפַק בָּרָא, i. e. *egrediens foras*, periphraſis ſcorti (ut habet Buxtorff. in Lexico,) quod ſemper evagari & diſcurſitare ſoleat. Geminatur ergo *bar* more Hebræorum in βάρβαρος, imò & more Latinorum in *etiam atque etiam, longe longeque, magis magiſque*, &c. Non eſt itaque verum quod quidam ajunt, Athenis primò fuiſſe excogitatum: quod peregrini & advenæ, cum ibi Græcè loqui inciperent, ſæpe in vocem βάρβαρ proruperint. Hebræis בַּרְבָּרִים ſunt *galli ſylveſtres* vel *aves obeſæ*, 1. Reg. 4. 23. quas ex Barbaria, ut habet Talmud, afferebant negotiatores Salomoniaci, ut Regiæ iſs epulæ inſtruren-

ſtruerentur. Vſus vocis βάρβαρος varius eſt. *Niſi ſciero* (inquit Apoſtolus 1. Cor. 14. 11.) *vim vocis, ero ei qui loquitur, barbarus, & qui loquitur apud me, barbarus fuerit.* Sic Ovid.

Barbarus hîc ego ſum, quia non intelligor ulli.

Latini *barbaros* omnes vocabant, qui non parebant imperio Romano, ut docet Alciatus *ad l. Scriniis omnibus. C. de Palatinis ſacrarum largitionum. l.* 12. *t.* 24. Græci barbaros omnes nominabant, qui non erant ſuæ nationis. Hebræis hoc ſenſu dicitur לַעַז Pſal. 114. 1. à Rad. לָעַז *barbare loqui*: unde λαὸς & noſtrum *Lay/laicus*. Memorabile eſt quod ex præſente loco Epiſtolæ ad Coloſ. Epiphanius præfatione in lib. de Hæreſibus, quinque hæreſium fundamenta conficit, 1. *Barbariſmum*. 2. *Scythiſmum*. 3. *Græciſmum*. 4. *Iudaiſmum*. 5. *Samaritaniſmum*. Et Damaſcenus lib. de hæreſibus: *Omnium*, inquit, *ſectarum genera ſunt quatuor, Barbariſmus, Scythiſmus, Helleniſmus, Iudaiſmus. Barbariſmum* ponunt hi autores ab Adamo ad Noham, & ſic appellant, quod primis illis temporibus homines non habuerint principem aliquem, quem ſequerentur: *Scythiſmum* à Noha uſquo ad Phalegi & Serugi tempora poſt diluvium: inde *Helleniſmum* uſque ad Abrahamum: inde demum *Iudaiſmum* & *Samaritaniſmum*.

DCCCXCII.

Ἁρμαγεδδών. Harmageddon. Harmageddon. Armageddon.

Apoc. 16. 16.

EST nomen loci proculdubio ab aliquo inſigni eventu ſic dicti (ſicut Kibroth-taavah Num. 11. 34. & Me-meribah Num. 20. 24. Chorma Nu. 21. 3. (

cuius

cuius tamē expressa mentio in Scripturis non extat. Significat autem *excidium exercitus eorū*, vel *militia anathemati subiecta*. חֵרֶם & חֲרְמָה *perditio, interfectio, excisio*. Vide Chorma num. LXXIX. גַּד *exercitus, cuneus militum populabundorum, manipulus furum excursionem facientium & omnia prædantium*: à גָּדַד *congregare exercitum*: item *lacerare, incidere*. Vide Gad num. XXXIII. Alij Harmageddon per *montem evangelisationis* seu *lati nuntij* exponunt, ab הַר *mons*, de quo in Hor num. LXXXI. & מָגִדּוֹ, quod extat Ios. 12. 21. Iud. 5. 19. 2. Chr. 35. 22. & à nobis per *euangelisationem* fuit expositum. Vide Magdiel, num. CCCXXCVII. Hunc læti nuntij seu evangelij montē infestatum iri ab inimicis Dei, Iohannes Propheta Euangelicus prænuntiare videtur. Potest etiam exponi per *montem rerum pretiosarum*: nam מָגָד plur. מְגָדִים κειμήλια sunt, *res magni pretij, vestes, gemmæ, lapides, odores*, & quicquid est magni æstimij. Liceat etiam huc arcessere R. גָּדַע, i.e. *excidit, succidit*: requite Gideon XCIX. sic Harmageddon erit *mons excisionis*. Potest חֲרְמָה etiam connecti cum חֵרֶם per metathesin, & significare *insignem & magnam perditionem*. Libet subjungere judicium magni Regis Angliæ Iacobi de etymologia & significatione huius vocis tot interpretationibus obnoxiæ, quod extat in præfatione Paraphraseos Apocalypticæ: *Vocem*, inquit, *Hebraicam Armageddon etsi ego interpretor ruinam per fraudem*: *nempe ex* עָרְמָה ngorma, & גְּדוֹן geddon, *quod ab historia nihil abludit; quia est nomen loci, ait Ioannes, ubi dolo Satanæ triumque eius spirituum coeuntes impij, nempe cum fidelibus bellaturi, omnes divina manu interierunt*: *& sic per fraudem accersita est illis ruina*: *Alij tamen eâ voce stragem per aquas denotari volunt; tanquam* הַר-מֵי harme, & גְּדוֹן geddon; *quod etiam cum historiâ satis congruit: nam aquæ in*

hoc libro non semel populorum & gentium inundationes significant: ut apparet ex contextu cap. 17. Alij denique stragem inimicorum Dei factam à Iosuâ in monte Mageddon: quod etiam ab historia nihil habet alienum. Hæc Rex doctissimus. עָרַם est à עָרַם, i.e. callidum, astutum esse: unde serpens עָרוּם dicitur. Gen. 3. v. 1. Vide Ramires. in Pentecont.

DCCCXCIII.

Βήρυλλος. Beryllus. Beryll.

Apoc. 21. 20.

BEryllus Chaldaica vox est, quæ in reliquas manavit linguas, בִּירוֹלָא & בִּרְלָא בּוּרְלָא plurali בִּירוֹלִין *Berylli*. Onychinum lapidem alij esse volunt. Rabbini Beryllum עֵין עֶגְלָה vocant, i.e. *oculum vituli*, à colore. Hinc *perla*, persice: quæ à בֵּאר deflexa creduntur, i.e. *clarum reddere*: unde בְּאֵר *fons*. Vide num. xix.

SEquuntur nomina ex Apocryphis petita libris: quæ fere nulla deinceps egent interpretatione, postquam Fr. Junius ea ad fontes suos revocavit: quæ ut Hieronym. Comment. in Ezech. cap. 40. scribit, *nimia vetustate corrupta vel Scriptorum vitio depravata fuerant: adeo ut de verbis Hebræis facta essent Sarmatica, imò nullius gentis, dum & Hebræa esse desierant, & aliena esse caperant.* Nec est, cur Junius ipse in suis Annotationibus ad 4. libr. capit. 4 Esræ vers. 36, ubi nomen

Iera-

Ieramaeel occurrit, scribat, illud nomen in totis Bibliis non extare. Extat quippe יְרַחְמְאֵל 1. Par. 2. 8. & cap. 24. 29. nec non Jerem. 36. 26. quod per *misericordiam Dei* fuit à nobis expositum. Ex Canonicis quoque libris petita sunt *Vriel*, *Schealtiel*, &c. quorum hoc loco fit mentio: ut de Jeremiel minimè sit dubitandum: quin & ipsum genuinum sit atque sacrum, non Rabbinicum nec Magicum, nec solis planaticis Judæis cognitum, ut putat Jun. Sed nos pauca eaque scopo nostro servientia prosequemur.

DCCCXCIV.

הַר-שָׂרֵת Har-schareth. Arsareth.

4. *Esr.* 13. 45.

ID est, *Mons ministerij*. De הַר & הָרָה mons, vidimus num. LXXXI. in Hor. Radix שָׂרַת in Piel שֵׁרֵת est ministrare: unde שֵׁרֶת *ministerium*: & מְשָׁרֵת *minister*. Hinc στρατιώτης, *stratiota*, & στρατεύομαι, streiten: item schergant/ Gallicè *sergeant*: *satrapa*, σατράπης, σατραπεία, *præfectura*: שֵׁרֶת enim propriè honestam servitutem notat: שִׁפְחָה autem conditionem servilem, unde שִׁפְחָה ancilla: cui alludit σπεύδω, i. e. festino: quod ancillas sui officij admonet.

DCCC-

DCCCXCV.

אֲחִיקָר Achikar. Achiachar. Achikar

Tob. 1.24.

ID est, *Frater pretiosus seu honoratus.* אח *frater*: de quo numer. cccc v. יָקַר est *pretiosus, rarus, honorabilis*: quod cum Latino *carus* ferè coincidit: *omne* enim *rarum carum*: ut est in proverbio: & *carum* est à *carendo*: id quod ferè convenit cum Hebræo יָקַר *deficere, minuere*. R. יָקַר est *honorare, in honore & pretio esse, rarum & carum esse*. Nos dicimus küren/i.e. *eligere pretiosum* vel *optimum quodque*: unde Chürgut/vel Kürgut/ i.e. *insigniter electum & pretiosum admodum*, Churfürst/ *honoratissimus inter Principes*. Conveniunt etiam *gratus & carus*, ut & χαρίεις, i.e. *gratus, acceptus*. Latini hinc habent *jecur* viscus illud pretiosum, ut vocat Fernelius: quod aliàs Hebræis dicitur כָּבֵד ob eandem causam & quia inter cætera est *gravissimum*. Suspicor hoc nomen corruptum & pro אֲחִיקָם 2. Reg. 22.12. positum esse; alias enim in Canone Achikar nusquam extat.

DCCCXCVI.

בֵּית-בִּירִים Beth-birim. Beth-birein.

Iudith. 15.4.

ID est, *Domus vestium pretiosarum*. De בַּיִת domus nu. xxvi. Nomen בִּרְמִים Ezech. 27.24. in pl. est genus vestimenti pretiosi. Ei respondet, brennen/ verbrennen. Ipsum בִּרְמִים & *pretium* quid distant?

DCCCXCVII.

Σειρὰχ. Sirach. Sirach.

SIbilum notat hoc nomen, qui Hebræis est שִׂרְכָּר à Rad.

à Rad. שָׁרַק *sibilare*: ex qua est *Schurek* punctum vocale Grammaticorum: cuius sonitum sibilus repræsentat. Ab eo est Συριγξ, *fistula*, & Συρίζω, *fistula cano*: & *sorex* suo se indicio prodens.

Gen. 36. 36. מַשְׂרֵקָה *Masrekah*, sibilus.

DCCCXCVIII.

Maccabæi. Μακκαβαῖοι. Machabæi. Macbæi. Maccabeer.

TRadunt à militari vexillo hoc nomen originem suam habere, quod quatuor literis isti Jehudæorum, qui populares suos à tyrannide vindicarunt, Principes inscripserunt, nempe M.C.B.I. ut olim Romani facere sunt soliti. Quibus literis significatum est Hebraicè dictum illud Moschis Exod. 15. v. 11. *Quis est par tibi inter Deos Iehova?* מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם יְהוָה. Ex hac inscriptione vexilli & à popularibus & ab exteris omnibus Macbæi una voce fuerunt appellati, aut vocabulo corrupto Maccabæi. Hæc Junius in cap. 1. lib. 1. Maccab. v. 1. ex recepta tum Judæorum, tum Christianæ professionis autorum plerorumque sententia: quæ tamen Scaligero displicent in lib. 3. Canonum Chronologicorum & lib. 5. de Emendatione temporum: qui Iudæ natu maximi Mattathiæ filij cognomentum fuisse dicit מַכָּבָה à כָּבָה *extinxit*: de quo num. DXLV. Hoc modo Maccabæus *extinctorem* notat bellorum scilicet civilium: quibus tum gens misera & supra modum afflicta conflagrabat. Alij variè luxuriantur in huius nominis origine scrutanda. A μάχομαι ajunt: ut *pugnantem* notet. A נָכָה ut *percussorem* significet. V. num. CCXXXI. Alij ex eadem Radice מַכָּה, i.e. *plaga per me*, hostibus scilicet illata. Alij מָקַב scribunt à נָקַב *perforavit*. V. n. DXXC: quod iste perruperit

& contuderit cuneos hostium. Alij à כָּאַב *dolere*: quod in Hiphil est מַכְאִיב *dolore afficiens*, sc. persecutores. Alij à חָבַב *amare*: ut ἀγαπητὸν seu φιλικὸν significare videatur. Vide Fullerum cap. 13. lib. 2. Miscell. & Matth. Mart. in Lexico. Isidorus Pelusiota Ep. 4. lib. 3. *Maccabæus Persicâ linguâ dominum sonat.* Ergo respondeant verba חָבַשׁ *dominari, ligare*: vel כָּבַשׁ *subijcere, subjugare.*

DCCCXCIX.

Δεὶμύλος. Drimylus. Drimylus.

Ex 3. lib. Maccab. cap. 1. v. 4.

DRimylus δριμύλος & δεμὺς est *acer, acutus* propriè in sapore: metaphoricè *prudens*. Hebræis דָּרוֹם est *meridies* Deut. 33. 23. Quidã altitudinis notam voci huic inesse augurantes ד negligunt, & à רוֹם arcessunt, i.e. *altum esse*: de quo num. XII. in Abraham. Assonat voci דָּרוֹם græcum θερμαίνειν & θέρειν, *calefacere*, θέρος, *æstas*, θερμὸς, *calidus*: & *thermæ* item *meridies* per anastrophen. Cum θέρω & דָּרוֹם facile quoque conciliatur dörren / i.e. *torrere*.

DCCCC.

Gaddesch. Gaddis. γαδδὶς. ἰαδδὶς. Gaddis.

1. Maccab. 2. 2.

EST hoc nomen officij, inquit Iunius, non autẽ, ut putavit Vulgus, cognomen Iochananis. *Gaddesch* notat præfectũ rebus coacervatis seu cõparatis. ut si Quæstorem dicas ærarij: quod officiũ fuisse Iochananis, ut res comparatas curaret atq; conservaret, docet Historia infra c. 9. 36. quamobrem etiam idem appellatur Ioseph, 2. Macc. 8. 22. & 10. 19. גָּדִישׁ est *acervus, cumulꝰ frugũ in areâ*. Modernis Iudæorum

rum Doctoribus גָּדַשׁ est *impletio mensuræ, ita ut redundet*, ut Kimchi ait, *supra os suum*. Omnes, inquit, mensuræ, quæ erant in sanctuario, erant גְּדוּשׁוֹת *redundantes*. Huic nostrum geschüttet vel beschüttet satis congruit. R. גָּדַשׁ non occurrit in Canone. Gallis & Belgis *tas* per apocopen primæ Radicis syllabę est *cumulus, acervus*: forte hinc est Τάσσω, Τάττω, *ordino, dispono*.

DCCCCI.

Taschi. θασσί. טַשִׁי Thasi. Thasi.

1. *Maccab* 2.3.

ID est, *Secretarius* (inquit Jun.) Secretorum & fidelium consiliorum autor: quo nomine commendatur Simeon à parente infra v. 65. R. טָשָׁא Chaldæis & Syris est *abscondi, occultari, latere*: item *recondere, reponere asservandi causa*. Huic respondet Hebræum טָמַן, de quo in Mammon, num. DCCCLXII. Arias Montanus per *obliviscentem* exponit à נָשָׁה. Vide Manasse numer. LIV. Sed & per *diffusum requiescentem aut dimittentem* potest exponi, à נָטַשׁ *relinquere, dimittere liberum, evellere & avulsum relinquere*: in qua significatione ferè convenit cum נָתַשׁ *eradicare*: ut vidimus num. DCCXVII. in Chattusch. Tandem etiam per *festinabundum* potest reddi, à טוּשׁ *festinare*: quod aquilæ accommodat Jobus c. 9. 26. Hoc respondet Chaldaico טוּס *volare, avolare*.

DCCCCII.

Cephar-Salma. καφαρσαλμά. Caphar-salama. Caphar salama.

1. *Maccab*. 7.31.

ID est, *Villa scala*. כְּפַר & כֹּפֶר *villa* proprie ea, quæ est extra urbem, sive pagus muro non cinctus, sic dictus, quod ex materia glutinosa construatur, quæ

eadem voce nuncupatur. Rad. כָּפַר est *bituminare*: de qua num. DIII. in Cephira. סֻלָּם est *scala* Gen. 28. 12. Qui paucitati Radicum ſtudent revocant ad סָלַל *elevare, exaltare, ſternere*: ſtrata enim ſcala ſurſum elevamur atque adſcenſimus. Vide Salu CCCCLXXI. Pulchrè hîc inter ſe conſpirant linguæ סֻלָּם, σχαλὶς, *ſcala*, κλίμαξ, leitter/klettern.

DCCCCIII.

Acra.

1. *Maccab.* 9. 52.

Ἄκρα, *arx, cacumen montis, vertex, promontorium.* Sic dicta eſt tertia pars Hieroſolymorum græcâ appellatione, ut patet ex 1. Maccab. 4. 41. Hanc Jonathan inſtauravit: ut hoc loco dicitur. Poteſt tamen Acra quoque deſumi ex Hebræo אִכָּר, i. e. *agricola, arator*. Hoc ad כָּרַר reduci ſolet: quod eſt *fodere*. Vide DCXXXVIII. Planè coincidunt acker/ *ager*, ἀγρὸς: & *arare*, ἀροῦν, ackern.

DCCCCIV.

Phaſelis. βαλιλὶς. φασηλὶς. Phaſelis.

1. *Maccab.* 15. 23.

Nomen eſt inſulæ à phaſelo, græcè φασήλῳ, quod erat navigij genus, agitatu facilis. Origo eius videtur eſſe Hebræa, nempe ex R. פָּסַל, quæ ſignificat *dolare, ſculpere*: & uſurpatur tam de lignis, quàm de lapidibus: unde פָּסֶל & פְּסִיל *ſculptile*. Fortaſſe nobis ex eo innotuit pinſel/ & Latinis *peniculus, penicillus*: huius enim in ſculptilibus ornandis uſus eſt. Sed propiora ſunt πελεκίζειν, *exaſciare, ſecuri ferire*: πέλυς, *ſecuris*, quod cum noſtro beil convenit. Chaldæis quoq; פַּלְקָתָא eſt falx. Quod autem פִּלֶגֶשׁ ijdem *pellicem* vel *concubinam* nominent, ex παλλακὴ eſſe potest: niſi

est: nisi sit ex Hebræo פִּילֶגֶשׁ, quæ ancillam viro ad usum thori conjunctam significat. Affinis est Radici פָּסַל verbum סָמַל, unde סֶמֶל *sculptile*, *simulachrum*. Hinc Latini habent *simile*.

DCCCCV.

Abubi. ἀββυβος. Abobi. Abobi.

1. *Maccab.* 16. 11.

ABubi exponunt per *patrem vacuitatis*, ab אָב pater: de quo num. XII. in Abraham. & R. בּוּב vel בִּיב vacuum esse: unde נָבוּב in Niph. i.e. *vacuus, evacuatus*, Iob. 11. 12. Hinc omninò est Latin. *vacuus*. Cæterum אֲבוּבָא Chaldæis & Syris est *fistula*, tibia, eine pfeiff: quod nostrum vocabulum illi planè consonat. Hinc dictas *Ambubaias* tibicinas apud Horatium lib. 1. serm. Sat. 2. opinantur: licet alij à bajis, circa quas hæ prostitutæ pudicitiæ mulieres versabantur, nuncupatas arbitrantur ab *amb* & *baja*. De אָבִיב & אֲבִיבָא, i.e. *spica*, item mensis Abib, qui Martio respondet, vide LXIII.

DCCCCVI.

Nephtar. Nephthar. Nephi. Ephthar. Nephthar. ἐφθάρ. νεφθάρ.

2. *Maccab.* 1. 36.

VOcavit autem Nechemia locum illum Nephtar, *quod si interpreteris purificationem notat, vocatur q; à Vulgo Nephtar*. Hæc sunt Autoris in textu Biblico verba, ad quæ in suis Annotationibus Iunius addidit: *Vox Syra non autem Hebræa origine: quod rem esse fabulosam docet: fuisset enim procul dubio Nechemia Hebræum nomen tam sancto Dei operi impositurus*. Erat sanè Nechemias ferventissimus Hebrææ linguæ conservator, & peregrini idiomatis osor acerrimus: id quod Canonica nobis

nobis scripta testificantur, cap.13.v.23. Nehem.ubi memoratur maledixisse ijs, qui peregrino idiomate utebantur, imò eos percussisse & deglabrâsse, tandemque juramento obstrinxisse Iudæos suos, ne peregrinitati sermonis exotici locum ullum superesse paterentur. Nam hac de caussa matrimonia quoque cum peregrinis inita rescindere, & mulieres Aschdodæas suas sibi res habere jussit. Ex quo non probabilis sed planè evidens fit Iunij nostri doctissima collectio. Chald. & Syr. פַּטִּיר, in fæm. פַּטִּירָא est *purus pura, infermentatus, azymum, lutum non mixtum arena.* à פְּטַר *dimittere & dimitti, discedere, migrare.* Sunt qui Nephtar in Nechpar vertunt: ut huc possint accire R. Hebr. כָּפַר, i.e. *expiare, purgare, removere aliquid ne ultra appareat, non imputare, abscondere:* ex quo כֹּפֶר, quod inter alia significat λύτρον, *pretium redemptionis.* Sed nobis videmur, veram originem attigisse.

DCCCCVII.

Esdrin. Hesdrin. Esdrin. Ἔσδρην.

2. *Maccab.*12.36.

IDest, *Ordo*, à סֵדֶר. Iob.10.22. ubi tantum extat: at Rabbinis frequentatur loco טוּר, i.e. *series, ordo, dispositio*: de quo in Ietur, num. CCCXLIV. A סִדַּר Rad. quæ Syris valde est usitata, & *disponere, aptare, instruere* significat, est מְסִדְרוֹנָא *vestibulum, gradus ordinati ad introitum domus, vel subsellia & ordinata scabellorum dispositio.* Iud.3.23. שִׂדְרוֹת *septa, acies, ordines.* Accedit ad סֵדֶר zierde/item *series, & strues.* Apud Rabbinos & eorum lectores *Seder Hholam* est *series seculi.*

DCCCCVIII.

Dessau. Δεσσάυ. Dessa.

2. Maccab. 14. 16.

IDest, *Pinguedo vel cinis* à דָּשַׁן, quod contrarias hasce significationes habet: nihil enim à *pinguedine* alienius est *cinere*: cum ignis, qui cinerem relinquit, omnem pinguedinem statim absumat. Verbum דָּשַׁן est *impinguari, crassescere*: in Piel, *impinguare, cinerem removere*, vel *in cinerem vertere*. דֶּשֶׁן *pinguis*. Vnde δασὺς, & *densus*. In significatione *cineris* assonat nostrum aschen/ demtâ primâ literâ.

PRÆTERMISSA.

DCCCCIX.

יַבֹּק Jabbok. Jeboc. Jaboc. Jabok. Ἰαβώχ.

Gen. 32. v. 22. 23. 24.

SVrgens *Iahhakob ea ipsa nocte accepit duas uxores suas, & duas ancillas suas, & undecim natos suos, & trajecit vadum Iabboki: ijsque acceptis & transmissis transtorrentem illum, transmisit etiam, quod habebat. Sed cum reliquus esset solus Iahhakob,* יִאָבֵק *luctatus est quidam cum eo, donec adscenderet aurora.* Manifestum est à luctâ Iacobi dictum esse hunc torrentem ab אָבַק Radice: quæ in Niphal significat *luctari*, in hoc vers. 24. & 25. bis usurpata. Nomen אָבָק est *pulvis*: hunc enim excitant luctatores: unde phrasis Latinorum: *in arenam descendere.* Inde ἄβαξ, *abacus*, i.e. tabula in qua mathematici, numeros lineas, aut quasvis figuras seu diagrammata ducunt, idque in pulvere superinsparso plerumque: quales figuras Persius vocat *secto in pulue-*

pulvere metas. Eadem ratio & conciliatio est κονίας certaminis & verbi κονίζειν certare cum κονὶς, *id est*, i.e. *pulvis*: quanquam & κονία pro *pulvere* & *calce* sumitur. Est igitur propriè κονίζειν q.d. *in pulverem seu arenam ad certandum descendere*: ex quâ vocis expositione intelligunt Diaconi & Ministri Ecclesiæ, sui officij esse κοπιᾶν καὶ ἀγωνίζεσθαι, ut monet Apostolus Col. 1. 29. De Iabbok vide Num. 21. 24. Deut. 2. 36. & cap. 3. 16. Ios. 12. 2. Cæterum *abacus* etiam congruit ad Rad. אָבַךְ *extolli, elevari*: talis est mensa elatior, cui scyphi & vasa alia, atque eduliorum receptacula imponi solent.

DCCCCX.

אשבע Aschbeahh. Asbea. Asbea.

ἐσοβά. ἀσβηέ.

1. Par. 4. 21.

ID est, *Ignem eructans*: vel *ignem scaturire, seu ebullire faciens*: ab אֵשׁ ignis, de quo in Ascenas, num. 226. Rad. נָבַע est *eructare, ebullire, scaturire*; inde מְבוּעַ *vena, fons, scaturigo aquarum.* Cæterum antiqua translatio אַשְׁבֵּעַ exponit per *juramentum*, à שָׁבַע quod in Niphal est *jurare*: de quo in Berseba num. xix. Sed sæpe monuimus, nomina propria exponi à translatoribus non debere. Nostra verò expositio verisimilior ijs videbitur, qui advertunt, hoc nomine notari gentem, artificem in *byssо*: quod velum candidissimum & purissimum ignibus non absumi scribit Plinius lib. 19. cap. 1. *Vivum* id genus *vocant* (inquit) *ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis favillam ab reliquo separant cinere.* Nihil opinor, impedit, quin ad opificij byss-

byssini officinas nomen אַשְׁבֵּעַ juxta eam quam tradidimus derivationem ac compositionem trahatur: sic enim ratio purificandi byssum illustrabitur. Notandum tamen: raram byssum tam durabilis naturæ esse: ut ignibus emaculetur. De בּוּץ byssus, βυσσὸς, weiß/ vide num. DCV. in nomine Tebetz.

DCCCCXI.

Βαραββᾶς. Barrabas. Barrabas. Syr.

בַּר-אַבָּא

Matth. 27. 16.

VAriæ circumferuntur huius nominis expositiones. Alijs ex Syro est בַּר-אַבָּא *filius patris*, ein Vatterſöhnlein / *discinctus* scilicet *nepos*, & *patrimonij profusor*, delicatè nimium enutritus, & inde in omnia scelera projectus. De אַב vide Abraham num. XII. De בַּר Bartimæus, num. CLXX. Alijs à בַּר & רַבָּא q.d. *filius magistri vel heri*. De Rabba & Rabbi diximus num. CLXXV. Potest denique etiam exponi per *filium famis seu famelicum*: ut intelligatur iste fame compulsus ad latrocinandi & ex cæde ac sanguine vivendi consuetudinem animum adjecisse. R. רָעַב sive רָעֵב est *esurire, famere, famescere*: unde רָעֵב *famelicus*, & רָעָב ac רָעָבוֹן *fames*. Videtur inde orta per metathesin vox græca ἄβαρνα, i.e. *fames*. Alludunt etiam *voro, fressen*/ φορβή, i.e. *pabulum*, βοσκή, *esca*, βρώσκω, *comedo*, βρῶσις, *cibus*.

DCCCC-

DCCCCXII.

Boscama. Baschama. Bascama. Βασκαμᾶ.

1. *Maccab.* 13. *v.* 23.

DVbia est huius vocis scriptio & interpretatio. Iunius corruptam esse arbitratur, & pro ea Botzekatham ponit ex Ios. 15. 39. de qua vidimus numero DXLIV. Sed quia instituto nostro servire potest, eam insuper habendam non fuimus arbitrati. Exponimus igitur per *opprobrium oblivionis*: vel *pudoris oblivionem*: ut sit בָּשְׁכַּחְמָה à בּוּשׁ, i.e. *pudore suffundi*: de quo in Mephiboschet, num. CXVII. & שָׁכַח *obliviscì*: unde שָׁכֵחַ *oblivioſus, oblitus*: quod est nomen Toar. Alludunt Χιὰ, *umbra*, & Χιάζω, *obumbro*: cum quibus חָשַׁךְ, i. e. *obtenebrescere*, fere coincidit: nam ablata prima radicali remanet שַׁךְ: inde Χιὰ, & Lat. *fuscus*. Virgilius:

Nox ruit & fuscis tellurem amplectitur alis.

Vbi ח in *f* facili commutatione trasijsse videtur. Polonis *czien* umbra est, quæ nobis schatten/Belgis & Anglis schadow/omnia haud parum assonantia. Easdem præterea literas habent שָׁכַח oblivisci, & חָשַׁךְ obtenebrescere.

DCCCCXIII.

בֵּית-לֶחֶם Bethlachem. Bethlehem. Bethlehem. Βηθλεέμ. Gen. 35. 19.

VRbs binomia, Ephrata, i. e. *frugifera* dicta supra n. LV. & Beth-lechem, i. e. *domus panis*. Patria hæc fuit Davidis tam typici quàm veri. De Beth, & בַּיִת vide Bethel, numer. XXVI. לֶחֶם, *panis*, à לָחַם est *edere, comedere, cædere, pugnare*: Tralatitia enim est significatio à gladio ore suo corpora hominum

devorante: unde מִלְחָמָה *bellum*. Vnde Latinis est *militia & milito*, Græcis μωλέω & μωλέω in eadem significatione. Ad לֶחֶם autem, quatenus significat *placentam*, λάγανον, *laganum* quadrat: qui sunt panes lauti & delicati: teste Athenæo. Nostrum quoque maal / i. e. *convivium*, ex לֶחֶם per apostrophen factum est, ad quod rursum congruit *epulum* Latinorum, præpositâ e litterâ.

Ios. 15. 40. לַחְמָם *Lachmam*, i. e. panis eorum: ubi Junius & Tremellius legunt Lachmas: de quo vide num. 546.

DCCCCXIV.

בַּעַל מְעוֹן Bahhal-mehhon. Baalmeon. Βεελμεών. Baalmeon.

Num. 32. 38.

ID est, *Idolum habitaculi*. De בַּעַל v. num. c. מָעוֹן est *habitaculum, locus, mansio*: pl. מְעוֹנִים *mansiones, loca, habitationes*. Hinc antiquum *magus & magum* pro qualicunq; habitatione urbis aut pagi. quod mansit in compositis apud nos & Gallos tritis, nominibus nempe locorum & urbium, v. c. *Noviomagum, Rhotomagum, Neomagum, Iuliomagum, Cæsaromagum*, i. e. Cæsaris, Iulij pagus sive urbs: nam generalis est eius significatio, contra quàm censet Bodinus in Methodo Historicâ. R. עָנַן vel עוּן est inusitata. Inde est עוֹנָה *cohabitatio maritalis, concubitus*: item *certum & determinatum cuiusque rei tempus*: ut exponunt Rabbini. Exod. 21. 10. Quò referunt quidam עוֹנֵן, i. e. *tempora observare*: ex quo מְעוֹנְנִים dicuntur *observatores temporum seu astrologi*: quamvis ad עַיִן, i. e. *oculus*, rectius forte referatur: ut præstigiatores notet: qui oculis illudunt. De quo vide nu. CCXLIII. 1. Pa-

1.Paral.4.13. מְעוֹנֹתַי *Mehhonotai*, habitacula mea.

DCCCCXV.

גַּעַל Gahhal. Gaal. Gaal. γαάλ.

Iud.9.26.

IDest, *Abjectio, abominatio*: quæ Hebræis est גֵּעַל à גָּעַל *abominari, reprobare, abijcere, amoliri cum fastidio, nauseare, despumare instar ollæ ferventis & egerentis superflua.* Non ineptè hinc deduxeris nostrum eckel/eckelen/i.e. *nauseare*: item galle/χολὴ, i.e. *fel*, hoc enim vomitum ciet.

DCCCCXVI.

נֹגַהּ Nogah. Noge. Noga. νογὴς. νωγά.

1.*Par.3.7.*

IDest, *Splendor*, & καὶ ἑωσφόρος, *Lucifer*. à נָגַהּ *splendere, lucere, album, candidum esse.* Hinc antiquum nægeus, i.e. *candidus, albus, clarus.* Livius Andronicus: *simul lacrymas de ore nægeo detersit.* Vbi Festus, *nægeo, i.e. candido.* A נָגַהּ per inversionem fit hagen/behagen/i.e. *vehementer placere*: nã luce nihil amabilius, juxta Ecclesiasten cap.11.7. *Dulcis est hæc lux, & bonum hisce oculis adspicere hunc solem.* Appropinquant etiam *novus*, new/νηὸς, i.e. *recens*: item *nix, ningo*, nempe propter candorem. Forte γάνος quoque hinc venit, *voluptas, splendor*: unde *canus* esse potest. Γαιάω, γανέω & γανόω, i.e. *splendeo, illustro, dealbo.*

DCCCC-

DCCCCXVII.

בֵּית-תַּפּוּחַ Beth-thappuach. Beth-thappuah. Beth-thaphuah. Beth-thappuah. Βηθθαφφούθ.

Ioſ.15.53.al.52.

IDeſt, *Domus pomi.* תַּפּוּחַ fructum quemlibet odoris boni, inprimis *pomum* notat, à פּוּחַ *flare, ſpirare*: de qua R. egimus in Nophach, num. CCCCLXIV.

DCCCCXVIII.

כַּשְׂבָּאוֹן Casbon. Casbon. χασφών.

1. Maccab.5.36.

VAriè legitur hoc nomen in libris Maccabæorum. Iunius Cheſchbonem urbem eſſe putat: de qua nos num. CCCCLXIII. egimus. Quod ſi iſto modo ſcribitur: per *agnum mœroris* poteſt exponi. כֶּשֶׂב eſt *agnus, ovis annicula*: nam ſi annum excedit, dicitur אַיִל *aries*. De אוֹן, i.e. *luctus, mœror*, vide Benoni num. XLVII.

DCCCCXIX.

כַּרְכַּס Carcas. Charchas. καρκάς. Carcas. Charcas.

Eſth.1.10.

IDeſt, *Poculum agni.* כּוֹס eſt *calix* ſeu *poculum rotundum, & quaſi in ſe collectum*: nam reduci ſolet ad R. כָּסַס *adnumerare, ſupputare*: unde מִכְסָה *ſupputatio*: & מֶכֶס *cenſus, vectigal*. A כּוֹס eſt χοῦς menſura Attica: it. vaſis genus: ſic & κόσκινον vel κόσκυον, *poculum* & *calix* per epentheſin lit. l. A כֶּסֶף autem eſſe *cenſum* & κῆνσον & zinſs/ & caſſe mercatoribus notiſſimum nomen,

men, nullum est dubium: sicut à δασμὸς Gallicum *dace* & nostrum **dezem**: nisi hoc postremum ad *decimas* referre mâlis. De *Car*, vide Bethcar, n. DCXIX.

DCCCCXX.

כַּמֹּן Cyminum. κύμινον. **Kümmel. Kümel.** Syr. ܟܡܘܢܐ.

Matth. 23. 23.

CAtholica vox est. כַּמֹּן κύμινον, *cuminum* vel *cyminum*, Italis *cumino*, Hispanis *comino*, Gallis *comin*, Anglis *cummin*, Flandris *kymin*, nobis **kimmel**. Reducitur ad R. כָּמַם *recondere, abscondere*: Deut. 32. 34. ex qua est מַכְמֹן *thesaurus*. Dan. 11. 43.

DCCCCXXI.

דְּהָוֵא **Dehaveh. Dehavæi. Dehave. Dievi. Dehave.** δαυαῖοι.

1. *Esd.* 4. 9.

ID est, *Infirmitas, fastidium, languor*. R. est דָּוָה *infirmari, languere*. Proprium est fœminarum menstrua patientium. דָּוֶה est *debilis, infirmus, languens*: דַּוְיָ *infirmitas*: unde δύη, *dolor, mœror, anxietas*, & δυάω, δυόω, *misere afficio, in calamitatem injicio*. Non abludit etiam Lat. *tabes, tabeo, tabesco*.

DCCCCXXII.

יָגְבְּהָה **Jogbeha. Jegbaa. Jegabeha.**

Num. 32. 35.

ID est, *Tristis solitudo*: à R. יָגַהּ affligi: de qua in Rohegah num. DCCCXXXIX. & R. inusitata בָּהַר, ex qua est בֹּהוּ, i. e. *vacuum, inane*, aut *vacuitas, solitudo*. Gen. 1. 2.

DCCCC

DCCCCXXIII.

Jamnor. יַמְנָאוֹר. Jamnor.

Iudith.8.v.1.

IDest, *Lucerna maris.* De אוֹר, i.e. *lux, lumen, lucerna,* vide Vrim, numero LXXII. Vocula יָם *mare: & quævis aquarum collectio:* in specie mare occidentale, quod *magnum* vocare solet Scriptura, scilicet mediterraneum, ad eam spectans plagam Palæstinis. Vnde frequens Scripturis יַמָּה cum ה locali, i.e. ad occidentem. Cognatum est מַיִם aquæ: de quo num. CCXLIII. item אֲגַם *stagnum, lacus, palus.*

1.Reg.14.31. אֲבִיָּם *Abijam,* pater maris.

DCCCCXXIV.

Josech. Ἰωσήχ. יוֹסֵךְ. Josech.

Luc.3.26.

IDest, *Vngens,* à סוּךְ vel יָסַךְ ungere, purgare: unde סוֹכֵךְ unguentum optimum, quo Reges initiabantur. Fortè hinc est nostrum sägen/sägnen/i.e. benedicere: quod fit solennibus & conceptis verbis in unctionibus religiosis. Cognatum est נָסַךְ *fundere, effundere:* & מָסַךְ *miscere.*

DCCCCXXV.

Vanjah. Vaniah. Vania. וַנִיָּה οὐανία.

1.*Esr.*10.36.

IDest, *Apprehensor Dei.* à R. יָנָה, i.e. *capere, apprehendere:* item *affligere, deprædari, rapere.* Hinc ἀνία, *molestia,* ἀνιάω, *molestia afficio:* & hohn/höhnen/& *onus, onerare.*

Rom.

Rom. 16. v. 7. יוּנִיָא *Iunias*, apprehensor vel dominus.

DCCCCXXVI.

לַעְדָן Lahhdan. Lædan. Laadan. Laedan. λαδ'άν. λαά'δαν.

1. Par. 7. 26.

ID est, *Perditor judicij*: à דִּין *judicare*: de quo in nomine Dan, num. xxxi. R. לוּעַ est *corrumpere, perdere, absorbere*: æquivalet enim verbo בָּלַע: de quo egimus in nomine Balahh, Gen. 14. 2. לוֹעַ est *guttur, gula, qua absorbentur & degulantur esculenta & potulenta*. Hinc λύχνος, *helluo, homo gulosus*: & *gula* per inversionem Radicis: unde *fele*. Pertinent huc etiam *ligurio lingo*.

DCCCCXXVII.

נַהֲלָל Nahalal. Naalol. Nahalal. ναλώθ. ναάλωλ.

Ios. 19. 15.

VRbis nomen est, quod per *dumetum* exponi potest: id enim Hebræis est נַהֲלוֹל Esa. 7. 19. R. est נָהַל *ducere, sustentare, educare*: quo sensu etiam per *Deum ducentem* reddi potest: quamvis א in אֵל vix aboleri soleat. Cæterum eiusdem cum נָהַל significationis est verbum נָהַג, quod & *ducere & regere seu gubernare* significat; unde ἄγω, *duco*, & *ago*, Lat. & ἡγέω, *duco*.

DCCCCXXVIII.

נמרים Nimrim. Nemrim. Nimrim. νεμρείμ.

Esai.15.6. al.16.6.

ID est, *Leopardi*, qui Hebræis sunt נְמֵרִים à נָמֵר *pardus, panthera*, animal maculis respersum, nempe *pardalis*. Reduci solet ad R. מִיר *mutare*, eò quod cutem variegatam & maculosam habeat, juxta illud Ier.13. *An potest pardalis mutare liventes maculas suas?*

DCCCCXXIX.

נוֹעַדְיָה Nohhadjah. Noadiah. Noadia. Noadia. νωαδία.

Esd.8.73. al.32.

ID est, *Vultur vagus*, seu *milvus circumiens*: à נוּעַ *movere seu moveri, vagari*: de quo in Timnahh numer. CCCLXVIII. דָּיָה est *milvus, vultur*, ab *atrore*, ut volunt, dictus: nam דְּיוֹ est *atramentum*, Ier.36.18.

DCCCCXXX.

פִּסְפָּה Piſpah. Phaſpha. Phispa. φασφά.

1.Par.8.38. al.7.38.

ID est, *Oris defectus*: à פֶּה *os*: de quo num. CXVII. R. סָפָה est *deficere, consumere*: item *addere, abundare*: habet enim contrarias significationes: sed hanc posteriorem à יָסַף mutuatur: de quo in Ioseph, num. XXXVII. Quia סָפָה de *consumptione cibi* frequenter usurpatur; potest huc trahi nostrum speisen: certè מִסְפּוֹא est *cibus*, & *pabulum cuiusque generis*. Per anastrophen inde formari potest φάγω & *pasco*.

DCCCC-

DCCCCXXXI.

פְּרוּדָא Perudah. Peruda. Pharuda. Pruda. φαρσδά.

Esd.2.55.al.56.

ID est, *Separatio*: à פָּרַר *dividere, separare*. Hinc per apocopen litera ד est *parare, disparare, separare*. Chaldaicè significat *rapere*: ex quo Latini habent, *prædari & præda*. פֶּרֶד est *mulus*, & פִּרְדָּה *mula*: unde *burdo*, & nostrum perd/pferd/item *veredus*, i.e. equus: & ablata litera פ reiten/i.e. *equitare*: reiter/*eques*. Exponitur etiam פָּרַר per *scortari*, *facere opus muli, qui non generat*. Hinc *bordel, bordello, burdel*, i.e. *lupanar*: & πόρνη pro πόρδη, *meretrix*: ex quo etiam esse potest *fornix*, quatenus significat *lupanar*.

DCCCCXXXII.

סְפָלָה Sephela. Sephela. σέφηλα.

1.Maccab.12.38.

ID est, *Phiala, lagena, hydria*: quæ est סְפָל Hebræis: quam vocem per metathesin ad פָּסַל referunt: quasi sit vas dolatum vel sculptum. פָּסַל enim est *sculpere*. Vide num. DCCCCIV. A סְפָל est *simpulum*, vas parvum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificijs libatur: & *phiala*, φιάλη, φιαχὶς, flasche/*fiasco* Italicè, *flascon* Hispanicè, *flacon* Gallicè, *flagon* Anglicè, *flasza* Polonicè. Isidorus lib.20.6. *Flasca à Græco vocabulo dicta. Hæ provehendis ac recondendis phialis primùm factæ sunt, inde & nuncupatæ sunt. Postea in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde & sumserunt initium.*

DCCCCXXXIII.

זִיף Ziph. Siph. Ζείφ.

Ios. 15. 24.

PEr *picem* exponi potest : hæc enim Hebræis est זֶפֶת : cui linguæ assonant, *pix*, pech / πίττα, πίσσα. Hispanicè *pez*, Gallicè *poix*, Italicè *pece*. πιττόω est *pico*, pice oblino : *πίτυς*, *pinus*.

DCCCCXXXIV.

שׁוֹבָב Schobab. Sobab. Soba. Sobab. σουβάϛ.

1. *Par.* 2. 18.

IDest, *Scintilla* : quæ Hebræis & Chaldæis est שְׁבִיב à R. שָׁבַב *expellere, facere vagari*: unde est ζοβέω, i.e. *excutio, abigo, expello, submoveo.* שֶׁבֶב est *contritio, in frusta comminutio, fragmentum.* Alludunt ψάω, *rado, seco*: ψήγμα, *segmentum.* Ferè synonyma sunt שֶׁבֶב & שֶׁבֶר. Vide XCIII.

DCCCCXXXV.

בִּתְרוֹן Bithron. Bethoron. Bithron.

2. *Sam.* 2. 29.

IDest, *Divisio*: à בָּתַר *dividere, secare*: hinc *partiri, part* / *pars* : & per metathesin *tribuo*, quod Latini pro *distribuo* usurpant. בֶּתֶר est *partitio, pars.* Affine est פָּתַר interpretari, docere : *qui enim benè distinguit, benè docet* : estque interpretis ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. 2. Timoth. 2. vers. 14.

DCCCC-

DCCCCXXXVI.

אַרְמֹנִי Armoni. Armoni. ἑρμωνεί.

2. *Sam.* 21. 8.

QVamvis suprà ad R. רוּם reduxerimus hoc nomen: quia tamen R. אָרַם seorsim à Lexicographis exponi solet: libuit huic quoque nomini suum proprium attribuere locum. אַרְמוֹן *ædes* notat *magnificas, domum altam, palatium eminens:* אַרְמְנוֹת *palatia*: quod nonnunquam invenitur cum lamed אַלְמְנוֹת, fortè quia אוּלָם & אֻלָם vicinæ sunt significationis, & *atrium* vel *porticum* notant. Ab אַרְמוֹן est τέεγμνον, quod per *domorum sublimitatem, sana, delubra, tentoria* reddi solet.

DCCCCXXXVII.

בַּרְחֻמִי Barchumi. Barhumites. Beromi. Barhumiter. βαρσαμίτης. βαρχαμίτης.

2. *Sam.* 23. 31.

ID est, *Viator calidus.* בָּרִיחַ est *profugus, penetrator, fugax*: à בָּרַח *fugere*: in Hiph. הִבְרִיחַ *fugare*. Hinc ἐκφεύγειν & βερηδεύειν, *fugere, aufugere*: βέρης & βέρρης, *fugitivus.* בְּרִיחַ est *vectis*: unde *veru* latinorum, & *barre, barra* Gallorum & Hispanorum, i.e. *repagulum, vectis*. Non longè etiam abit Græcum πορεύειν, *vadere*. In Lucaniâ Italiæ provinciâ latrones aliquot & servorum fugitivorum colluvies diu impunè grassati tandem Thurios, Arpinium & Therinam urbes occupant, & *Brutios* se nuncupant: nam id nominis eò loci servum fugitivum significat. δεσπότας inquam Βρεττίους dicebant, forte ab hoc verbo בָּרַח:

ex quo est בְּרִיחָה *fuga*. Baronius de Brutijs memorat, eos olim carnifices destinari à Romanis solitos, & hos fuisse, qui Christum crucifixerint. Tom. Annal. Altera Rad. est חָמַם *calescere*: de qua in Cham, CCXVI.

DCCCCXXXVIII.

עֲמָלֵק Hhamalek. Hamalekita. Hamalec. **Amalekiter.**

ἀμαλήκ.

Gen. 14.7.

ID est, *Populus lambens*. De עַם populus, vide Benhhammi, num. XVII. R. לָקַק est *lambere, lingere, ligurire*. Hîc linguæ peramicè conspirant, lecken/*lingere*, λείχειν, λιχμάζειν. *Lingua* à lingendo dicta.

2. Sam. 23.35. צֶלֶק *Tzelek*, umbra lambentis.

DCCCCXXXIX.

רְזוֹן Rezon. Razon. **Reson.** ἐζρόν.

ῥεζών.

1. *Reg.* 11.23.

ID est, *Princeps, Rex*: is est רָזַן, plurali רְזָנִים Rahts, herren. Pſ. 2.2. Hinc στρωνὸς, *strenuus*, ſtreng/geſtreng: & *serenus*, ex סְרָנִים *Serenissimi*: de quo nu. XIII.

DCCCCXL.

אָסָא Asah. Asa. **Assa.** ἀσά.

1. *Reg.* 15.8.

SYris אָסָא est *sanare, curare*: אָסוּתָא *sanatio, medicina*. Ergo per Medicum reddi potest Asa. Sunt hinc ἰάω, *sano*, ἴασις, *sanatio*: & *Iason*: qui à Chirone medendi artem didicit. Natal. Com. Mythol. p. 592.

DCCCC-

DCCCCXLI.

יְהוּא Jehu. Jehu. ἰώ.

1.Reg.16.1.

QVamvis per *existentem* exponi queat & deduci à verbo הָיָה *esse, existere*: ut supra num. LX. notavimus: tamen ad הוּא pronomen demonstrativum referri etiam potest, additâ à fronte literâ nominum propriorum formativa Iod. הוּא est *Ipse, Iste, Hic, Ille, Is*: ex quo est οὗτος. Inter nomina Dei propria etiam הוּא refertur.

Exod.6.22. אֲבִיהוּא *Abihu*, Pater iste.

Esdr.10.36. כְּלֻהוּ *Celuhu*, totus ipse.

DCCCCXLII.

חַטִּיל Chattil. Hattil. Hatil. Hattil. ἀπίλ.

Esræ 2.57.

ID est, *Peccati ablatio*. à חַטָּאת *peccatum*: de quo num. DCCXVII. in Chattusch. & נָטַל *ferre, portare, levare*. נְטִיל *bajulum* notat: & נָטָל *onus*. R. טִיל est *movere, migrare, projicere, transferre, proficisci*. Conspirant hîc linguæ in sequentibus vocibus, *tollo, tolero*, τλάω, i.e. *sustineo*, τλας, *miser*. Forte etiam *Atlas* hinc extitit: quem cælum humeris portare fingunt.

DCCCCXLIII.

אוּלַי Vlai. Vlai. οὐβάλ. οὐλαί.

Dan. 8.2.

ID est, *Fortasse*. Particula est benè ominantis & spe-rantis, & per *Si forte, nunquid si*, & simile quid, redditur. Revocari solet ad R. אָלָה, de qua num. XLII. Hîc est nomen proprium fontis ex quo fluvius Vbal erumpit in regione Elam, in quâ Susan sedes regia condita erat.

DCCCCXLIV.

אִישׁ-חוֹד Iſchhod. Ishod. Ishud. ἰεσοὺδ.

1.Par.7.18.

ID eſt, *Vir decorus*. אִישׁ *virum* notat: pl. אֲנָשִׁים præter analogiam ex אֱנוֹשׁ *homo*: ſicut אִשָּׁה *virago*, pl. נָשִׁים *mulieres*: nempe ut voci quoque impreſſa eſſet regula Apoſtolica 1.Cor.11.v.3. *Caput mulieris vir*. Ab אִשָּׁה eſt *uxor*: nam שׁ in *x* facile tranſit. Vana enim ſunt & longè petita, quæ Latini de *unctione* hîc ingerunt, ab ungendo *uxorem*, quaſi *unxorem* dictã arbitrantes. Ex eadem voce אִשָּׁה eſt *Iſis* Dea: quam appellativè ſumi, pro quavis muliere Orus in Hieroglyphicis autor eſt. *Annum* (inquit) *demonſtrare volentes* (Ægyptij) *Iſin* (ἶσιν) *hoc eſt mulierem pingunt*. Ex אִישׁ ὅς eſſe poteſt articulus Græcorum: & ὅστις, i.e. *quilibet, quicunque*: nam & hæc eius apud Hebræos eſt ſignificatio. אִישׁוֹן eſt *pupilla*: unde εἰκὼν, *imago*. Eſt etiam בַּת *pupilla* Hebræis: ſicut Græcis κόρη, i.e. *pupilla* & *virgo, filia*. De הוֹד vide num.CCCCXLI.

2.Sam.2.8. אִישׁ-בֹּשֶׁת *Iſch-boſcheth*, vir cõfuſionis.

2.Sam.23.20. אִישׁ-חַיִל *Iſch-chajil*, vir roboris.

1.Sam.10.6. אִישׁ-טוֹב *Iſch-tob*, vir bonus.

אִישׁ-קִירְנִי *Iſch-kireni*, Cyrenæus.

אִישׁ-קְרִיוֹת *Iſcariotes*, vir ex urbe Kerijoth.

DCCCCXLV.

אֶלִיאָתָה Eliattah. Eliathah. Eliatha. Eliatha. ἐλιαθά.

1.Par.25.4.

ID eſt, *Deus meus tu*. De אֵל vide num.XLII. אַתָּה eſt pronomen ſecundæ perſonæ. Inde Græcis τὺ & τύνη,

τύνη, nobis דו / Latinis *tu*, Gallis *toy*, Anglis *ti*, &c. Huc pertinet אֵת particula: cuius multiplex est & varia usurpatio. Hæc petatur ex nomine *Ithiel*, i.e. Deus mecum. Prov. 30. v. 1. vide num. XLII.

DCCCCXLVI.

אֶלְפָּעַל Elpahhal. Elpaal. Elphaal. Elpaal. ἐλιφαάλ.

1. Par. 8. 11.

ID est, *Deus fecit, seu operatus est, Dei opus.* De אֵל vide numer. XLII. פָּעַל est *operari*, ἐργάζεσθαι, cum effectu scil. & energia. פָּעַל & פְּעֻלָּה *opus.* Hinc omissa ultima radicali est ποιεῖν facere, ita ut opus aliquod producas: ut docent Philosophi: quo sensu τῷ πράττειν, *opponitur*: hæc enim nullum relinquit opus. Sed radicem totam retinet & exprimit τὸ φιλεῖν, i.e. opus aggredi. πάω est *quidvis expeditè facio*: παλαμάω, *facio, operor*, παλάμη, *palma*, manus: quæ est instrumentum instrumentorum.

1. Par. 26. 5. פְּעֻלְתָּי *Pehhullethai*, opera mea.

DCCCCXLVII.

יִמְרָה Jimrah. Jamra. Jemra. Jemra. ἰεμβρά.

1. Par. 7. 36.

ID est, *Rebellis*, à מָרַר *mutare, transgredi rem vel præceptum, deficere, rebellare, non parere.* מְרִי *rebellis & rebellio.* Hinc ἁμαρτάνω, *pecco*: & *marane* Gallicè, i.e. rebellis, apostata. Vide Nimrod CCXXXIV.

DCCCCXLVIII.

יִשְׁפָא Jiſchpah. Ispah. Jespha. Ieſpa. ἰεσφά.

1. Par. 8. 16.

ID eſt, *Iaſpis*, aliàs יִשְׁפֵּה, *joſpe*, *jaſpis*, ἰάσπις: id quod omnes linguæ ſequuntur. Eſt lapis pretioſus viridi colore. Hieronymus tamen per *beryllum* reddidit, ſecutus LXX: ex quo eſt *perla*, perle. Solet revocari ad R. שָׁפַר *conterere*: de qua vide Schephupham, num. CCCCLXXVII.

DCCCCXLIX.

אוּאֵל. Vël. Huel. οὐήλ.

Eſdr. 10. 35. *al.* 34.

ID eſt, *Aut Deus*. אוֹ eſt diſiunctiva particula, quæ Gallis quoque eſt *ou*, Italis *overo*, Græcis ἤ. Interdum eſt exclamationis apud Hebræos, eodemque apud omnes ubique modo: ὦ, ô. *O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos!*

DCCCCL.

אוּזַי Vzai. Ozi. Vſai. οὐζαί.

Neh. 3. 25.

ID eſt, *Tunc*: communiter אָז & אֲזַי adverbium temporis. מֵאָז *ex tunc*: i.e. ab omni æternitate. Cæteræ linguæ s vel z int vertunt: ut Græca τότε & τοῖ, Latina *tunc*, Gallica *adonc*.

DCCCC-

DCCCCLI.

שׁוֹבֵק Schobek. Sobec. Sobek.

σωβήκ.

Neh. 10. 24.

ID est, *Derelictus*: à Rad. Chaldaicâ & Syriacâ שְׁבַק *liquit, reliquit, dimisit, permisit, concessit, remisit, condonavit.* שְׁבוֹק *remissio, condonatio.* Ferè coincidit cum nostro schencken: quando significat *condonare.* Hebraicè Schobek potest exponi per *æquiparatus vanitati*, à שָׁוְא num. CCCIV. in Schave: & בּוֹק in Ischbak num. CCCXXXIII.

DCCCCLII.

זֵתַר Zethar. Sethar. ζηθάρ.

Ester. 1. 10.

ID est, *Iste explorans.* De תּוּר *explorare*, vide Caphthorim CCXLVIII. Remanet זֵ *Hic, Iste*: est demonstrativum personæ, rei, loci temporis: ut & זֶה & זוֹ generis fœminei, & זֹאת. At זוֹ est utriusque generis. Gallis ast *ceci, cestui*: quibus assonat Lat. *iste.*

Gen. 15. 19. קְנִזִּי *Kenizzi*, iste nidus.
1. Par. 4. 16. זִיפָא *Zipha*, istud os.

DCCCCLIII.

בִּגְתָן. Bigtan. בִּגְתָנָא. Bigtanah. Bigthan. Bagathan. Bigthan.

Ester. 2. 21.

ID est, *Cibum dans.* De בָּגַת dedit, vide num. XCV. בֶּגֶד est cibus, Dan. 1. 8. Ezech. 25. 7. Græcis eadem significatione βάγω, & φάγω, φήγω, i. e. *cibum come-*

comedo. Phrygibus quoque βέκκος erat *cibus*. Alludit nostrum backen/ panem coquere.

DCCCCLIV.

חַתִּיכוֹן Hattichon, Hathichon, Thichon. Tichon.

Ezech.47.16.al.17.

ID est, *Numerus, summa*: à תָּכַן *ponderare, numerare, metiri, appendere, perpendere, signare.* תֻּכֶן & תֻּכְנִית est *summa, numerus.* Hinc *Taxa, tax/ taxiren*: & Græcis τάλαντον, *statera, bilanx, libra.*

DCCCCLV.

Alcimus. אַלְקוֹם

Prov.30.31.

ID est, *Non surgens.* Potest enim hoc nomen habere originem, ex אַל non, & קוּם surgere: de quo in Talita kumi CLXVII. Prov.30.31. אַלְקוֹם Alkum extat: quod proprium esse nomen aliqui censent. Ita enim David in libro Radicum: *Et Rex Alkum cum eo.* Sic etiam Arias Montanus. Particula אַל est *non, nec, ne*: ut plurimum monentis & deprecantis particula. לְאַל εἰς οὐδέν, *in nihilum*, Iob.24.25. Hinc *hilum*, ex quo *nihil*, & *nihilum*. Festus ait hilum esse illud nigrum, quod grano fabæ adhæret. אִלּוּ est *si*: quod Græcis ἐάν, nobis wann.

DCCCCLVI.

DERBE. דֶּרְבֶּא. δέρβη. Derben.

Derben.

Act.14.21.al.19.

HEbræis דֶּרְבָּן *stimulum notat, quo rustici arantes boves pungunt, fustem, baculum.* Plur. דַּרְבָּנוֹת Eccl. 12.v.11.

12.v.11. Hinc derb: dicimus enim derb ſchlagen: item treffen/à Græco τείβειν, *terere*, τρυπᾶν eſt *terebrare*: Per metatheſin inde fit ῥάβδος, i.e. *fuſtis, baculus*: & noſtrum barde/ hellebarde/ Gallis *halebarde*.

DCCCCLVII.

Drachma. δραχμη.

NOn tantum Græcis & Latinis ſed & Hebræis frequentata vox, ut liquet ex Hezr.2.69. Neh. 7.70. דַּרְכְּמוֹן δραχμη, *drachma*: vocatur etiam אַדַּרְכֹּן.

DCCCCLVIII.

Miletum. מִילִיטֹם Syr. Miletum.

μίλητος.

Actor. 20.15.

ETiam hanc urbem luxu perditam adijt Paulus, in Ioniâ ſitam: cuius illud eſt memoratiſſimum: *Nemo noſtrum frugi eſto: alioqui cum aliis eijciatur*. Originem nomini damus à הָמַל vel מָלַל, i.e. *loqui*: unde מִלָּה *dicterium, fabula, ſermo, eloquium*. Celebrantur *ſermones Mileſij*, i.e. *fabuloſi, lepidi, jocoſi, delicati, ludicri*: quales ſunt narrationes Apuleij de Aſino aureo: quas ipſe *Mileſias fabellas* vocat mox ab initio. Tales ſunt aniles illæ & vanidicæ orationes, in quibus neque pes neque caput apparet. Hieronymus in libris contra Ruffinum ſæpe facit mentionem Curatorum Mileſiorum, ubi malè *curatorum* legitur, ut monuit Beroaldus Commentario in Apuleium. Ovid. lib. 2. Triſtium:

Iunxit Ariſtides Mileſia carmina ſecum:
Pulſus Ariſtides nec tamen urbe ſua eſt.

Eſt à מָלַל, i.e. *loqui*, noſtrum maul: & ὁμιλία, *ſermo, concio*:

concio: λαλέω & σμηλακέω, *loquor*: λαμυρὸς, *loquax*: αἱμύλιος, *blandus, acutus in loquendo*. Cæterum Theophrastus in Hist. plantar. scribit esse μίλητον, *taxum*, arboris venenatæ nomen.

DCCCCLIX.

יאתרי Jehaterai. Jeatherai. Jethrai. Jeathrai. ἰεθρί.

1. *Paral.* 6. 21.

ID est, *Consentiens exploratori*. R. יָאַר est *consentire, placere, complacere, acquiescere in aliquo*. Inde ἄδω, ἀδέω, i.e. *placeo, gratificor, assentior*: ἄδιος, *complacentia*; αἴτης, *amatus, qui amatur*. De תור, vide Caphtorim, numer. CCXLVIII.

DCCCCLX.

מורה. Moreh. More.

Gen. 12. 6. *al.* 3.

NOmen loci est אֵלוֹן מוֹרֶה Elon-moreh, quod Vulgata per *vallem illustrem* exponit. At quia proprium est, rectius Pagninus, Arias Montanus, Tremellius & alij interpretes illud retinuerunt. אֵלוֹן *quercum* notat: ut diximus num. XLVI. ex Genes. 35. 8. מוֹרֶה *monstratorem* notat. Sic autem appellatum locum fuisse Masius docet Comment. in Ios. c. 8. v. 38. quod Abrahamo ex Vr Chaldæorum à Deo evocato & jam Sichemum usque imperatæ peregrinationis cursum emenso, Deus prope quercum illam non longè à Sichemo sitã apparuerit, & simul terram, cuius & possessionem promiserat, ostenderit. R. est יָרָה *jecit*: in Hiph. הוֹרָה *docuit*: unde מוֹרֶה *docens, ostendens, monstrans*. Inde est תּוֹרָה *lex, doctrina*. Rabbi David ait, fuisse in colle huic planitiei assito speculam, ex quâ vigiles à longe hostium adventum prospicere, & de imminenti periculo habitatores huius planitiei soliti sint commonefacere: unde &

nomen locus iſte acceperit. A. יָרַר *gero* deduci poteſt, quando idem eſt ac *proïcio*: & ὀρούω ac ῥέω, *ruo*, i.e. *proruo, trudo, proïcio*. Cæterum יוֹרָה eſt *pluvia tempeſtiva*: unde *Iris* venire poteſt: eſt enim *iris* arcus cæleſtis: arcus autem jaculandi inſtrumentum. Auguſtinus in Apoc. Hom. 2. *Iris Græcâ Latinâque linguâ arcus vocatur, qui in die pluviæ apparere videtur*. Gentilibus erat Iris Nuntia Deorum, quorũ mandata ad mortales perferebat: unde & ἐρεῖν, *loqui*, eſſe poteſt.

1. Par. 5. 13. יוֹרַי *Iorai*, tempeſtivus.

Eſdr. 2. 18. יוֹרָה *Iorah*, temporaneus.

DCCCCLXI.

יְדִידְיָה Jedidja. Jedidia. Jedidja.

ἰεδδεδί. ἰεδδιδία.

2. *Sam.* 12. 25. & 24.

COgnomentum hoc ſortitus eſt Salomõ ex Nathanis oraculo Dauidi Patri allato. *Bath ſchebahh peperit filium, cuius nomen vocavit David Schelomonẽ, & Iehovah* אָהֵב *dilexit eum. Ideoq; mittens per Nathanem Prophetam vocavit etiam nomen eius Iedidian propter Iehotam*. i.e. amatum Deo. יָדִיד *dilectus, charus, adamatus*, pl. יְדִידִים *dilecti*. Rad. faciunt יָדַד, i.e. *proïcere, amare, diligere*: quãvis ad הוד revocari poſſint, quæ hîc occurrunt. Vide Dodanim, num. ccxxxi. & Jad-Abſchalom, num. cxxi. De יָהּ contracto ex יְהוָה vide num. lx. Nota obiter, ex hac dictione redargui eos, qui יָהּ ſyllabam innumeris Nominibus annexam nolunt fateri ex יְהוָה *contracto* decerptam eſſe: ne fateri cogantur, vocẽ JEHOVA fuiſſe promiſcuæ olim pronuntiationis. At hinc pudefiat vel Judæus Apella. Cur non etiam יָהּ in Halelu-jah paragogicum eſſe comminiſcuntur?

DCCCC-

DCCCCLXII.

Cidaris.

SÆpe quia occurrit hæc vox, & vulgò notissima est, liceat eam inserere, & monere, ex כֶּתֶר esse factam, quod significat *diadema, corona*, Ester. 2.17. Græcis quoque κίδαρις est *corona*. Cidaris propriè est diadema Regis Persarum: unde conijcias ex regione Orientalium petitam vocem juris Romani factam esse. V. Hhataroth num. ccccxxc.

DCCCCLXIII.

כַּרְכֹּם Crocum. Crocus. κρόκος.
Cant. 4.14 *al.* 13.

EIusdem notæ est hæc vox cum priore: coincidunt enim & hîc linguæ in כַּרְכֹּם *crocum* & *crocus*, κρόκον & κρόκ@.

DCCCCLXIV.

דָּרְיָוֶשׁ Darius. Dorjavesch. Dariavesch. Dariaves. Δαρεῖος.
Esr. 4.5.

IDest, *Inquirens*, à דָּרַשׁ verbo usitatissimo, quod significat *inquirere, scrutari, percontari.* מִדְרָשׁ *liber*, q.d. quæsitorium. בֵּית־מִדְרָשׁ *Schola, Collegium* vocatur, q.d. domus inquisitionis. Transferri huc potest θρησκεύω, *religiosè observo*: nam דָּרַשׁ accuratam planè diligentiã in quærendo insinuat. Hinc *Druides* Gallorum veterum mystæ & sacerdotes: unde ipsis hodieque remansit *trucheman*, i.e. interpres. Tradit Scaliger lib. 6. de emendat. temp. דָּרְיָוֶשׁ Persicè ἕρξιν, θλίψιν significare: unde Herodoto Darius idem sit ac ἑρξήνεις, id est, coercitor. à coercendo, premendo.

DCCCC-

DCCCCLXV.

נרד Nardus. Νάρδος. Narden.

Cant. 4. 14. al. 13.

PLacet etiam hanc vocem ceu Catholicam annectere : Græcis enim νάρδ& est, nobis narden. Chaldæis est נִרְדָּא. unde suum *Nardus* habent Latini. Ναρδοστάχυς est *nardi-spica*. Νάρτη quoque est genus plantæ odoratæ : unde fiunt unguenta. Sunt qui נֵרְדְּ *rosam* exponunt *odoriferam* : unde originatio vocis ῥόδον, erui potest. i.e. *rosa*.

DCCCCLXVI.

Bacchus.

3. Maccab. 2. 21.

BAcchus Eustathio est ἀπὸ τοῦ βαχεῖν, ab incondito ululatu, quo furentes Bacchæ personabant : deinceps autem inserta est litera χ, quò expressio fieret immanioris soni. Significat etiam βάχ& κλαυθμὸν seu ejulatum : ut ita dubium sit nullum, vocem Bacchus ex בָּכָה fluxisse, quod est *lacrymari, flere, vociferari præ gemitu*. Vide Allon-bachuth, i.e. quercus fletus, Gen. 35. 8. num. XLVI. Vel est ex פָּעָה *clamare*: de quo in Pahhu Genes. 36. 39. numer. CCCXXCIII. Vel est à בָּגַד *prævaricari, fraudare, excursionem facere, incurrere cum vi & injuriâ aliorum, perfide agere*. Talia omnia in Bacchum & bacchantes conveniunt ad amussim. Gallis *Bigod* ex בָּגַד est hypocrita, qui ementitur aliquid & fingit : *bagatelles* sunt *nugæ, gerræ Siculæ*.

DCCCCLXVII.

מְתֶג־הָאַמָּה Metheg-ammah.

Methagamma.

2. *Sam.* 8. 1.

VVlgata exponit hoc nomen per *frenum tributi.* Alij aliter reddunt. Esse autem proprium, nec Vatablo, nec Plantinianis, Vaticanis aut Robertinis Biblijs dubium est. מֶתֶג est *frenum.* Sic dicitur urbs valida, quæ domitos circumquaque populos in officio continebat & imperata facere ac tributa pendere cogebat. Hoc velut *jugum oneris* Jisraëlitarum & *virgam humeri* & *sceptrum exactoris*, ut est Esa. 9. v. 4, sustulit David, reddita popularibus suis libertate. אַמָּה est *cubitus*: quæ vox referri solet ad R. אם num. D VII. vel ad אָמַן potius: quod *cubito* velut firmo ac tuto sustentaculo corpus nostrum laboribus defessum inniti soleat. Vide num. CXXC VIII. Benè autem conspirant *frenum* & *cubitus*: alterum enim absque altero vix quicquam præstat in regendo equo. Ita validis *præsidijs* opus est in populis coercendis, ne ad seditiosa studia animum adijciant: tales enim arces & propugnacula frenorum instar sunt. Neque verò sola præstant quicquam hæc præsidia, nisi ars & manus gubernatoris dextrè animoseque rem gerat. Id nos experimur hodieque, qui inter has Germaniæ turbas non tam vivimus quam languemus. Nostræ namque *munitiones sunt similes ficubus cum primitivis fructibus: si moveantur, cadunt illico in os comedentis*: ut ait Nachumus Propheta cap 3. vers. 12. Rationem eius rei reddit Psaltes Ode 76 vers. 6. *Dediderunt*, inquit, *se in prædam robusti animo dormi-*

dormitaverunt somnum suum: adeo ut non invenerint ulli viri bellatores manus suas: i. e. cubitos suos. Sed μηδὲν ὑφ' ἓ ἐζαμμένα. A. מְחַג est *metaxa*, i. e. habena, ut habet Glossarium vetus: quamvis metaxa & μίταξα aliàs *rude sericum* significet: de quo disputent, qui velint.

Nos oramus Deum: ut Meteg Haammah à nostris auferat regionibus, & Ecclesias resque publicas pristinæ libertati quantocius reddat.

אמן ואמן

Conclusio.

AUtor Lectores suos resecrat, obsecrat: ut veniam dent, sicubi lapsus irrepsit, aut memoria deseruit. Erat namque, cum hoc Opus concinnaret, septus Nephilimis, Emimis & Zamzummimis, qui hæc loca studiis consecrata insederant, omniaque tympanorum strepitu, & sclopetorum crepitu perturbabant. Sed & ipse non erat immunis à jugo oneris, & virga humeri ac baculo exactoris. Creuit tamen, Deo prosperante, opus, & fastigiatum tandem fuit. Huius deinceps conclavia coloribus induci, & intus atque extrà variis accessionibus expoliri, perfici atque in alias quasvis linguas transferri poterunt. Jd qui facere aggressus fuerit, & venerabilium literarum sectatoribus viam complanare ad hæc adyta studuerit,

duerit, nę ille mercedem ſuam nequaquam perdet.


Salvianus in præfat. libr. de gubern.

DEI

MEns boni ſtudij ac pij voti etiamſi effectum non invenerit cæpti operis, habet tamen præmium voluntatis.

FINIS.





Hilarius in Ps. 111.

FRequenter monuimus, non posse satisfactionem intelligentiæ ex latinitatis translatione præstari.

Severus Sulpitius Bituricensium in Galliâ Episcopus Hist. Sacræ lib. 1. *pag.* 3.

VNiversa rerum divinarum mysteria non nisi ex ipsis fontibus hauriri possunt.

Sirac. in prologo v. 6. *&* 7.

DEtis nobis veniam, si facultate vocum quarundam destituti videbimur quibusdam in locis, in quibus interpretandis studioſè laboravimus. Non enim æquè valent eadem per se, cum dicuntur Hebraicè, & cum in linguam alteram transferuntur. Neque etiam ista solum sed & alia & lex ipsa & Prophetæ & libri reliqui non mediocriter antecellunt sermone suo enuntiata.

תמח 730.
תמוז 845.
תמר 119.

תנ

תנחמרת 5.

תע

תענך 362.
תעי 641.

תפ

תפרת 149.
תעל 292.647.
תפוח 464.
תפסח 62.

תק

תקל 155.
תקועים 646.
תקועה 646.
תקוה 660.

תר

תרחקה 691
תראלה 248.42.
תרשיש 229.
תרח 282.
תרפים 357.
תרצה 475.
תרתק 688.
תרתן 248.95.

תש

תשבי 650.
תשרי 500.
תשי 901.

תה

תחפנחס 407.84.
תחתים 490.
תחש 322.
תחרת 490.
תחן 118.
תחג 2.
תחמני 654.
תחפנים 671.
תחנה 118.

תי

תירס 225.
תימן 366.
תימא 343.
תילון 238.
תיצי 747.

תכ

תכן 725.

תל

תל חרשא 583.594.
תל מלח 797.
תל אביב 456.
תלח 103.
תלמי 456.
תלאשר 583.294.
תלגת פלנאסר 628.395.294

תמ

תמנע 600.368.
תמנה 65.
תמנת ib.
תמנת חסר 65.591.
תמנת סרח 197.

FINIS.

שׁ

שׁ

שִׁשִּׁי 455.
שֵׁשׁ 705.
שִׁשָּׁה 455.
שִׁשְׁבַּצַּר 776.57.

שׁת

שֵׁת 4.
שְׁתַל-בּוֹזְנַי 248.315.34.
שְׁתַר 248.34.

ת

תְּאוֹרָה 385.
תַּאֲנַת שֹׁלֶל 559.

תב

תֵּבֵר 568.
תֵּבֵל 605.
תִּבְנִי 676.
תַּבְעֵרָה 76.

תג

תִּגְרְמָה 227.
תִּגְלַת-פִּלְאֶסֶר 628.395.294
תֹּגַרְמָה 227.

תר

תִּרְעָל 296.
תִּרְמָה 30. 64.
תִּרְנִי 439.

תו

תִּו 152.
תּוֹחַ 729.
תּוּבַל-קַיִן 212.
תּוֹמָה 179.
תּוֹרָא 30.
תּוֹלַע 398.

תה

שַׁעֲרִים 540.

שפ

שְׁפַר 413.
שָׁפָר 764.
שִׁפְטָן 308.
שִׁפְמוֹת 729.
שִׁפְטִיָּה 308.60.
שִׁפְט 308.
שִׁפְרָה 413.
שְׁפוּפָם 477.
שְׁפִים 764.
שִׁפְמִי 764.
שִׁפֹּן 481.
שִׁפְעִי 726.

שר

שַׂר אֹפִים 423.
שַׂרְבִּיָּה 805.
שָׂרוּג 280.
שָׂרִי 13.
שָׂרָה ib.
שָׂרַח 13. 282.
שִׂרְיוֹן 500.
שָׂרוּחֵן 13. 118.
שָׂרִיד 566.
שָׂרִידָה 13.60.
שָׂרָר 660.
שִׂרְיוֹן 500.
שָׂרוֹן 13.
שָׂרַף 723.
שָׂרְפִים 723.
שַׂרְאֶצֶר 13.371.
שַׂרְסְכִים 13.43.
שָׂרִידָה 13. 60.

שְׁמוּעַ 10.
שְׁמוּאֵל 106.
שֶׁמֶשׁ 526.
שָׁמַע 10.
שָׁמִיר 173.
שָׁמַנְּר 21.14.
שִׁמְשׁוֹן 526.
שֶׁמֶר 173.
שִׁמְעָה 10.
שִׁמְרִית 173.60.
שִׁמְעוֹן 10.27.
שָׁמְרוֹנִי 173.
שָׁמַע 10.
שְׁמַאבַר 299.
שִׁמְרָה 369.
שִׁמְלָה 382.
שִׁמְרוֹן 173.
שָׁמָתִי 215.

שנ

שְׁנַאֵב 298.
שִׁנְעָר 239.
שְׁנִיר 298.310.
שְׁנַאצַר 238.371.154.

שע

שְׁעוֹרִים 306.
שַׁעַשְׁגַז 263.685.
שְׁעָלִים 533.
שַׁעַלְבִּין 533.
שַׁעַלְבִּין ib.
שַׁעַלְבָנִי 533.
שַׁעַף 711.
שְׁעִירָה 306.
שְׁעִיר 306.
שְׁעָרִים

של

שִׁלְמִי 98.
שִׁלְמָה ib.
שִׁלַּח 147.
שִׁלְחִי ib.
שִׁלְחִים 147.
שַׁלְמַן 615.
שַׁלְמָה ib.
שַׁלְמִיאֵל 98.
שִׁלֹּחַ 147.
שִׁלֹּף 269.
שַׁלֵּם 98.
שִׁלֵּה 392.
שִׁלֵּם 98.
שִׁלּוּם 98.
שִׁלּוּם ib.
שִׁלֵּם ib.
שִׁלְמַן ib.
שִׁלְמַנאֶסֶר 98.419.
שִׁלּוּתִית 98.
שִׁלְשָׁה 621.
שִׁלְשׁ 621.
שִׁלְמִיָּה 98.

שמ

שֵׁם 115.
שִׁמְעָה 10.60.
שִׁמִּיעַ 215.295.
שִׁמְעָה 744.
שִׁמְשַׁרִי 215.314.
שִׁמְרִמוֹת 12.215.
שִׁמְעוֹת 10.
שִׁמְלַי 382.
שִׁמְשַׁי 526.
שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ 861.

שְׁחָרִיָּה 517.

שט

שִׁטִּים 426.
שִׁטְנָה 23.
שִׁטָּן 24. 185.
שִׁטְרַי 765.

שי

שִׁיחוֹר 517.
שִׁילוֹ 145.
שִׁירָק 897.
שִׁישָׁא 304.
שִׁיאָא 712.
שִׁישָׁא 455.
שִׁישָׁק 304. 312.
שִׁילָה 410.
שִׁילוֹנִי 392.
שִׁיאוֹן 277.
שִׁימוֹן 749.
שִׁין 238.
שִׁילָא 392.

שכ

שֵׂכוּ 539.
שֵׂכָר 881.
שֶׁכֶם 286.
שִׁכְרוֹן 35.
שֵׂכָר 172.
שֵׂכָר 881.
שְׁכִירָה 743.
שְׁכַנְיָה 716.

של

שֵׁלָה 410.
שְׁלִישָׁה 621.
שָׁלוּ 145.
שִׁלְמִי

שְׁרַרְךָ 853.
שְׁרֵמוֹת 300.

שה

שֵׁהַם 760.

שו

שׁוּפָן 481.
שׁוּחָם 478.
שׁוֹכָה 539.
שׁוֹרֵק 609.
שׁוּבָב 934.
שׁוּבָק 951.
שׁוּבָךְ 643.
שׁוּפָךְ 753.
שׁוּלַמִּית 98.
שׁוּנֶם 402.
שׁוּנַמִּית 402.
שׁוּא 712.
שׁוּרָה 304.
שׁוּר 314.
שׁוּחַ 334.
שׁוּבָל 102.
שׁוּעַ 391.
שׁוּעָה 391.
שׁוּנִי 402.
שׁוּעַ 391.
שׁוּתֶלַח 476.
שׁוּשַׁנְכִּיא 705. 230.
שׁוּשָׁן 705.
שׁוּשַׁנָּה 705.
שׁוּשַׁנִּים ibid.

שח

שַׁחְצִימָה 576.
שַׁחֲרַיִם 517.

רס

רָסֵן 242.
רִפְרֵה 246.
רָפָא 246.

רע

רַעֲלָיָה 567.
רַעְמְסֵס 56.
רַעֲמָה 56.
רַעְמָה ibid.
רַע 279.
רַעוּאֵל 276.42.
רַעֲמְיָה 56.60.
רַעְי 279.

רפ

רְפָאִים 226.
רְפִידִים 424.
רָפוּא 226.
רָפָיָה 226.
רִפָּה 825.
רִפָּן 854.
רְפָאֵל 226.
רְפָיָה 226.

רצ

רֵצֶף 632.
רִצְפָּה 632.
רְצִין 475.
רְצִיָּה 475.

רק

רֵקֶם 479.
רַקּוֹן 161.
רַקַּת 161.
רָקָע 161.

רש

רֶשֶׁף 736.
רַשַּׁשׁ 130.

רת

רִתְמָה 486.

שא

שְׁאַר יָשׁוּב 144.
שְׁאַלְתִּיאֵל 106.42.
שָׁאוּל 106.
שְׁאָרָה 133.

שב

שְׁבַקְתָּנִי 164.
שִׁבְעָה 19.
שִׁבְרִים 93.
שִׁבּוּאֵל 144.42.
שִׁבִּי 144.
שֶׁבַע 19.
שִׁבְנָה 650.
שֶׁבֶר 93.
שִׁבְנִיָּה 144.60.
שַׁבַּט 856.
שִׁבֹּם 144.
שִׁבְעָא 144.
שִׁבְרַי 70.
שִׁבְמָה 482.
שִׁבְלֻלַי 102.
שׁוֹבָב 144.
שׁוֹבַךְ 644.
שׁוֹבֵק 304.333.

שג

שְׁגוּב 677.

שך

שֵׁדִים 300.
שְׁדֵאוּר 439.
שַׁדְרַךְ

רזון 939.

רח

רחבה 25.
רחביה 25.60.
רחל 352.
רחם 156.
רחום 156.
רחב 25.
רחב 25.
רחבעם 126.173.

רי

ריפת 226.
ריבי 67.
ריש 406.

רכ

רכבים 565.
רכל 637.
רכב 565.
רכה 613.

רמ

רמליהו 12.60.
רמון 487.
רם 12.
רמון פרץ 487.
רמת 12.
רמה ibid.
רמת ibid.
רמת לחי 103.
רמתים צופים 12.40.
רמתי עזר 12.69.
רמונו 487.
רמפן 854.

רס

קרבן 168.

קש

קשיון 573.

רא

ראש 406.
ראומה 320.
ראובן 26.
ראיה 11.42.

רב

רבמג 841.
רבי 175.
רבקה 319.
רבע 324.
רבת 175.
רבלה 67.355.
רבסריס 689.
רב שקה 690.
רבה 175.
רבית 175.

רג

רגם 710.
רגש 165.
רגל 120.

רד

רדי 209.257.

רו

רורא 257.
רות 613.
רומה 12.
רוהגה 739.
רומה 12.

רז

רזיה 596.60.

קְנִזִּי 313.
קְנִמּוֹן 428.
קְנַת 3.
קְנִי 3.
קָנָא 878.
קִנְדְּבָרָה 3.339.

קס

קֶסֶר 867.
קֶסֶם 873.

קע

קְעִילָה 553.

קצ

קְצִיץ 562.
קְצִיז 570.
קְצִיעָה 141.
קְצִיעוֹת ibid.

קר

קְרֵא 190.
קַרְחִים 365.
קַרָּה 365.
קַרְנַיִם 141.
קַרְנַיּוֹת ibid.
קָרֵחַ 365.
קָרָתַיִם 305.
קִרְיַת אַרְבַּע 324.
קִרְיַת חָצוֹת 469.
קִרְיַת יְעָרִים 305.328.
קַרְקָעָה 522.
קַרְתָּה־קַרְתָּן 305
קְרֹס 789.
קִרְיַת סֵפֶר 305.278.
קִרְיַת סַנָּה 305.256.
קַרְקַר 601.
קָרְבָּן

קְהָלָה 488.

קו

קוֹעַ 846.
קוֹף 833.
קוֹרֵא 190.
קוֹץ 718.
קוֹשְׁיָהוּ 751.
קוֹרְנֵלְיוּס 141.
קוֹלָיָה 195.

קט

קְטוֹרֶת 330.
קְטֹרֶת 330.
קְטָף 572.

קי

קִיר חֶרֶס 305.591.
קִיר 601.
קִיז 3.
קִינָן 208.
קִינָה 3.
קִינִי 3.
קִישׁוֹן 573.
קִישׁ 573.
קִיפָּא 865.
קִיסָר 867.

קל

קְלָיָה 195.
קְלִיטָא 806.

קמ

קְמוּאֵל 167.
קְמוֹן 167.

קנ

קָנֶה 878.
קִנְדָּק 3.273.

צק

צְקְלַג 535.

צר

צ־ר 57.
צְרִי 57.
צַרְתָּן 57.
צָרַר 57.
צָרָעָה 537.
צָר 57.
צְרֵדָתָה 57. 257.
צְרוֹר 57.
צְרוּיָה 57. 60.
צָרְעָם 537.
צְרֵדָה 57. 257.
צַרְפָּתָה 227.
צָרַעַתִּי 537.

קב

קִבְרוֹת תַּאֲוָה 77.
קְבְצְאֵל 528.
קִבְצַיִם 528.

קד

קֶדֶשׁ 80.
קֶדֶשׁ בַּרְנֵעַ 170. 80. 368.
קָדֵשׁ 80.
קֶדֶר 192.
קַדְמָה 346.
קַדְמוֹת 346.
קֶדֶם 346.
קִדְרוֹן 142.
קַדְמוֹנִים 346.

קה

קָהַת 129.
קְהֵלָתָה 488.
קְהֵלָה

צִיבָא 627.
צִיץ 769.
צִיחָא 622.

צל

צֶלֶק 206. 938.
צֶלַע 63.
צִלָּה 209.
צִלְפָּד 8 2.
צִלְפְּחָד 474.
צַלְמָנָה 85.
צַלְצַח 622.
צַלְמֹנַע 600.

צמ

צָמַח 159.
צָמְרִי 258.
צָמָרַיִם 258.

צנ

צִן 454.
צִנָּן 454.

צע

צְעִירָה 15.
צֹעַר 15.
צַעֲנַנִּים 579. 472.
צַעַן 579.

צפ

צֹפִי 40.
צְפַרְדַּע 40.
צָפְנַת פַּעְנֵחַ 53.
צְפִיוֹן 53.
צִפֹּרָה 414.
צְפִים 83.
צְפוֹר 414.
צְפִירָה 414.

פתחיה 169.
פתור 486.
פתם 887.

צב
צבבה 627.
צביה 262.
צבה בני 627.17.
צבים 262.
צבעון 363.
צבעים 625.

צד
צדי 249.
צדקיה 186.
צדרה 849.
צדים 249.
צדוק 186.
צדקיהו 186.
צדוקים 186.

צו
צובה 627.
צורישדי 57.440.
צוער 15.
צור 56.
צף 616.
צופה 414.
צופי 40.
צופח 741.

צח
צחר 326.

צי
ציים 639.
ציון 249.
ציון 639.
ציבא

פק
פקחיה 681.
פקח ibid.
פקד 843.

פר
פרושים 861.
פרדיא
פרוח 668.
פרנך 498.
פראם 507.
פרה 55.
פרעתון 52.
פרודא 931.
פרס 772.
פרפר 137.
פרדה 55.
פרזי 289.
פרעה 52.
פרדס 196.
פרש 861.
פרת 55.
פרץ 49.
פרץ עזה 115.
פרמשתא 817.
פרורים 700.
פרוים 767.
פרעוש 779.
פרשנדתא 861.

פש
פשחור 150.

פת
פתרוס 245.
פתרסים ibid.

פלדש 317.
פלוא 395.
פלטי 449.
פלט 449.
פלת 292.
פלטיאל 449.42.
פלתי 643.
פלל 707.
פלטיה 449.
פלטית ibid.
פלית 359.
פללית 707.60.

פנ

פניאל 43.
פנחס 84.
פנגה 493.

פס

פסך 452.
פסח 62.
פסח 62.
פסיל 904.
פספה 930.
פס דמים 452.179.
פספה 520.

פע

פעה 383.
פעור 470.
פערי 470.
פעלתי 946.
פעול 885.
פענח 53.

פצ

פצץ 759.

פק

פר

פדן ארם 350.
פדהצור 443.
פדהאל 443.42.
פדיה 443.60.
פרון 443.

פו

פוריים 137.
פור 137.
פוטיאל 233.
פוט 233.
פוטיפר 390.
פוטי פרע 390.
פוה 399.
פועה 383.
פוגון 493.
פואה 606.
פול 292.
פותי 713.
פוכרת 117.642.
פורתא 55.

פח

פחת מואב 791.

פי

פישון 150.
פיכל 117.116.
פינון 43.
פי החירות 421.
פיבסת 117.251.
פילפום 595.117.
פיתון 887.

פל

פלג 7.
פלשתים 248.

עַרְבָּתִי 524.
עַרְבִי 388.
עָרִים 388.
עָר 388.
עַרְקִי 255.
עֶרֶד 201.
עָרָד 388.
עַרְבוֹן 524.
עַרְלוֹת 91.

עש

עַשְׁתְּרֹת 301.
עָשׁוּ 20.
עֵשֶׂק 23.
עֶשֶׂן 550.
עַשָׂהאֵל 21. 42.
עַשְׁתֹּרֶת 301.
עַשְׁיֵרָה 21. 60.
עַשׂוֹת 21.

עת

עָתֵד 570.
עַתַלְיָהוּ 570. 60.
עַתַלְיָה ib.
עָתִיר ib.
עַתַי ib.
עָתָר 549.
עַתָרַי ib.
עָתָה קָצִין 570.
עָתְנִיאֵל 570. 42.

פא

פֵּא 117.
פָּארָן 307.

פג

פַּגְעִיאֵל 444.

עֲנָתוֹת 362.
עָנֵם ib.

עפ

עֵפֶר 325.
עָפְנִי 337.
עָפְרוֹן 325.
עֹפֶל 770.
עֵיפִי 337.
עָפְרָה 325.

עצ

עֶצֶם 523.
עֶצְמוֹנָה 523.
עֲצִיוֹן גֶּבֶר 492.
עֲצָנִי 492.
עִיץ 265.

עק

עֵקֶר 518.
עֲקִיב 22.
עֲקָבָה 22.
עַקְרָב 495.
עַקְרַבִּים 495.
עֵקֶן 377.
עֶקְרוֹן 518.
עֵקֶשׁ 658.

ער

עַרְבִי 524.
עֵרֶן 428.
עֲרֹעֵר 388.
עֲרָבָה 524.
עַרְבוֹנִי 524.
עַרְבִי 524.
עֵרֵב 524.
עָרְפָה 614.

עֵלָה 296.
עֶלְמֶת 183.
עֶלָא 296.

עמ

עַמִּיאֵל 17. 42.
עַמְשָׁא 17. 341.
עֲמָרִי 261.
עֲמָל 742.
עַמִּיזָבָד 502.
עַמְשַׁסַי 813.
עָמוֹק 577.
עַמְנוּאֵל 146.
עָמוֹס 853.
עַמּוֹנִי 17.
עַמָּאוּס 876.
עֲמָעָד 17. 39.
עֵמֶק 261.
עַמִּיהוּד 17. 441.
עַמִּישַׁדַּי 17. 440.
עַמִּיאֵל 17. 42.
עֹמֶר 17.
עֶמְרָה 261.
עַמְרָם 17. 938.
עַמְרָם 17. 12.
עַמִּינָדָב 418.
עַמַּנִי 17.

ענ

עֲנָמִים 244.
עָנֵר 310.
עֲנָה 362.
עָנָק 457.
עֲנָנִי 603.
עֲנָתוֹת

עִין רֹגֶל 243. 120.
עֵין גַּנִּים 243. 408.
עֵין דֹּאר 242. 272.
עֵין חַדָּה 242. 195.
עֵינוֹן 880.
עֵינָן 243.
עֵיבָל 288. 355.
עֵילָם 183.
עִירַד 201.
עֵיפָה 337.
עֵיפַי 337.
עִירָם 388.
עִיר שֶׁמֶשׁ 388. 526.
עִיר הַמֶּלַח 388. 797.
עִירָא 388.
עִיזָן 243.
עִירִי 388.
עֵילַי 296.
עֵירָד 576.

עכ

עַכְבּוֹר 94.
עַכְסָה 482.
עַכְסִי ib.
עָכָר 94.
עַכּוֹ 323.
עַכְרָן 94.
עָכָן 94.
עָכוֹז 94.

על

עֵלוֹן 296.
עַלְמוֹן דִּבְלָתָיְמָה 494.
עֵלִי 296.
עֵלִימָה 183.

עֶזְרָה 69.
עֶזְרִיאֵל 115. 42.
עֶזְרִיקָם 69. 167.
עֶזְרָן 69.
עֶזְרָת 69.
עֶזְרָתִי 69.
עֶזְרָתִים 69.
עֶזְרָתִים 69.
עֶזְרָתִים

סר

סֵרֶד 294.257.
סָרָה 634.
סַרְגוֹן 294.408.

סת

סְתָרִי 136.
סְתוּר 136.

עב

עִבְרִי 61.
עֵבֶר נָנוּ 128.916.
עֵבֶר סָלַח 128.186.
עֵבֶר 61.
עִבְרִנָה 61.
עִבְרִים 61.
עֵבֶרֶן ibid.
עַבְדּוֹן 128.
עַבְדִּן 128.
עֵבֶד 128.
עִבְרֵי אַרְם ibid. 1.
עַבְדָּא 128.
עִבְרִיָּה 128.

עג

עֶגְלָה 509.
עֶגְלוֹן 509.

עד

עֶדְנָה 191.
עֲדָיָה 39.60.
עֶדֶר 358.
עֶדְלַם 39.
עֶדִינוֹ 191.
עֲדִיאֵל 39.
עֲדַעְדָה 39.205.
עָדָה 205.
עֵדֶן

סכר 881.

סל

סֶלָה 821.
סֶלַע 433.
סְלוּא 471.
סֶלֶד 703.
סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת 110.
סְלוּא 471.
סִלְכָה 471.
סֶלָא ibid.

סמ

סַמְיָאל 349.42.
סַמְגַר 14.349.
סַמָּךְ 430.

סנ

סְנוּאָה 256.
סַנְבַלַּט 256.383.
סַנְאָה 256.
סַנְסַנָּה ibid.
סַנֵּה ibid.
סַנְהֵרִיב 256.425.

סס

סִסְמַי 450.

ספ

סְפַרְוַיִם 278.
סְפָרָה 278.
סַף 651.
סֵפֶר 778.
סְפָרַת ibid.
סְפִיר ibid.
סַפִּירָה 278.
סַפְלָה 932.

נצ

נָצִיר 75.
נְצֹרֶת 75.
נִצְבָּה 551.
נְצִיחַ 794.
נְצִיב 551.

נק

נְקוֹדָה 791.

נר

נֵר 310.
נֵרִיָּה 310.60.
נֵרְד 965.
נַרְגַּל 120.
נֹקֵב 580.

נת

נְתִינִים 95.
נְתַנְאֵל 95.42.
נָתָן ib.
נְתַן־מֶלֶךְ 95.186.
נְתַנְיָה 95.60.

ס

סִין 256.
סִיוָן 816.
סִינִי 256.
סִינַי ib.
סִיחוֹן 461.
סִיסְרָה 593.
סִיעֲהָא 790.

סב

סַפַּת בָּנוֹת 44.17.
סְכוֹת 44.
סֻכַּת ib.
סֻכָּה ib.
סֹכֶר

נִיקוֹדִימוֹס 879.

נכ

נָכוֹן 124.
נַכָּה 231.

נמ

נִמְשִׁי 267.
נִמְרִים 928.
נִמְרָה 235.
נְמוּאֵל 472.
נִמְרָה 64.

נס

נִסְרֹךְ 692.

נע

נַעַם 105.
נַעֲמָה 105.
נַעֲמָן ib.
נַעֲרָה 368.
נַעֲרָתָה 560.
נַעֲרָן 560.
נַעֲמִי 105.

נף

נֹף 667.
נְפוּסִים 452.
נֹפַח 464.
נַפְתָּלִי 31.
נֶפֶשׁ 345.
נֵפֶג 417.
נַפְתּוּחַ 169.
נֹפֶת צוּר 667.
נֹפֶךְ 906.
נְפִילִים 292.
נַפְתֻּחִים 169.

נה

נַהֲלַל 927.

נו

נוֹעַדְיָה 929.
נוֹחָה 5.
נוּן 420.
נוֹר 199.
נָוֹרָת 239.
נָזִיר 75.
נוֹף 667.
נָוֹרָת 239.

נח

נַח 5.
נַחֲרַי 281.
נָחָשׁ 130.
נְחַשְׁתָּן 130.
נָחוֹר 281.
נַחַת 53.
נַחְשׁוֹן 130.
נַחְבִּי 451.
נַחֲלִיאֵל 460.
נַחַם 5.
נַחֲמָיָה 5.60.
נָחוּם 35.
נַחֲלָמִי 839.

נט

נְטוּפָה 659.
נְטוֹפָתִי 659.
נְטָעִים 724.

ני

נִינוֹה 239.
נָיוֹרָת 239.
נִיסָן 68.
נִיקוֹדִימוֹס

מַתָּן 95.
מַתַּתִיָּה ib.858.
מַתַּתָּה ib.858.
מַתְּנַת הָאַמְּרָה 966.

נא

נַאִין 105.
נָא 842.
נָאוָא 871.

נב

נִבְרָה 338.
נָבָל 101.
נָבָט 673.
נְבוֹרָת 338.
נִבְחַז 338 316.
נְבוּזַרְאֲדָן 703.
נְבוּשַׁזְבָּן 338.166.
נְבוֹ 338.
נִבְחַ 483.
נִבְלַט 338.284.
נְבִירָת 338.
נִבְשָׁן 338.298.
נְבַכַדְנֶאצַר 46.257.57.
נְבָטִים 673.

נג

נִגַּי 918.
נִגְדָּה 715.
נְגִינוֹת 819.

נד

נָדָב 418.
נִדְבִּירָה 418.60.
נָדָב 418.

מַרְאָה 11.
מַרְתִּים 947.

מש

מִשְׁאָל 106.
מַשָּׂל 695.
מִשְׁמָע 10.
מִשְׁפָּט 308.
מַשָּׂא 277.
מַשׁ 267.
מַשָּׁךְ 223.
מַשָּׂרָה 341.
מַשֹּׂרָה 58.
מְשִׁיחַ
מִשְׁלֶמֶת 695.
מִשְׁלָם ibid.
מַשְׂרֵקָה 897.
מִשְׁרַעַי 714.
מִשְׂרְפוֹת מַיִם 723.243.
מִשִׁיזַבְאֵל 267.166.42.
מִשּׁוֹבָב 144.
מִשְׁעָם 78.
מִשְׁמַנָּה 749.
מִשְׁלַמְיָהוּ 695.60.
מִישָׁךְ 223.

מת

מַתַּי 858.
מִתְאָר 571.
מַתְרֵדַת 774.
מַתִּתְיָה 95.60.
מִתְקָה 491.
מַתּוּשָׁאֵל 203.
מְתוּשָׁלַח 147.
מַתָּנָה 95.

מק

מַקְדּוֹנִי 886.
מַקְנִיהוּ 3.60.
מַקֵּץ 562.
מַקּוֹת 670.
מַקֵּדָה 511.
מַקְהֵלוֹת 488.
מִקְרָא 190.

מר

מַרְפֵּבוֹת 565.
מָרוֹם 12.
מַרְאֶשָׁה 406.
מַרְעָלָה 567.
מְרוֹז 596.
מֶרֶב 67.
מָרָא 104.
מָרָה 20.
מָרָה 64.
מָרָרִי 64.
מְרִים 64.
מְרִיבָה 67.
מָרָן אֶתָה 183.
מַרְתָּא 875.
מַרְקוֹס 857.
מַרְסְנָה 64.256.
מֶרֶס 246.
מַרְמָה 103.
מֶרֶד 235.
מְרִיוֹת 64.
מַרְדְּכַי 64.693.
מַרְמוֹת 64.203.
מַר 822.64.
מַרְקֻלְּס 710.

מס

מַפָּה 66.
מִפָּה 57.
מִסְפָּרַת
מִסְפָּר 278.
מִסֹּרוֹת 419.
מוֹסָרָה ib.

מע

מָעִזִּים 876.
מָעוֹן כַּרְמֶל 382. 516.
מָעוֹן 382.
מַעְדִּי 807.
מַעַן 265.
מַעֲדִי 807.
מְעוֹנְנִים 604.
מְעָרָה 238.
מַעֲרַת 238.
מְעוֹנוֹתַי 914.
מְעוֹנִים 362.
מַעֲכָה 323.
מַעֲכָתִי 323.
מַעֲכָתָה ibid.
מָעוֹךְ ibid.

מפ

מִפְלֶצֶת 674.
מִפִּים 117.
מִפְעַרַת 243. 53.
מִפִּבֹשֶׁת 117.

מצ

מִצְרַיִם 57.
מִצְבֵּיָה 363. 60.
מִצְפָּה 40.
מִצָּרָה 462. 708.

מק

מַלְאָ 603.
מַלְכוֹס 186.
מַלְכָּרָה 810.
מַלְאָ 603.
מַלְכִּיאֵל 186. 42.
מַלְכִּישׁוּעַ 186. 78.
מַלְךְ 186.
מָלוֹךְ 186.
מַלּוֹתַי 603.
מַלְטִיָּה 810.
מָלִיכוּ 186.
מַלְכָּת 186.
מַלְכָּה 186.
מַלְכִּיצֶדֶק 186.
מַלְכִּיאֵל 186. 41.
מַלְאָ 603.

מם

מֵם 832.
מַמְנָא 863.
מַמְרָא 290.
מְמוּכָן 204.

מנ

מְנַחֵם 5.
מָנוֹחַ 5.
מְנָא 154.
מִנִּי 65.
מְנוּחָה 5.
מִנַּי 148.
מְנִירַת 65.
מָן 65.
מְנַחַת 5.
מְנַשֶּׁה 54.

מַטַּת 95.

מי

מִישָׁךְ 539.
מִיכָה 116.
מִיכָיְהוּ 116.
מִירָבָא 244.339.
מֵיפַעַרְת 244.53.
מֵיתַיַּרְקוֹן 244.161.
מִיכָל 116.
מִיכָאֵל 116.62.
מִימִין 48.
מֵישַׁע 78.
מֵידָד 446.
מִישָׁאֵל 106.
מֵי זָהָב 386.

מכ

מִכְמָשׁ 204.267.
מְכוֹנָה 123.
מַכְרוֹן 412.
מָכִיר 412.
מָכִי 204.
מְכְמוֹר 699.
מַכְפֵּלָה 327.
מַכְמְתָה 204.304.
מִכְתָּם 814.
מַכְנַדְבַּי 204.408.
מַכְבֵּנָה 204.17.
מַכְבֵּנִי ibid.
מַכְבִּי 898.

למ

מַלְצָר 516.57.
מַלְאָכִי 857.
מַלְכִּי 186.
מַלְאָ

מַהֲגִים 739.
מְהוּמָן 12.303.

מו

מוֹלִיד 242.
מוֹצָא 708.
מוֹרַשְׁתִי 682.
מוֹעֵד 872.
מוֹף 667.
מוֹלָדָה 242.
מוֹרָה 287.
מוֹאָב 16.
מוּשִׁי 267.
מוֹר 822.

מז

מִזְרָה 370.

מח

מָחוֹל 192.
מַחֲלִי 192.
מַחֲלָה 192.
מַחֲלוֹן 192.
מַחְסֵיָה 83.60.
מַחֲזִיאוֹת 762.
מַחוּיָאֵל 202.
מַחֲלַת 192.
מַחֲנַיִם 41.
מַחֲנֵה 41.
מְחִיר 720.
מַחֲיָדָא 792.
מָחוֹזִים 730.
מַחַת 730.
מְחוֹלָם 190.

מט

טַטְרֵט 395.
מַטְרִי 623.

לקחי 733.

לש
לשע 263.
לשרון 500.
לשם 215.

מא
מארת 872.
מאה 809.

מב
מבצר 378.
מבשם 117.

מג
מגדליתא 422.
מגור מסביב 786.
מגדל 422.
מגדיאל 386.387.
מגוג 220.
מגרון 584.
מגדו 387.
מגדל-אל 422.42.

מד
מדי 222.
מדיא 222.
מדין 31.
מדין 31.
מדמנה 221, 65.
מדין 31.
מדן 31.

מה
מהללאל 210.
מהימבאל 384.
מהרי 145.
מהר-שלל חש-בז 145.
מהגים

לוד 243.
לודבר 358.
לורהריד 242,532.
לויתן 140.
לוקוס 868.
לוש 284.
לוז 351.
לוי 28.
לוטן 284.

לח
לחי ראי 10.
לחלה 103.
לחי 103.
לחמס 546.

לט
לטושים 335.

לי
ליש 611.

לכ
לכיש 508.
לכה 508.

למ
למך 204.
למד 831.
למואל 836.

לע
לעדן 926.
לעדה 205.
לעזר 174.

לפ
לפידות 595.

לק
לקום 167.

כִּרְתִי 642.
כַּר 737.
כַּרְכּוֹס 963.

כש

כֶּשֶׂב 300.
כַּשְׁדִּים 264.
כַּשְׁבָּאוֹן 918.

כת

כִּתְלִישׁ 547.
כִּתִּים 231.
כֶּתֶר 962.

ל

לֹא רוּחֲמָה 156.
לֹא עַמִּי 157.
לְאֻמִּים 336.
לְאֹם 353.
לְאֵל 42.

לב

לְבָן 329.
לִבְנִי 329.
לְבָאוֹת 536.
לְבֹנוֹת 329.
לִבְנָה 329.
לִבְּי 536.
לִבְנָה 329.
לְבוֹנָה 329.

לה

לְהָבִים 245.
לַהַד 30.

לה

לוּחִים 103. 193.
לוּדִים 243.
לוּד 243.
לוּד

כְּנָה 124.
כְּנַעֲנָה 9.
כְּנַעַן 9.
כְּנֹרֶת 496.

כס

כִּסְלוֹן 497.
כִּסְלֵחִים 246.
כַּסְפִּירָה 804.
כַּסְפִּים 804.
כִּסְלוֹן 497.
כְּסִיל 497.
כִּסְלַת תִּבַר 568.
כִּסְלֵר 497.

בפ

כָּף 177.
כַּפְתֹּר 248.
כַּפְתֹּרִים ibid.
כַּפִּירָה 504.
כְּפַר סַלְמָה 902.
כְּפַרְנַחוּם 504.
כְּפָא 176.

כר

כַּרְמִים 396.
כּוֹרָזִין 596.
כַּרְכֹּם 919.
כַּרְשְׁנָא 619. 298.
כַּרְכְּמִישׁ 619. 267.
כְּרִית 642.
כַּרְמֶל 516.
כַּרְמִי 396.
כְּרָבִים 197.
כְּרוּבִים ibid.
כֶּרֶן 375.

כּוּשָׁן רִשְׁעָתַיִם 122.297.
כּוֹרָזִין 863.
כּוּת 686.
כּוֹנְנְיָהוּ 124.60.

כז

כְּזִיב 158.
כָּזְבִּי 158.
כְּזָבָה 158.

כי

כִּיפָא 177.
כִּיוֹן 854.
כִּידוֹן 750.

כך

כָּכָר 754.

כל

כִּלְפַּרְנַע 358.
כִּלְיאוֹפָס 877.
כִּלְוהִי 116.941.
כִּלְחָזֶה 237.
כִּלְמָד 831.
כִּלְכָּל 116.
כִּלְנָה 237.
כֶּלַח 241.
כֶּלֶב 447.
כִּלְיוֹן 116.
כִּלְאָב 116.12.
כִּלָּל 116.

כמ

כְּמוֹן 920.
כְּמוֹשׁ 267.167.
כְּמֹהָם 649.
כְּמָרִים 699.

כנ

כַּנָּה

יִשְׁבִי בְנוֹב 650.
יְשׁוּחִירָה 334.60.
יְשִׁישַׁי 728.
יְשׁוּב 144.
יְשִׁירָה 228.60.
יִשְׁמְרִי 173.
יִשְׁבָּקְשָׁה 761.
יִשְׁנָה 402.

ית

יִתְלָה 583.
יִתֵּר 374.
יִתְרְעָם 374.17.
יִתְנִיאֵל 95.42.
יִתִּיר 374.
יִתְמָה 343.
יִתְנָן 530.
יִתְרָן 374.
יִתְרָן 374.
יִתְרָת 95.

כב

כְּבוֹן 545.
כְּבוּל 125.
כְּבָר 844.

כר

כְּרַר-לָעֶמֶר 295.

כו

כּוּב 545.
כּוּרְשׁ 773.
כּוֹנְיָהָ 124.
כּוֹן 124.
כּוֹר עָשָׁן 638.
כּוּשׁ 122.
כּוּשִׁי 122.

יִרְמוּת 20. 203.
יִרְחָם 572.
יִרִיאֵל 582. 42.
יִרְבְּשֶׁת 67. 117.
יִרְבְּעָם 67.
יִרְשָׁה 682.
יִרְמְיָהוּ 12. 60.
יִרְיְשׁוֹת 132.
יִרְחָא 271.
יִרְקְעָם 122.
יָרִיב 67.
יָרוֹחַ 282.

יש

יִשְׂרָאֵל 13. 42.
יִשְׁוִי 304.
יִשְׁרוֹן 90.
יְשִׁימוֹן 369.
יִשְׁפָּן 481.
יִשְׁבְּאָב 757.
יִשְׁפָּה 948.
יִשְׁוִי 304.
יִשְׁמָעֵל 9.
יִשְׁבָּק 333.
יִשְׁשָׁכָר 34.
יֶשֶׁב 650.
יִשַּׁי 402.
יִשְׁעִיָהוּ 78. 60.
יִשְׁי 304.
יִשְׁעִי 78.
יִשְׁמָא 215.
יִשְׁמָאֵל 215.
יִשְׁבְּעָם 650. 17.
יִשְׁבַּת 721.
יִשְׁבִּי

יפ

יִפְלְטִי 499.
יִפּוּ 581.
יִפְלָט 499.
יִפְעַ 52.
יִפְרַ 6.
יִפְנֶה 43.

יצ

יִצְחַר 326.
יִצְהָר 415.
יִצְחָק 17.
יִצְרָ 409.

ק

קְמָעָם 167. 17.
קְתְאֵל 129.
קְדְעָם 557.
קְטָן 268.
קְשָׁן 332.
קְנְעָם 3. 17.
קְמִיָה 167. 60.
קְוִיחִיאֵל 670. 42.
קְרָ 656.

ר

רוּשָׁלַיִם 98.
רְפָאֵל 226.
רְאוֹן 582.
רְבַעַל 100.
רְחַמְאֵל 156. 42.
רְיָהוּ 582. 60.
רוּאֵל 582. 42.
רְדֵן 209.
רְדְ 209.
רְחָ 271.
רְחוֹ 271.

יָמִין
יְמִנָה ibid.
יְמָלָה 603.
יְמָלֵךְ 186.
יְמִנַע 600.
יְמַגֵּר 923.
יְמִינִי 48.
יְמִימָה 141.
יְמוּאֵל 141.42.
יְמָרָה 234.

ב

יְנָחָה 52.

ס

יְסִבָּה 44.
יְסָרִין 907.

ע

יְעָבֵץ 323.
יְעָרְשִׁיָה 745.60.
יְעֲשִׁי 21.
יְעוּז 662.
יְעֵנִי 362.
יְעִיץ 131.715.
יְעָרֵי אָרְגִים 653.
יְעָלָם 183.
יָעֵל 618.
יְעָקֵב 22.
יְעָקְבָה 22.
יְעוּשׁ 364.
יְעָזֵר 69.

פ

יִפְדְיָה 443.60.
יִפְדַת 169.
יִפְדַת אֵל 169.42.
יִפְלְטִי

ז

יִזְרַחְיָה 50.60.
יִזִּיז 302.
יִזְיָה 370.
יִזְחָא 534.
יִזְרְעֶאל 556.
יִזְלִיאֵל 648.42.
יִזִּיז 302.

ח

יְחַלְאֵל 400.
יְחִצְאֵל 309.
יְחִזִּיאֵל ibid.
יְחִיָה 260.
יְחִדוֹ 709.
יְחִדִי 709.
יְחִדְיָה 709.
יְחִדִיאֵל 709.
יְחִדְיָהוּ 709.
יְחִזְיָה 316.60.
יְחִזְקֵאל 683.
יְחִבָּה 445.
יְחִזְרָה 758.

ט

יְטִבָּה 344.
יְטוּר 344.
יְטִבְתָה 384.

כ

יְכָלְיָה 116.
יָכִין 124.

ל

יְלוֹן 238.

מ

יְמִנָה 48.

יוֹטָה 385.
יוֹטָה 385.
יוֹתָם 72.
יוֹנָתָן 60. 95.
יוֹרֵי 960.
יוֹרָם 60. 12.
יוֹרָה 960.
יוֹאָח 347.
יוֹזָכָר 416.
יוֹאָב 12.
יוֹאָשׁ 597.
יוֹר 121.
יוֹזָבָד 502.
יוֹנָה 680.
יוֹחָנָן 118.
יוֹחָה 2.
יוֹבָב 276.
יוֹבֵל 74.
יָן 223.
יוּבַל 74.
יוֹסֵף 824.
יוֹסֵף 36.
יוֹסְפִיָה 36. 60.
יוֹב 276.
יוֹכֶבֶד 107.
יוֹחָא 2.

יִ

יִשַׁב חֶסֶד 666. 650.
יִקִים 167.
יִשַׁי 228.
יִשְׁבִיָה 650. 60.
יִעֲלָה 748.
יִסָה 37.

יָ

יָרַע 437.
יָרְבָּשׁ 569.
יָרִיָה 121. 60.
יָרוּתוּן 389.
יָדוּ 121.
יָרוֹן 31.
יְרִידָה 962. 60.
יְרַ-אַבְשָׁלוֹם 121.

יְ

יְהוֹיָדָע 60. 296.
יְהוֹאָא 941.
יְהוֹשָׁבַע 19. 60.
יְהוֹאָשׁ 225. 60.
יְהוֹעַדָן 191.
יְהוֹשָׁפָט 60. 308.
יְהוֹרָה 60.
יְהוֹה שָׁלוֹם 98.
יְהוּדִית 30.
יְהוֹה נִסִי 68.
יְהוֹשֻׁעַ 78.
יְהִצְרָה 462.
יְהִצְרָה 732.
יְהוּד 30.
יְהוֹיָקִים 60. 167.
יְהוֹיָכִין 60. 124.
יְהַלְלָאֵל 143. 42.
יְהוּדִית 30. 60.
יְהוֹצָדָק 186. 60.
יְהוּדִי 30.
יְדוּדָה 30.
יְהוֹרָם 60. 12.

יִן

יְאָחַ 405.
יְאֵל 620.

א

אֲשִׁירָה 226.60.
אֲתָרִי 959.
אֶזְנִיהוּ 133.60.
אֲרִים 874.
אֶזְנִיָּה 133.60.
אִיר 72.

י

יָבִין 403.
יְבוּסִי 251.
יְבוּס 251.
יָבָל 212.
יָבָק 909.
יִבְלְעָם 355.17.
יִבְנָה 17.
יִבְנְאֵל 403.42.
יָבֵשׁ 612.
יַבְחַר 633.
יִבְשָׁם 349.

ג

יִגְלִי 39.
יִגּוּר 14.
יִגְדַּלְיָהוּ 422.60.
יִגְבְּאֵל 78.
יִגַּד שַׁהֲרוּתָא 38.
יִגְאָל 448.
יִגְבְּהָה 178.922.
יִגְלִיאָה 648.60.

ד

יִדְלָף 318.
יִדְעֹנִים 437.
יִדְאֲלָה 121.42.
יְדִידָה 231.
יִדְעָ

חֶתְלוֹן 848.

ט

טַבְּרִיוּס 870.
טַבְלְיָהוּ 763.
טָבַח 321.
טַבָּת 384.
טַבְרִמּוֹן 384.487.
טַבְעוֹרָת 788.
טֶבֶת 788.
טַבִּיתָא 262.

ט

טוֹבִי 384.
טוֹב 384.
טוֹב אֲדוֹנִיָּה 384.505.60.
טוֹבִיָּה 384.60.
טָבְאֵל 384.42.
טוּבִין 222.384.

ט

טִירָת 830.
טִיבְרִיוּס 870.

ט

טַלְמוֹן 531.65.
טַלָּם 531.
טַלָּאִים 531.
טַלִּיתָא קוּמִי 167.

ט

טָפַת 659.
טִפְסָר 149.

ט

טַרְפְּלִיָּא 801.

ט

טָשִׁי 901.

חָרוּץ 696.
חַרְחַס 281.84.
חָרֵף 417.
חַרְנֵפֶר 281.390.
חַרְחוּר 281.
חַרְשָׁא 594.
חַרְנִי 281.
חַרְהַרְתָּה 281.81.
חַרוּמַף 79.117.
חַרְנַיִם 281.
חַרְמַגְדוֹן 892.
חַרְסִירֵת 591.

חש

חֵשֶׁם 145.
חֲשִׁים 145.
חֲשְׁבוֹן 145.403.
חֲשַׁךְ
חַשְׁמַנָּה 145.65.
חַשְׁמוֹן 145.
חַשְׁתִּי 145.
חַשְׁמוֹנִים 145.65.
חַשְׁבַּדָּנָה 463.31.
חָשׁוּב 463.
חֹשֶׁם 785.
חַשְׁבְּנִיָּה 463.60.
חַשְׁבִּיָּה ibid.
חַשְׁבָּה ibid.
חַשּׁוּפָה 787.

חת

חֵת 250.
חִתִּים 250.
חַתַּרְתַּ 250.
חֻתְלוֹן

חצ

חֲצִיאֵל 309.42.
חֲצֵר 270.
חֲצַרַי 270.
חֲצַרוֹת 270.
חֲצַרוֹן 270.
חֲצַצוֹן תָּמָר 309.
חֲצַר-גַּדָּה 270.33.
חֲצוֹר 270.
חֲצַר-אַדִּיר 270.466.
חֲצַר-עֵינָן 270.243.
חֲצַר סוּסָה 270.450.

חק

חֲקָקָה 581.
חַקְלַדָּמָא 180.
חֲקוּפָּה 581.117.

חר

חַרְנֹל 434.
חֹרֵב 425.
חָרָן 285.
חֹרִי 150.
חַרְשֶׁת 594.
חַרְמָן 79.
חַרְמָה 79.96.
חַרְדָּה 489.
חָרָד 489.
חַרְגַּדְגָּד 150.33.
חֵרֶם 79.
חֶרֶס 591.
חֹרֶת 421.
חַרְדִי 489.
חֹרִים 79.
חַרְבֹּנָה 79.

חַמִּים 216.243.

חנ

חָנוּן 118.
חַנִּיאֵל 118.60.
חָנָן 118.
חָנֵן 118.
חָנֵס 118.68.
חַנְמָאֵל 118.42.
חַנְנִיָּה 118.60.
חַנָּתוֹן 118. 95.
חַנָּה 118.
חַנְדָּה 118.231.
חַנְנָאֵל 118.42.
חַנְדָּד 118.231.
חַנָּנִי 118.
חֲנוֹךְ 200.
חַנִּיאֵל 118.42.

חס

חַסְרָה 771.
חַסָּה 83.
חָסֵר 666.
חַסְדִּיָּה 666.60.

חפ

חֲפִים 407.
חֻפָּם 407.
חֲפַר 473.
חֲפָרָה 407.
חַפְצִיבָה 694.
חֲפָרַיִם 473.
חֲפָנִי 617.
חֲפָרַע 407.132.
חֲפוּגוֹרֵת 617.

חצ

חל

חֶלְדָּה 698.
חֶלַי 192.
חֶלְחוּל 192.400.
חֵלֶן 192.
חֶלֶץ 192.
חֶלֶק 110.
חֶלֶף 578.
חֶלְקַת 113.
חֶלְפַּי 578.
חֶלְבָּה 590.
חֶלְבּוֹן 590.
חֶלֶץ 657.
חֶלַח 192.103.
חֶלְקִיָּהוּ 113.60.
חֶלְקַת הַצֻּרִים 113.
חֵלֶם 839.
חֶלְדַּן 698.
חֶלֶד 698.
חֶלְאָה 192.
חֶלַפְּרֵנֶשׁ 645.341.

חמ

חָם 216.
חֲמָדָן 373.
חֲמוּל 397.
חֲמֹר 438.
חֲמַת 216.
חֲמָטָה 555.
חֲמוֹר 438.
חֲמוּטָל 216.531.
חֲמוּאֵל 216.42.
חֲמַת-דֹּאר 216.272.
חָמוֹן 216.

חוֹת 2.
חוֹת יָאִיר 2.72.254.
חוֹרֶם 150.
חוֹרִי 150.
חוֹלוֹן 192.
חוֹרֶן 150.
חוֹתָם 737.
חוּפָם 407.
חוּר 150.
חוּשַׁי 254.
חוּשָׁי 145.
חוּשִׁים 145.
חוֹתָמָה 216.

חז

חֲזִיוֹן 316.
חֲזָאֵל 316.42.
חֲזִיאֵל ibid.

חט

חַטִּיל 942.
חַטּוּשׁ 717.
חַטִּיטָא 717.385.
חַטִּיפָה 795.

חי

חִיאֵל 2.41.
חִירָת 2.
חֵילָם 645.
חִירָם 281.
חִירָה 281.

חכ

חַכְמוֹנִי 654.
חַכִּלִיָּה 631.
חַכִּילָה 631.

חל

חב

חֲבַקּוּק 855.
חֶבֶב 445.
חֶבֶר 291.
חֶבְרוֹן 291.
חֲבַצַּנְיָה 311.454.60.
חֶבוֹר 291.
חֲבִיָּה 451.60.
חֲבָרִים 291.

חג

חַגִּית 401.
חַגִּי 401.
חַגָּיָה 401.60.
חַגַּי 401.
חָגָב 435.
חַגְבָּה 435.
חַגְלָה 409.

חד

חֲדַר 342.
חֲדַקֶּל 195.
חַדְתָּה 532.
חֲדִידָה 532.
חַדְרִמּוֹן 532.487.
חֲדָלִי 698.
חַדְשָׁה 542.
חֲדָשָׁה 542.
חָדָשׁ 542.

חו

חוֹבְלִים 160.
חוּקּוֹק 581.
חוֹת 2.
חוֹיְלָה 192.
חוֹבָה 311.

זֵיתָן 534.
זֵיתָם 534.
זֵינָא 755.

זב
זַבַּי 782.
זִבְרִי 417.
זַבּוּר 417.
זִכְרִיָּה 417.

זל
זִלְפָּה 354.

זמ
זִמְרָן 331.
זִמִּירָה 331.
זִמְרִי 331.
זַמְזֻמִּים 89.
זַמְזֹמָה 89.

זנ
זָנוֹחַ 538.
זָנָן 454.

זע
זְעֻרָה 376.

זפ
זִפְרוֹן 33.

זר
זֶרֶשׁ 701.
זֶרַח 50.
זְרֻבָּבֶל 556.
זַרְחִיָּה 50. 60.

זת
זְתוֹא 534.
זֵתַר 952. 248.
זֵתָם 534.

חב
וְפַסִּי 452.
וְפַרְסִין 155.
וְשַׁתִּי 815.
וְשַׁנִּי 298.

ז
זְאֵב 598.

זב
זְבוּב 166.
זְבֻלוּן 36.
זְבֻל 36.
זַבְדִּי 502.
זִבְדִּי 502.
זָבוּד 502.
זְבִידָה 502.
זָבַד 502.
זְבִינָא 166.
זֶבַח 599.

זה
זֵהָם 768.

זו
זוֹחֶרֶת 722.
זוּזִים 302.

זז
זָזָא 302.

זח
זַחְלֶת 123.

זי
זַיִן 829.
זִיף 933.
זִיו 669.
זִיפָא 117.
זִיעַ 727.
זִיז 302.

הַפִּלֶּכֶת 186.
הֵמָּן 303.12.
הַמַּדְתָּא 303.389.

הנ

הַנּוֹם 194.
הֵן 429.

הס

הַסַּנְאֵה 256.

הפ

הַפְּתֵחַ 169.
הַפִּצֵּץ 759.

הצ

הַצַּלְלַפְּנִי 206.43.
הַצְּבִיִּים 262.
הַצּוֹבֵבָה 629.

הק

הַקֹּץ 718.
הַקָּטוֹן 268.

הר

הַר-שַׂרְתָּ 894.
הָרוּם 12.
הָרָן 283.
הַר 81.
הָרֹם 81.
הָרְפָּה 226.
הָרָרִי 81.

הת

הַתִּיכוֹן 954.
הַתַּךְ 230.

ו

וָו 828.
וְהֵב 459.
וַנִּיד 825.
וּפְסִי

הַגְּדֵה 739.
הֵגֶר 13.

הד

הֲדַס 196.
הֲדַסָּה 196.
הֲדוֹרָם 272.
הֲדַר 379.
הֲדַר 381.
הֲדַרְעֶזֶר 381.69.
הֲדִי 30.
הֲדַד רִמּוֹן 379.487.

הו

הוֹד 441.
הוֹתִיר 374.
הוֹרוּיָה 30.60.
הוֹדִיָה 30.60.
הוֹדַוְיָהוּ 30.60.
הוֹשַׁמַע 10.
הוֹהָם 506.
הוֹשֵׁעַ 78.
הוֹשַׁעְנָא 162.

הי

הֵירוֹדֵס 860.
הֵימָן 303.
הֵין 429.

הל

הַלְלוּיָה 143.
הַלּוֹחֵשׁ 811.
הַלֵּל 143.
הֵלֶם 740.

המ

הַמּוֹנָה 153.
הֵם 303.

דמ

דִּמְנָה 529.
דַּמֶּשֶׂק 312.
דָּנָה 31.
דַּמִּים 179.

דנ

דְּנְהֲבָה 31.
דָּן 31.
דָּנִיֵּאל 31. 42.

דע

דְּעוּאֵל 437. 42.

דפ

דְּפְקָה 484.

דק

דְּקָלָה 273.

דר

דַּרְמֶלוֹס 899.
דַּרְבָּא 956.
דַּרְדַּע 272. 296.
דַּרְמֶשֶׂק 752.
דַּרְקוֹן 272. 3.
דַּרְיוֹשׁ 964.
דַּרְכְּמוֹן 957.

דש

דִּשׁוֹן 317.
דִּשָּׁן 908.

דת

דָּתָן 389.
דָּתָן 389.
דַּתְּמָה 389.

הא

הָא 827.
הֶבֶל 198.
הֲגָר
הֲבָרָה 358.
הֲבִיר 358.

דג

דָּגוֹן 548.

דך

דַּךְ 232.

דה

דְּהָוֵה 921.

דו

דּוּרָא 272.
דּוּרָנִים 232.
דּוּמָה 340.
דּוֹדָאִים 357.
דּוֹר 272.
דּוֹרוֹ 231.
דּוֹד 231.
דּוֹדַי 231.
דּוֹתַיִם 389.
דּוּק 273.

די

דִּינָא 31.
דִּיבוֹן 440. 403.
דִּי זָהָב 440. 386.
דִּימוֹנָה 529.

דל

דָּלֶת 826.
דַּלְפוֹן 543. 43.
דְּלִילָה 610.
דַּלְיָהוּ 543. 60.
דְּלִיָּה 610.
דַּלְעָן 543.
דַּלְמָנוּתָא 543. 65.

נר

גֶּרֶב 661.
גַּרְגְּשִׁי 253.
גַּרְגְּשִׁי 253.
גַּרְגְּשִׁים 253.
גֵּרְשֹׁן 59.
גֵּרְשֹׁם 59.
גֵּרָא 14.
גֵּרָה 14.
גֵּרִזִים 501.
גְּרִזִי 501.
גַּרְמִי 227.

נש

גֶּשֶׁן 253.
גְּשׁוּרִי 149.314.
גֶּשֶׁם 808.
גִּשְׁפָּא 814.

נת

גִּתִּים 514.
גַּת 514.
גֶּתֶר 266.
גִּתִּים 514.
גִּתִּים 514.
גִּתָּה חֵפֶר 514.473.

הא

הָאֵג 629.
הָאֹר 272.

הב

הַבְרֹת 358.
הֲבָלִים 494.
הֲבָרִיָה 318.
הַבֶּשֶׁת 569.
הֶבְרֹן

גל

גִּלְגָּל 92.
גִּלְנָת 628.
גְּלִיל 39.
גְּלִילוֹת 39.
גִּלֹּה 112.39.
גַּלְעֵד 39.
גִּלְעָד 39.
גַּלַּל 39.
גִּלְבֹּעַ 635.
גִּלֹּה 112.
גִּלִּים 628.
גִּלֹנִי 112.
גִּלְגַּלְתָּא 163.

גמ

גַּמְּרִים 848.
גְּמַרְיָהוּ 442.60.
גֹּמֶר 219.
גַּמְלִיאֵל 442.
גַּמְלִי 442.
גָּמוּל 442.

גנ

גִּנְסָר 496.
גִּנְבַת 672.
גִּנְתוֹן 408.

גע

גַּעְתָּם 840.
גַּעְתָּם 367.
גַּעַשׁ 592.
גַּעַל 915.

גפ

גֹּפֶר 217.
גַּפִּיפְתָּא 178.

בת

בתואל 17.
בתילה 564.
בתנ 766.
בתירה 17.60.
בתול 564.
בתרון 934.
בתשבע 17.19.

גא

גאול 453.

גב

גבתא 177.
גבים 652.
גבריאל 492.42.
גבר 492.
גבעון 503.
גבלים 519.
גבעה 503.
גבעל 503.42.
גבע 503.
גבתון 584.
גברירה 492.60.

גד

גדל 422.
גדליהו 422.60.
גדיאל 33.42.
גד 32.
גדעון 99.
גדרה 541.
גדריא 541.
גדש 900.
גדעם 99.
גדעון 99.

גדי 32.
גדלתי 422.
גדר 33.
גדרה 541.
גדרתים 541.
גדר 541.

גו

גוג 221.
גוב 652.
גוני 408.
גוזן 685.
גולן 39.
גור בעל 14.100.
גוזן 685.

גז

גזז 685.
גזר 685.
גז 775.
גזבר 775.
גזם 754.

גח

גחר 194.281.
גחם 194.
גחון 194.

גי

גית-שמנים 749.
גימל 442.
גישן 149.289.
גיחזי 149.316.
גיחון 194.
גית 194.
גינת 408.
גי-בן-הנום 149.

גל

בַּעַל פְּרָצִים 100.114.
בַּעֲלַת־חָצוֹר 270.100.
בְּעֵל־טָעַם 799.
בַּעַל־מַיִם 100.
בַּעַל־פְּעוֹר 470.
בַּעַל־מְעוֹן 914.
בַּעַל־חָנָן 118.
בַּעַל־צְבוּב 166.
בַּעַל־צְפוֹן 356.
בַּעֲרָה 412.
בַּעֲנָא ibid.
בְּעֵץ 362.
בַּעֲרָה 76.
בְּעֶשְׁתְּרָה 301.
בַּעֲשָׁא 639.713.
בַּעֲשִׁיָּה 21.

בצ

בְּצַרְתָּ 378.
בְּצַלְאֵל 206.
בְּצֹר 378.
בְּצָקַת 544.
בְּצֵי 574.
בַּצְלוּת 206.

בק

בְּקִי 333.
בַּקְבָּקַר 746.
בְּקֻבוּק 33.
בְּקִיָּהוּ 330.60.

בר

בְּרֵאשִׁית 406.
בְּרִים 568.
בַּר־נַבָּא 338.170.
בַּר־אַבָּא 911.
בַּר־תַּלְמַי 51.60.
בְּרֻכְיָה 51.60.
בְּרֻכְיָהוּ 51.60.
בֶּרֶד 735.
בֶּרִי 568.
בַּרְקוֹס 793.
בְּרוּאָא 735.
בַּרְכָּאֵל 51.42.
בְּרוֹתָה 19.
בְּרוּךְ 51.
בְּרֵכָה 134.
בַּרְשׁוּמָא 884.
בַּרְשִׁוּ 884.
בְּרַע 132.
בְּרֶשַׁע 298.
בְּרִיעָה 132.
בָּרָק 585.
בְּרִית 602.
בַּר־טִימַי 170.
בַּרְזִלַּי 648.
בַּרְחֻמַי 937.
בְּרַאֲךָ 693.
בְּרִזִּית 170.534.
בַּר־יֵשׁוּעַ 884.
בַּרְבָּרוֹס 891.

בש

בְּשֶׁלֶם 98.
בְּשֶׁבֶת 650.
בְּשׁוֹר 314.
בְּשֶׁמֶת 349.
בָּשָׁן 298.
בְּשַׁחֲמָה 912.

בב

בֶּן-אוֹנִי 47.
בְּנֵי 17.
בִּנְיָמִין 48.
בְּנֵי יַעֲקָן 17.377.
בְּנִיָּה 17.60.
בְּנָיָהוּ 17.60.
בְּנֵי-רֶגֶשׁ βοανεργὲς 165.
בְּנוֹ 17.
בְּנוּי 17.
בְּנֵי-בְרַק 584.
בֶּן-גֶּבֶר 17.492.
בֶּן-דֶּקֶר 665.27.
בֶּן-זוֹחֶת 722.
בֶּן-חוּר 17.150.
בֶּן-חֶסֶד 17.665.
בֶּן-הֲדַד 17.379.
בֶּן-עַמִּי 17.
בֶּן-עֶנֶת 17.362.
בֶּן-עֶבֶד 17.128.

בס

בֶּסֶד 251.
בְּסוֹדְיָה 260.60.

בע

בַּעוֹר 76.
בַּעַז 124.
בַּבֶל 100.
בַּעֲלִים 100.
בַּעַל-גָּד 100.33.
בַּעֲלָה 100.
בַּעֲלוֹת 100.
בַּעֲלַת בְּאֵר
בַּעֲלַת בְּרִית 602.
בַּעַל

בֵּית-פַּצֵּץ 572.
בֵּית-צוּר 26.57.
בֵּית-צִידָה 26.249.
בֵּית-קְצִיץ 26.562.
בֵּית-רָפָא 26.226.
בֵּית-רְחוֹב 26.25.
בֵּית-שָׁן 26.238.
בֵּית-שְׁאָן 561.
בֵּית-שִׁטָּה 26.476.
בֵּית-תַּפּוּחַ 918.

בכ

בִּכְרִי 404.
בֶּכֶר 404.
בְּכוֹרֶת 404.
בּוֹכִים 97.
בְּכוּרָה 46.

בל

בֶּל 151.
בִּלְדָּד 355.231.
בִּלְהָן 355.429.
בִּלְהָה 355.
בִּלְגָּה 757.
בִּלְיַעַל 618.
בִּלְשַׁאצַר 154.
בִּלְטְשַׁאצַר ibid.
בִּלְשָׁן 777.
בִּלַּע 151.
בִּלְעָם 355.17.
בָּלָק 467.

במ

בְּמוֹת 361.
בְּמֹהָל 738.

בֵּית־אֵל 25.
בֵּית־אָוֶן 26.25.
בֵּית־אַשְׁבֵּעַ 26.19.
בֵּית־בִּירִים 26.896.
בֵּית־בָּרָה 26.168.
בֵּית־דָּגוֹן 548.
בֵּית־דִּבְלָתַיִם 26.494.
בֵּית־גָּדֵר 26.541.
בֵּית־גָּמוּל 26.442.
בֵּית־הָרָן 26.81.
בֵּית־הַיְשִׁימֹת 26.369.
בֵּית־הַשִּׁטִּים 26.477.
בֵּית־זַכְרִיָה 26.417.
בֵּית־זֵיתִים 26.534.
בֵּית־חָנָן 26.118.
בֵּית־חוֹרוֹן 26.150.
בֵּית־כַּר 26.619.
בֵּית־הַכֶּרֶם 396.
בֵּית־חַגְלָה 26.401.
בֵּית־לֶחֶם 913.
בֵּית־לְבָאוֹת 26.536.
בֵּית־חַסְדָּא 882.
בֵּית־מָעוֹן 26.914.
בֵּית־מַעֲכָה 26.323.
בֵּית־הַמַּרְכָּבוֹת 565.26.
בֵּית־נִמְרָה 26.64.
בֵּית־עֲנִיָה 26.362.
בֵּית־עֲנוֹת 26.362.
בֵּית־הָעֵמֶק 577.
בֵּית־עַרְבָה 524.
בֵּית־עֲרָבָה 26.61.
בֵּית־עֵקֶד 678.
בֵּית־פֶּלֶט 26.449.
בֵּית־

בְּנֵי 778.
בִּנְתֵּן 953.

בר

בְּרִירָה 380.60.
בֶּרֶד 380.
בָּרָן 624.
בִּרְקָר 665.
בִּרְלָח 193.

בה

בְּהֵמוֹת 139.
בֹּהַן 525.

בו

בּוּז 315.
בּוּז ibid.
בּוֹצֵץ 605.
בּוּל 74.
בּוֹרִית 568.
בּוֹי
בּוּץ 605.
בּוֹנָה 17.
בּוֹרָלָה 893.

בז

בִּזְיוֹתְיָה 533.
בֶּזֶק 589.
בִּזְתָּא 315.

בח

בְּחָרִים 633.

בט

בְּטֹנִים 521.
בֶּטֶן 521.
בֶּטַח 640.

בי

בֵּית־אֶשְׁדָּה 882.

אֶשְׁכֹּל 87.
אֶשְׁנָה 298.
אֶשְׂרָאֵל 34.42.
אִשְׂרָאֵל 34.42.
אֶשְׁעָן 554.
אַשְׁקְלוֹן 427.
אֶשְׁפְּנַז 851.
אֶשְׁתְּמֹן 226.343.
אֶשְׁתְּמֹה ibid.
אֶשְׁתְּמוֹעַ 598.
אֶשְׁתּוֹן 226.95.
אֶשְׁתָּאוֹל 106.

את

אֶתְנָן 530.
אֶתְנִי 731.
אֶתְנִים 420.
אֶתָּם 420.
אֶתְבַּעַל 762.100.
אֶתַּי 420.
אֶתְפֶּתַח 169.

בא

בְּאֵר 82.19.
בְּאֵרָה 19.
בְּאֵרִי 348.
בְּאֵרְתִּי 19.
בְּאֵרֹת 19.
בְּאֵר אֵלִים 19.42.
בְּאֵר שָׁבַע 19.

בב

בָּבֶל 8.
בִּבְּי 783.

בג

בָּגֵר 33.
בִּגְוַי

אֲרִיסַי 818.
אֲרִידַי 348.440.
אֲרִיאֵל 348.42.
אַרְנוֹן 375.
אֲרוֹן 81.
אֹרֶן 81.
אַרְנָן 375.
אֲרָם 12.
אֲרַמְנִי 936.
אֲרַם נַהֲרַיִם 328.
אָרֹךְ 236.
אַרְכִי עַטָּרוֹת 236.480.
אַרְכִוי 236.
אַרְפַּכְשָׁד 264.
אַרְפַּד 424.
אַרְצָא 675.
אַרְדָּט 218.
אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא 798.

אש

אֶשְׁבַּע 910.
אַשְׁבֵּל 226.355.
אַשְׁבֵּן 226.17.
אַשְׁדּוֹת פִּסְגָּה 882.
אַשְׁדּוֹד 225.231.
אַשְׁיָדִים 882.
אַשְׁחוֹר 944.
אַשְׁוֵשׁ 890.
אַשּׁוּר 33.
אַשִּׁימָא 687.
אַשְׁחוּר 517.
אָשֵׁר 33.
אַשְׁכְּנַז 226.
אַשְׁמָרַי 744.

אֶמוֹן 189.
אֲמֶנוֹן 189.
אֵם-מָעוּז
אֲמֹרִי 252.
אֲמַרְיָהוּ 252.60.
אַמְרָפֶל 292.
אֲמֹר 252.
אָמֵן 189.
אֵמִם 507.
אֲמִי 507.
אֲמַצְיָה 679.
אָמוֹץ 679.
אֲמַתַּי 188.

אנ

אַן 47.
אֲנַחְרַת 281.
אֲנִיָּם 734.
אֱנוֹשׁ 207.

אס

אֲסָא 940.
אֲסְנַת 393.
אֲסְנַפַּר 393.39.
אֹפִיר 419.
אֲסַרְחַדּוֹן 419.195.
אֶסְתֵּר 136.

אפ

אֹפֶר 431.
אֶפְיָה 423.
אֲפַיִם 704.
אֲפִיחַ 464.
אֶפְלָל 707.
אֶפֶס דַּמִּים 452.197.
אֲפוּשׁ 150.

אצ

אֶצְבֹּן 303.
אֵצֶם 403.576.
אֶצֶל 697.
אֶצְלִיהוּ 697.60.
אֶצְלִי 697.
אֲצַר 371.

אר

אַרְאֵלִי 72.398.
אֲרָא 218.
אַרְבֶּה 432.
אַרְבִּי 553.
אֲרַב 553.
אַרְבּוֹת 553.
אַרְבַּעַי 243.
אַרְבְּאֵל 553.
אַרְגֹּב 499.
אֶרֶד 407.
אֶרֶד 209.
אַרְוָנָה 374.
אַרְדּוֹן 407.
אֶרַח 780.
אַרְוָמָה 12.
אֲרוֹדִי 257.
אָרוֹד 257.
אֲרִידָתָא 348.389.
אַרְיוֹךְ 293.
אֲרִיסַי

אלמלך 42.196.
אליפלט 42.449.
אלפי 825.
אליפז 360.
אליפלהו 42.395.643.
אליצור 42.57.
אליקים 42.167.
אליקא 42.656.
אליעם 42.17.
אליעזר 42.69.174.
אלעזר 42.69.
אלישיב 42.144.
אלישרה 228.
אלישע 42.78.
אלישבע 869.
אלישבת 42.79.
אלישוע 42.78.
אלמודד 221.
אלנעם 42.105.
אלנתן 42.
אלסר 294.
אלעלה 42.296.
אלעוזי 42.115.
אלף
אלפעל 42.946.
אלצפן 53.42.
אלקנה 42.3.
אלקשי 42.573.
אלתנור 127.
אלתולד 42.242.
אלתקן 558.
אלתקה 558.
אם
אמה 189.
איש קריות 944.305. Vide (35.
איש הור 944.
איש חיל 645.944.
איש טוב 42.384.944.
איתמר 107. 119.
איתי 420.
אכ
אכד 237.
אכזיב 158.
אכיש 630.
אכין 124.
אכל 835.
אכר 903.
אכשף 512.
אל
אלדד 42.231.
אלדעה 42.296.
אלה 46.
אלהים 1.
אל אלהי ישראל 45.
אלון בכות 46.
אלוש 489.
אלול 135.
אלון מורה 960.
אלחנן 41.118.
אלי אתה 42.945.
אלידע 42.296.
אליהו 42. 60.
אל ידד 42.231.
אל יועני 42.243.
אלי חרף 42.664.
אלי חבא 42.451.
אלימלך 42.196.
אלימעץ 265.183.

אחיתפל 647.
אחים 837.
אחימות 405.203.
אחלב 591.
אחלי 706.
אחמתא 806.
אחן 405.118.
אחסבי 84.
אחשתרי 145.248.
אחר 718.
אחרחל 719.

אט

אטד 411.
אטר 784.

אי

אייה 669.
אירה 372.
איזבל 107.36.
איטורי 344.
איוב 138.
איכבוד 107.
אילון 46.
אילוןמורה 960.
אילון 46.
אילת 46.
אילות 46.
אילים 46.
אימים 88.
איעזר 69.372.
איפה 423.
אישבשת 117.42.944.
איש קירני 944.141.
אישׁ

אחבן 405.17.
אחור 2.
אחוח 655.
אחז 405.
אחומי 405.243.
אחוחי 655.
אחי 405.
אחיו 405.
אחז 347.
אחזה 347.
אחזיהו 347.60.
אחזם 347.
אחי 405.
אחיה 405.60.
אחיה 405.60.
אחיאם 405.507.
אחיאור 405.72.
אחיהוד 405.441.
אחילוד 405.242.
אחיחוד 405.195.
אחיטוב 405.384.
אחימלך 405.186.
אחימעץ 405.265.
אחימן 405.48.
אחיסמך 430.
אחיעזר 405.69.
אחין 405.222.
אחיקם 405.167.
אחיקר 895.
אחירע 405.279.
אחינעם 405.105.
אחישחר 405.517.
אחישר 405.13.

אהלות 822.
אהרן 81.

אוב 12.
אואל 949.
אוי 109.
אויל מרדך 702.
אולי 943.
אולם 294.
אוזל 73.
אוזי 950.
אומר 252.
און 47.
אוץ 47.
אונן 47.
אונו 47.
אונית 47.60.
אופז 360.
אופיר 275.
אורי 72.
אורית 72.60.
אורים תמים 72.
אור כשדים 72.439.
אור 72.

אזוב 823.
אזור 859.
אזל 109.
אזן שארת 133.
אזנות-תבור 133.568.
אזרחי 50.

אחאב 405.12.
אחבן

אי

ארבאל 339.
ארד 379.
ארז 803.
ארינא 505.
ארלית 610.
ארם 1.
ארמי 1.
ארום 1.
ארמת 1.
ארמי 1.
ארמים 1.
ארמתא 803.
ארוני-צדק 505.186.
ארניר 505.12.
ארניה 505.60.
ארר 466.
ארדיר 466.
ארעי 466.
ארום 466.
ארפלך 466.186.
ארגון 466.33.

אה

אהד 30.
אהוד 30.
אהות 60.
אהית 60.
אהים 837.
אהל 361.
אהליאב 361.
אהליבמה 361.
אהלד 361.
אהליבה 361.

INDEX NOMINVM Propriorum.

אב

אבא 171.
אבגתא 12.514.
אבדון 188.
אבובי 905.
אבי 12.
אביאל 12.42.
אביאסף 12.37.
אביב 63.
אבינועם 112.
אבידע 12.296.
אביהוד 12.441.
אביה 12.60.
אביהוא 12.941.
אביחיל 12.645.
אבימאל 12.531.
אבים 923.
אבימלך 12.16.42.
אבינעם 12.
אבינר 12.105.
אבינדב 12.310.
אביעלבון 12.408.
אבירם 12.403.
אבישוע 12.
אבישור 12.78.
אבישג 12.314.
אבישי 12.636.
אביתר 12.304.
אבל מחולה 12.374.
אבל בית-מעכה 17.192.
אבל השטים 57.26,323.
אבל מצרים 57.86.
אבל 57.
אבל 101.
אבל מים 57.
אבלה 57.243.
אבנה 57.
אבן-עזר 108.
אבצן 107.
אבץ 574.
אברם 574.
אברך 12.
אבשלום 51.
אבת 12.98.
436.

אג

אגא 149.453.
אגבוס 883.
אגג 221.
אגור 834.
אגלים 838.

תָּמַל Samlah 382.
תָּמָר Tamar 119.
תָּנִּין Leviathan 140.
תָּנֵר Jithnan 530.
תָּנָר Athanor 127.
תָּעָה 641.
תָּפַף Topheth 149.
תָּפַח Beth-tappuach 918.
תָּפֵל Achitophel 617.
תָּפַשׁ Eliphaz 360.
תָּפֵר Topheth 149.
תָּקַן Eltekon 558.
תָּקַע Tekuahh 646.
תָּקַף Tekupha.
תָּרַף Teraphim 357.
תָּרַשׁ Tarsis 230.
תֹּחַר Toach 729.
תָּחַשׁ Tachasch 322.
תַּחַת Tachatah 490.
תָּכַךְ Tochen 725.
תָּכֵר ibid.
תִּכֶּן Hattichon 954.
תַּלְמַי Talmai 456.
Tel-melach 767.
תֶּלַח Jetlah 583.
תַּלְמַי Talmai 456.
תּוֹלָע Tolahh 398.
תִּלַּשׁ 547.
תֻּמִּים Tummim 72.
תֵּמָה Temah 243.
תַּמּוּז Tammuz 845.
תָּמַךְ Achisamach 430.

INDEX

שִׁפְעָ Schiphhi 716.
שִׁפְרָ Schiphra 413.
מִצְפָּה Mitzpa 40.
שִׁקְמָ Damaſcus 312.
שִׁקֶּק Darmeſchek 752.
שָׁקֶה Rabſchake 690.
שֶׁקֶל Siclus 427.
שָׁרַר Scharar 660.
שָׂרָה Sara 13.
שָׁרֵב Scherebia 805.
שְׂרוּג Serug 280.
שָׂרִד Sarid 566.
שְׂרָפִים SSchirjon 500.
שָׂרָה Sara 13.
שִׁרְעַ Miſchrai 714.
שָׂרָף Saraph. Seraphim 723
שָׂרָק Sirach 897.
שֹׂרֵק Sorek 609.
שֶׂרֶת Har-ſchereth 894.
שָׁתַר Vaſchti 815.
שָׁתַל Schutelach 476.
שָׁתִי Vaſchti. Vaſti 815.

ת

תָּאַר Tau 152. (179.
תָּאֹם Thomas. Didymus.
תַּעַן Taanath-ſchillo 559.
תָּאַר Metoar 621.
תָּבֵל Babel 8.
תִּבְנִי Tibni 676.
תָּהֹם 887.
תָּוִי Tau 152.
תּוֹךְ Tochen 725.
תּוֹר Caphtorim 248.
תַּחַת

יְהוָה שָׁלוֹם Jehova-ſchalom 98
שַׁלְמָא Salma 615.
שֶׁלֶף Scheleph 269.
שַׁלִּשָׁא Schaliſcha 621.
שֵׁם Schem. Sem 215.
שַׁמָּה Schammah 369.
שַׁמַּד Schamad 744.
Aſmodæus ibid.
שַׁמַּח Boſcama 912.
שַׁמַּל Semla 382.
שֶׁמֶן Miſchmanna. Gethſemane 749.
שְׁמַע Iſmaël 10.
שֹׁמְרוֹן Samaritanus 173.
שֶׁמֶשׁ Hen-ſchemeſch 526
שְׁנָא Aſnath 393.
שִׁנְעָר Schinhhar. Sinear 238.
שֵׁנָן ibid.
שְׁנָר Schinab 298.
שַׁסְתַּי Hhamaſchſai 813.
שָׁסַר ibid.
שָׁעַר Laſchahh 263.
שַׁעַל Chatzar-ſchuhhal
שַׁעַן Eſchhan 554. (533.
שַׁעַר Schahharim 540.
שֵׂעִר Sehhir. Seir 306.
שְׁפוּפָם Schephupham 477.
שִׁפְרָ ibid.
שִׁפְמִי Sipmi 764.
שִׁפְחָ 894.
מִשְׁפָּט Miſchpath 308.
שַׁפָּךְ Schopach 753.
שְׁפָם Schepham 764.
שָׁפָן Schophan 481.

שׁוּק Darmeschek 752.
שׁוּר Schur 314.
שׁוּר Sara 13.
שׁוּשׁ Scheschbatzar 776. Susanna 705.
שׁוּת Scheth, Seth 4.
שָׁזַף Mitzpa 40.
שָׁחַח Schuach 334.
שָׁחָה ibid.
שָׁחַק Isaac 18.
שָׁחַר Schichor 517.
שָׁחַת 334.
שָׁטַם Sithna 24.
שָׂטָן ib Satan 184.
שָׁטַר Schitrai 765.
שִׁי Abischai. Isai 304.
שִׁיל Schilo 410.
שִׁישׁ 229.
שִׁית Sinai 256.
שָׁכַךְ Schochjah 743.
שָׁכַב ibid.
שָׁכַח Boscama 912.
שָׁכַל Escol 87.
שָׁכַם Sichem 286.
שָׁכַן Schecania 716.
שָׁכַר Schecher. Sicera 172.
שָׂכַר Jsaschar 35.
שָׁלַל Maher-schalal-chasch-baz 145.
שָׁלָה Schela 342.
שָׁלַח Metuschalach. Schiloach 147.
שָׁלַט Sultan 867.
שָׁלַם Jischbach 721.
שָׁבַט Schebat 856.
שָׁבַךְ Sobac 644.
שָׁבַל Schibboleth 102.
שָׁבַע Beerschebahh. Berseba 19.
שָׁבַע Elisabeth 869.
שָׁבַר Schebarim 93.
שָׁבַת Sabbatum 70.
שָׁגַג Abischag 663.
שָׁגַב Segub 677.
שָׁגַר Abischag 633.
שָׁדַד Schedeur. Schadrach.
שָׁדַר Arphaxad 264. 439.
שָׁדַר Siddim 300.
שָׁדָה ibid.
שָׁדַם ibid.
שָׁהּ Elisa 228.
שָׁהַד Jegar-sahadutha 38.
שָׁהַם Soham 760.
שָׁוָא Scheva 712.
שׁוּב Scheer-jaschub 144.
שׁוּב Submah 482.
שׁוּד Siddim 300.
שָׁוֶה Schaveh 304.
שׁוּחַ Schuach 334.
שׁוּט Schittim. Sittim 426.
שׁוּט Abelschittim 86.
שׁוּךְ Socho 539.
שׁוּם Scheth. Seth 4.
שָׁוַע Schuahh 391.
שׁוּף Schephupham 477.

רַבָּא Barrabas 911.
רָעֻה Rehhu 279.
רַעַל Marhhalah 567.
רַעַם Rahhemses 56.
רַעַשׁ Boanerges 165.
רָפָא Raphael. Riphat 226
רְפִידִים Rephidim 424.
רָפָה Riphat 226.
Teraphim 357.
רָצָה Tirtza 475.
רָצַף Ritzpa 632.
רַק Raka 161.
רָקָק ibid.
רָקַד Merkedinus.
רָקֵם Rekem 479.
רָקַע Karkahh 522.
רָשַׁשׁ Tarsis 130.
רָשַׁע Birschahh 397.
רֶשֶׁף Reschepb 736.
רָתַת Ruth 613.
רָתַח Artaxerxes 798.
רִתְמָה Rithmah 468.
רָתַק Tartak 738.

ש

שֵׁשַׁי Scheschai 455.
שֵׁשָׁךְ Scheschan 705.
שָׁשָׁן ibid.
שָׁאָה Mescha 277.
שָׁאַל Schemuel. Saul 106.
שְׁאָן Bethschean 561.
שְׂאֹר Scheera 133.
שָׁבַב Schobab 934.
שָׁבָה Jeschebab 756.
שָׁבַח

רַע 132.
רַעַשׁ Boanerges 165.
רָפַד Tarpelæi 801.
רָדָה Arvadim 257.
רָחַט Ararat 218.
רוּב Meriba 67.
רוּד Arvadim 257.
רָוָה Arjoch 293.
רוּחַ Tarach 282.
רוּם Abraham 12.
רוּץ Berihha 132.
רוּץ Arrza 475.
רוּשׁ Tarsis 230.
רָזָה Meroz 696.
רָזַן Razon 930.
רְחֹבוֹת Rechoboth 25.
רָחֵל Rachel 352.
רָחַם Lo-ruchama 156.
רָטַט Ararat. Ruth. 218.
רָטָה 613. 218.
רֶיַח Terach 282.
רָיַק Raka 161.
רִכֵּךְ Nisroch. Abrech 692.
רַכַּב Berh-hammarkaboth 565.
רָכַל Rachal 636.
רָמַם Abraham 12.
רָמָה Ramath-lechi 103.
רִמּוֹן Rimmon 487.
רָנַן Ceran 375.
רָנָה ibid.
רֶסֶן Resen 241.
רָעַע Berihha 132.

קָעַע Koahh 846.
קָפָא Kaiphas 867.
קָצַץ Ketzitz 562.
קָצָה ibid.
קָצַן Hittah-kazin 570.
קָצַע Ketziah. Caſſia 141.
קָצַר Cæſar 867.
קָרַר Karkor 601.
קָרָא Mikra. Alcoran 190
קָרַב Korban 168.
קָרָה Kirjathaim 305.
קָרַח Korach 365.
קָרֵן Kereh-happuch 141.
קָרַס Keros 789.
קָרַע Karkahhah 522.
קָרַץ Cæſar. Charutz 696.
קָרְקַע Karkahh 702.
קָשַׁב 463.
קָשַׁשׁ Keſchaja 751.
קָשָׁה Kiſchjon 573.
קָשֶׁת Kiſchjon 573.

ר

רָאָה Lachai-roi 11.
רְאֵם Reuma 320.
רֹאשׁ Roſch 406.
רַבַּב Rabbi 175.
רָבִיד Rephidim 424.
רַבָּה Rabbi 175.
רִבְעָ Kirjath-arba 324.
רִבְקָה Rebecca 319.
רֶגֶב Argob 499.
רָגַל Rogel 120.
רָגַם Regem 710.
רָגַע

קִבְרוֹת Kibroth-taave 82.
קִדָּר Makkedah 511.
קֶדְמָה Kedma 346.
קֵדָר Kedar 142.
קָדֵשׁ Kadeſch 80.
קִהְרָה Tirhakah 691.
קֶהָל Kehela 488.
קוּא Elika 656.
קוּב Kaiphas 865.
קִוְיָה Mikveh 670.
קוּט Katthath 572.
קוֹל Kolajah 195.
קוּם Talita-kumi 167.
קִין Kenan 208.
קוֹעַ Koahh 846.
קוֹף Koph 833.
קוּץ Kotz 718.
קִיר Karkor 901.
קָטַל 835.
קָטָן Joktan 268.
קְטֹרָה Ketura 330.
קִיר Karkor 601.
קָלַל Tekel. Hiddekel 155.
קָלָה 686. (195.
קָלַט Kelita 806.
קָמַץ Kamerz.
קְנִז Kenizæus 313.
קָנָא Kana 878.
קָנָה Kajin. Cain 3.
קִנָּם Kinnamon. Cinnamomum 428.
קָסַס Barkos 793.
קָסַם Koſam 873.

צָחַר Tzochar 326.
צִיָּה Tzijon 639.
צִיָּן ibid.
צִיץ Tzitz 769.
צִלָּה Tzilla 206.
צִלָּה Tzilla 206.
צָלַח 392.
צַלְמֹן Tzalmonah 85.
צָלַע Tzelahh 563.
צָמַח Tzemach 159.
צֶמֶר Tzemari 258.
צִנִּין Tzin 455.
צָעַר Tzahhanannim 579.
צָעָרָה ibid.
צָעָן ibid.
צָעַר Tzohhar. Tzoar 15.
צָפָה Mitzpah 40.
צָפַח Tzophach 741.
צָפְנַת Tzaphnath 53.
צְפַצָּף 414.
צִפֹּר Tzipora 414.
צָרַיִם Mitzraim 57.
צָרַב 723.
צָרַע Tzorhhach 537.
צָרְפַת Tzarpatha 127.

ק

קָאָה Elika 656.
קָאָרָה ibid.
קַב Cacabus 580.
קַיָּפָא Kaiphas 865.
קַבָּל Cabala 733.
קִבְעָה Gibhon 503.
קַבְצְאֵל Kabtzeel. Kibbutz 528
קֶבֶר

פָּרַיִם Ephraim 55.
פְּרִזִּי Perizæus 289.
פָּרַח Paruach 668.
פַּרְסָם Parmaschta 817.
פָּרַס Persa 772.
Vpharsin 155.
פִּרְעֹשׁ 779.
פַּרְעֹה Pharao. Parhho 52.
פֶּרֶץ Peretz 49.
פַּרְקָא Alphurkan.
פְּרִשׁ Pharisæus 861.
פָּרָשׁ 861.
פַּתְרֻסִים Patrusim 245.
פֶּתֶר Japhet 6.
פַּתָּח Ephphatha 169.
פַּתַּל Naphthali 32.
פִּתֹּן Python 887.
פְּתֹר Pethor 468.

צ

צְבָא Tzobah. Tzebaoth.
צְבֹרַיִם Tzeboim 262. (637.
צְבָעִים Tzebohhim 625.
צְדָדָה Tzedada 849.
צְדָרָה ibid.
צֶדֶק Melchi-tzedek 186.
צָהֹב 625.
צָהַר Jitzhar 415.
צוֹר Tzidon. Sidon 249.
צוּם Schachatzima 576.
צוּף Tzuph 616. (708.
צוּק Tziklag 535.
צוּר Mitzraim 57.
צָחַח Tzeltzach 622.
צָחָק Isaac. Jitzchak 18.

פּוּשׁ Paſchchur 150.
פּוּת Puthi 713.
פָּזַז Eliphaz 360.
פָּחַח Tzelophchad 474.
פָּחָה Pachath 781.
פָּחַת ibid.
פִּילֶגֶשׁ 904.
פָּלַל Ephlal 707.
פָּלָא Phallu 395.
פָּלַג Peleg 7.
פָּלַר Philippus 595.
פְּלֶתִי Pelethi 643.
פָּלַט Palti 449.
פֶּלֶץ Mipletzeth 674.
פְּלֶשׁ Philiſtim. Palæſtini 248.
פָּנַן Punon 483.
פְּנוּאֵל Peniel. Pniel. Pnuel 43.
פַּס Vopſi 452.
פִּסְגָּה Pisga 520.
פֶּסַח Peſach. Paſcha 62.
פָּסַל Phaſelis 904.
פַּעְרָה Pahhu 383.
פַּעַל Elpahhal 946.
פָּעֵם Remphan 854.
פְּעוֹר Bahhal-pehhor 470.
פָּצַר Happitzerz 759.
פָּקַד Pekod 843.
פָּקַח Pekach 681.
פַּר Potiphar 590.
פַּרְוָרִים Parvarim 700.
פָּרָא Piram. 507.
פָּרָה Beth-hharabah. Arabs 524.
עָרַב Hharad 201.
עָרַד Schinhhar 238.
עָרַר Hharaloth 91.
עָרַל Armageddon 892.
עָרָם Hhorpah 614.
עָרְפָה Hharki 255.
עָרַק Jahhareſchja 745.
עָרֵשׁ Jehhuſch 364.
עָשָׁו Eſau. Hheſau 21.
עָשָׁן Hhaſchan 550.
עָשַׁק Hheſek 23.
עֵשֶׂק ibid.
עָשַׁר Hhaſchteroth 301.
עָשָׁר ibid.
עָתַר Hhothniel 570.
עָתַר Hheter.

פ

פֵּאָה Puah 606.
פָּאַר Paran 307.
פַּגָּה Bethphage 864.
פָּגַע Paghhiel 444.
פָּגַשׁ ibid.
פְּדָהצוּר Pedatzur 443.
פַּדָּן Paddena 350.
פִּי Mephiboſcheth 117.
פּוּג Nepheg. 416.
פּוּחַ Nophach 464.
פּוּךְ Keren happuch 141.
פּוּץ Beth-petzerz 575.
פּוּק Mappik 323.
פּוּר Parpar. Purim 137.

עֵיהָ Hhai 288.
עֵיט Hhetam 608.
עֵין Hhanamim. Endor 243
עִיק Hhakan 377.
עִיר Hhiram. Hher 388.
עֻכָּס Hhachsa 527.
עֻכְבָּר ibid.
עֻכָּר Hhachan 94.
עֲלָל Belial 618.
עֲלָה Tidhhal. Hheli 296
עֲלָם Elymas 183.
עִם Hhimmanuel 146.
עַמָּם Ben-hhammi 17.
עַמָּר Mahhadi 807.
עֲמָל Hhamal 742.
עָמֹס Hhamos. Amos 853.
עֲמֶק Hhemeck 577.
עֲמֹרָה Hhamorah 261.
עֲנָנִי Hhanani 603.
עֲנָב Hhanab 513.
עֲנָה Hhanah 362.
עֲנָק Hhanak. Enak 457.
עֲפֶל Hhophel 770.
עֶפְרוֹן Hhephron 315.
עֵץ 492.
עֲצַב Jahhbetz 131.
עֲצֶבֶת 492.
עֲצַל 731.
עֶצְמוֹן Hhatzmonah 523.
עָקֹב Jahhakob. Jacob 22.
עֶקֶד Beth-Hheked 678.
עֶקְרוֹן Hhekron 518.
עֶקֶשׁ Hhekesch 658.
עֲרָב

ס

סְדֹם Sedom, Sodom 260.
סְתֵר Ester 136.

ע

עֵבֶר Hhebal 274.
עֹבַדְיָה Hhabdon. Obadia 128
עֲבֶרֶת Jahhbetz 715. 131.
עֵבֶר Hheber. Hebræus 61.
עֲגָב 459.
עֲגֶבֶת Anchora 890.
עֶגְלוֹן Hheglon 509.
עֵד Hhada 205.
עֲדָה Hhada 205.
עֵדֶן Hheden. Eden 191.
עֶדֶר Hheder 359.
עוֹג Ogh 465.
עֵזֶר Galhhed, Gilead 39.
עֲזֵקָה Tzibhhon 363.
עַזָּל Belial 618.
עֹזִי Baal-mehhon 914.
עֵיפָה Hhepha 337.
עוּץ Hutz 265.
עִיר Hhiram. Hher 388.
עוּשׁ Jehhusch 364.
עֲוִיתִים Hhittah katzin 570.
עֻזָּא Hhazazel 73.
עֻזָּה Peretz-Hhuzza 115.
עֲזַב Sabaktani 164.
Hhazubah, ibid.
עֲזֵקָה Hhazekah 110.
עֶזֶר Eliezer, Elihhezer 59.
עֲטָרָה Hheram 608.
עֲטָרוֹת Hhataroth 480.
עֹיב Hhobal 274.

סִחוֹן Sichon 461.
סִיר Sirah 634.
סֻכּוֹת Succoth 44.
סִכְלוֹ Cislon 497.
סִכָּר Sichar 881.
סֶלַע Sela 821.
סָלָא Salu 471.
סָלָא ibid.
סָלַד Seled 703.
סָלָה Salu 471.
סַלּוּחִים Casluchim 246.
סְלָם Cephar-salma 902.
סֶלַע Selahh 110.
סָם Bosmath 349.
סָמַךְ Achisamach 430.
סָמַל 904. & 85.
סָמָן 761.
סְנְסָן Sansanna 256.
סִנַּי Sinai. Sini 256.
סַס Sisemai 450.
סָעָה Sihhaha 790
סָעַף Schahhaph 711.
סָפַף Saph 651.
סָפָא Pispah 930.
סָפָה ibid.
סָפַל Sephela 932.
סָפָן Schaphan 481.
סָפָר Sephara 278.
סָרָר Ellasar 294.
סָרִיר Sirjon, Schirjon 500
סָרַח Serach 587.
סָרָן 13.
סָרַס Rabsaris 689.
סָתַם

נָקַד Nicodemus 879.
נָקָם 167.
נָקַשׁ Jokschan 363.
נֵרְד Nardus 965.
נָשַׁשׁ Manasse 54.
נָשָׂא Massa 341.
נָשָׁג Abischag 663.
נָשַׁר Manasse 54.
נָשַׁךְ Neschech.
נָשַׁף Naphisch 345.
נָתַח Toach 729.
נָתָן Nathan 95.
נָתַר Mithridates 774.
נָתַשׁ Chatusch 717. & Taschi 901.

ס

סְאָה So 684.
סַבְּבִּי Magur-missabib 150.
סָבָא Seba 233.
סָבָךְ Sobach 644.
סָבַל 102.
סָבַר 150.
סָגַל Segol.
סָגָן 13.
סָגַר Segor 881.
סָדִין Sedinim 607.
סָדְרִי Esdrin 907.
סְדוֹם Sedom 260.
סִיוָן Sivan 816.
סוֹכֵךְ Josech 924.
סוּס Susi 450.
סוּף Suph 71. 37.
סוּר Ellasar 294.

נָחָם Noach. Menachem 5
נָחַץ 145.
נָחַר Nachor 281.
נָחַשׁ Nechuſchthan 130.
נָטָרֶד Mathred 385.
נָטַל Chattil 842.
נָטַע Netahhim 724.
נָטָף Netophati 659.
נָטַר Jetur, Ituræa 344.
נָטַשׁ Chattuſch 717.
נִינְוֵה Nineveh 240.
נָכַד Acad 236.
נָכְרֵה Cittim. Parnach 230
נִמְרִים Nimrim 928
נָסָּ Jehova-niſſi 68.
נָסַךְ 924.
נָסָּה Maſſa 66.
נָסָּח Sichon 461.
נִיסָן Niſan 68.
נָסַע Sihhaha 790.
נָעֲם Nahhomi 105.
נָעֲרָה Nahharatha 560.
נָפַח Nophach 464.
נָפַל Amraphel 292.
נָפַץ Petzetz 759.
נָפַשׁ Naphiſch 345.
נָצִיב Netzib 551.
נָצְרַת Jahetzah 462.
נָצַח Netziach 794.
נָצַר Nazareth 75.
נָקַב Nekeb 580.
נָקָד Nicodemus 879.
נָקַר Necoda 791.
נָקְרֵה
נָגַהּ Nogah 916.
נָגִינוֹת Neginoth 819.
נָגַע Gahhtam 367.
נָגַר 328.
נָגַשׁ Girgaſchi 253.
נָגַשׁ 937.
נָדַב Amminadab 408.
נָדַד Nod 199.
נִדָּה Niddui 183. 199
נָדַח 183.
נָהַג 927.
נָהַל Nahalal 927.
נָהָם Hinnom 149.
נָהָר Aram-naharim 328.
נוֹא No 842.
נוֹב Nebajoth 338.
נוֹד Nod 199.
נוֹוֵה Nineveh 239.
נוֹחַ Noach 5.
נוֹט Teth 830.
נוּם Nemuel 472.
נוֹס Tachpenes, Taphnes
נוֹעַ Timnahh 368. (671.
נוֹף Naphath-dor 667.
נוּץ 769.
נוֹר Aner 310.
נוֹשׁ Enoſch 207.
נָזָה Mizzah 370.
נָזַל Barzillai 648.
נָזַר Nazaræus 75.
נָחָה Tzaphnath - pahh-neach 53.
נָחַל Nachaliel 460.

מְעַרְ Mehharah. Schinhhar
מָץ Motza 708. (238.
מָצַץ ibid.
מָצָא ibid.
מָצָה ibid.
מַר Mara 64.
מָרַר Mara 64.
מָרָא Mamre 290.
מָרַד Nimrod 234.
מָרָה Jimrah 947.
מָרַט Marta 875.
מָרַץ Mars 888.
מָרַק Marcus 866.
מָשָׁה Mose, Mosche 58.
מָשַׁח Messias 176.
מָשַׁךְ Meschech 223.
מָשַׁל Meschullemet 695.
מָשַׁק Darmeschek 752.
מָשַׁשׁ Masch 267.
מֶתֶג Haāmah 796.
מָתָה Methuschael 203.
מָתַק Mithkah 491.

נ

נָא No 842.
נָאַם Naum 871.
נָבָא Nebajoth 338.
נָבַח Nobach 483.
נָבַט Nebath 673.
נָבַל Nabal 111.
נָבַע Aschbahh 910.
נָגַב 366.
נָגַר Magdiel 387.
נָגַהּ

מוץ Motza 708.
מוֹר Myrrha 822.
מוּשׁ Masch 267.
מוּת Metuschaël 203.
מָזָה Tammuz 845.
מָחָה Machath 730.
מָחַר Mechir 720.
מָטַט Teth 830.
מָטַר Matri 623.
מִי Michal 116.
מִי Hhanamim 243.
מִיץ Motza 708.
מִיר 928.
מֶכֶךְ Lamech 204.
מָכַר Machir 412.
מִלֵּט Miletum 958.
מִלָּא Millo 603.
מִלַּח Tel-melach 797.
מָלַט Melatia 810.
מֶלֶךְ Melci-tzedek, Melchisedech 186.
מֹן Moab 16.
מָנָה Man, manna 65.
מָנַח 53.
מָנַע Tzalmunnahh 600.
מָסָה ibid.
מָסַךְ 924.
מָסַס Rahhemses 56.
מָעַר Mahhadi 807.
מָעַל 742.
מָעָה Eschremoahh 588.
מָעַךְ Mahhacha 323.
מָעַל Hhamal 742.

לָחַשׁ Hallocheſch 811.
לָטַשׁ Letuſim 335.
לִיל Elul 135.
לִישׁ Lajiſch 611.
לָבַד Accad 236.
לָמַד Lamed, Talmud 831.
לָעַז 891.
לָפַד Lapidoth 595.
לָפַת Tzeleph 812.
לָקַק Hhamalek 938.
לָקַח Likchi 733.
לָקַט Kelita 806.
לָקַשׁ Lucas 868.
לָשָׁן Bilſchan 777.

מ

מֵאַת Meah 809.
מֵאַם Mem 832.
מָאַס Emaus 876.
מָגַד Magdiel 387.
Armageddon 892.
מָגַן Guni 408.
מָגַר Magur-miſſabib 150.
מָדַד Madai 221.
מָדַן Ibid.
מָהַה Michael, Michal 117.
מָהַל Bimhal 718.
מָהַר Maher-ſchalal-chaſch-baz 145.
מוּג Rabmag 841.
מוּט 830.
מוּךְ Lamech 204.
מוּל Carmel 516.
מוּם Mem, Momus 832.
מוּץ
כָּשַׁר Cæſar 867.
כִּתִּים Cittim 230.
כִּתֹּל Citliſch 547.
כְּתָם Michtam 824.
כָּתַן 742.
כֻּתָּר Cidaris 962.
Hhataroth 480.

ל

לֹא Lo-hhammi 157.
לָאָה Lea 353.
לָאַט Lot 284. (857.
לָאַךְ Maleaci, Malachias
לֵבָב Lebbæ⁹, Lebaoth 536.
לְבָאוֹת Lebaoth. ibid.
לָבָן Laban 329.
לָהָה Lea 353.
לָהָב Lehabim 244.
לָהֵם Helem 740.
לָהַט Lehabim 244.
לָהַק Kehela 488.
לוּז Tziklag 535.
לֵוִי Levi 29.
לוּז Luz 351.
לוּחַ Ramath-lechi 103.
Bdellium 193.
לוּט Lot 284.
לוּן Calne 237.
לוּץ Lahhdan 926.
לוּשׁ Aluſch 485.
לָחָה Lechi 103.
לָחַךְ 938.
לֶחֶם Beth-lechem Bethehem 913.

פִּלְחָ Pichol, Michal ibid.
כָּלַח Calach 241.
כָּלַם 447.
כְּלֹפָא Cleophas 877.
כִּמְהָ Cimham 649.
כַּמֹּן Cyminum 920.
כָּמֹס ibid.
כְּמָר Camarim 699.
כָּנַס Aſcenas 225.
כְּנַעַן Cenahhan, Canaan 9.
כִּנֶּרֶת Cinnereth 496.
כָּסָם Coſam 873.
כָּסַס Carcos 919.
כָּסַל Cislon 497.
כָּסְפָּא Caſiphia 804.
כָּעַשׂ Gahhaſch 592.
כַּפְתֹּר Caphtorim, Cephas
כָּפָּה Cabbon 545. (177.
כַּפֶּל Macpelah 327.
כָּפָר Cephirah 504.
כַּר Beth-car 619.
כַּרְכֹּם Crocum 963.
כָּרַר Ciccar 754.
כָּרַר Beth-car 619.
כְּרוּב Cherubim 197.
כַּרְכְּמִישׁ Cor-hhaſchan 638.
כַּרְמִי Carmi 396.
כַּרְמֶל Carmel 516.
כַּרְמֵל 521.
כַּרְשׁ 521.
כְּרֵתִי Crethi 642.
כָּשַׁב Casbon 918.
כָּשַׁף Achſchaph 512.
כָּשַׁר Jiſchbi-benob 650.
כָּשַׁשׁ Eliſchah 228.
כָּשַׁח Schuach 334.
כָּשַׁם Schammah 369.
כָּשַׁן Schuni 402.
כָּשַׁע Joſchuah 78.
כָּשַׁף Jiſchpah, Jaſpis 948.
כָּשַׁר Jeſchurun 90.
כָּתַר Jitran 374.

כ

כְּאָב Maccabæus 898.
כְּאָה ibid.
כָּבַד Icabod 107.
כַּבָּה Cabbon 545.
כָּבֵל Cabul 125.
כָּבַר Cebar 844.
כָּבָשׁ Maccabæus 898.
כָּדַד Accad 236.
כָּדַר 295.
כֶּהָן Aſcenaz 225.
כֹּרָזִין Corazin 836.
כּוּת Cuth 686.
כּוֹן Jachin 124.
כּוֹס Carcas 919.
כּוּר Cor-hhaſchan 638.
כּוּשׁ Cuſch 122.
כָּזִב Achzib 158.
כִּידוֹן Cidon 750.
כִּים 649.
כִּיף Cephas 176.
כּוֹכָב Cocab.
כָּלַל Michal 116.
כָּלָא ibid.

עָד Mahhad 872.
עָה Johhela 748.
עָל Belial 618.
עָן Jahhan 662.
עָף Hhepha 337.
עָץ Hhutz 265.
עָר Jahharim-oregim 653.
פָּה Japho, Joppe 586.
פָּע Tzaphnat-pahhneach
פַּת Memphis 667. (53.
צָא Titzi 747.
צָב Tzibhhon 363.
צָע Tzahhanannim 579.
צָק Tziklag 535.
צָר Jetzer 409.
צָת Macedonia 886.
קָד ibid.
קָה Jokteel 129.
קָע Kehhilah 552.
קָף Koph 833.
קָץ Kotz 718.
קָר Achikar 895.
קָשׁ Jokschan 332.
רָא Jiron 582.
רָד Jered 209.
רָה Moreh 960.
רָח Jarach, Jericho 271.
רָט Ararat 218.
רָךְ Abrech 51.
רָע Berihhah 132.
רָר Raka 161.
רָשׁ Jeruschah 682.
שָׁשׁ Jeschischai 728.
שָׁב Agabus 883.
שָׁג Rohegah 739.
שָׁע Gahhtam 367.
שָׁר Iad-Abschalom 121.
שָׁד Iedidjah 962.
שָׁה Iuda 30.
שָׁע Tidhal, Iideonim, Jidhhonim 296.
שָׁה Jah, Jehova 60.
שָׁוֹה ibid.
שָׁב Vaheb 459.
שָׁם Jemima 141.
שָׁן Javan 222.
שׁוֹן Jona 680.
שׁוּם Zamzummim 89.
שׁוּע Ziahh 727.
שׁוּר Jachdai 709.
שׁוּל Jachleel 400.
שׁוּם Cham 216.
שׁוֹב Tobias 384.
שׁוּן Javan 222.
שׁוּל Vchal 835.
שׁוּר Ludim 242.
שׁוּשׁ Lachisch 508.
שׁוּשׁ Elul 135.
שׁוּם Jamnor 923.
שׁוּן Benjamin 48.
שׁוּר Vania 925.
שׁוּת 5.
שׁוּר Sedom 260.
שׁוּשׁ Josech 924.
שׁוּף Joseph 37.
שׁוּר Sisera 593.

חֲתִפָה Chatiphah 795.

ט

טֶבַח Tebach 321.
טְבַל Tebalia 763.
טַבָּעַת Tabbahhoth 788.
טִבֵּר Tiberius 870.
טֵבֵת Tebeth 788.
טָהֵר 169.
טוֹב Tobias 384.
טוּר Ietur 344.
טוּשׁ Taschi 901.
טֵית Teth 830.
טִיל Chattil 942.
טִיר Ietur 344
טֶלֶל Telem 531.
טָלָא ibid.
טָמָא Bartimæus 170.
טָמֵן Mammon 862.
טָעָה 641.
טָעֵם Behhel-tehhem 799.
טָפַח Topheth 149.
טִפְסָר ibid.
טָרַם Maranatha 183.
טָרָף Tarpelæi 801.

י

יָאֵב Hijob, 138.
יָאֵל Ioel 620.
יָאֵר Iorim, Iordan 874.
יָאַשׁ Ioasch 597.
יָאָתַר Iehaterai 959.
יָבַב Iobab 276.
יָבַל Iobel 74.
יָבַשׁ Iabesch 612.
יָגַב

חָסַר Chasrah 771.
חֻפָּה Chuppim 407.
חֻפָּה ibid.
חֹפְנִי Chophni 617.
חֶפְצִיבָה Chephtzibah 694.
חֶפֶר Chepher 473.
חֲצֵצֹתָמָר Chatzetzōtamar 309.
חֲצֵרָה ibid.
חָצַץ ibid.
חֲצַרְמָוֶת Chatzarmaveth 270.
חֻקֹּק Chukkokah 581.
חֻקָּה ibid.
חָרַר Nachor 281.
חֹרֵב Choreb 425.
חָרָד Charadah 489.
חָרָן Charan 285.
חֲרֹטֹת Pihachiroth 421.
חָרֹם Chormah 79.
חֶרֶס Cheres 591.
חֲרֵפָה Elichoreph 714.
חָרָץ Charutz 696.
חִרִק Chirik *vocalis.*
חֲרֹשֶׁת Charoscheth 594.
חֶרֶשׁ Cheres 591.
חֲרֹתֹת Pihachiroth 421.
חֶשְׁבּוֹן Cheschbon 463.
חַשְׁחוּם Chaschum 785.
חַשְׁמָה Boscama 912.
חַשְׁפוּפָה Chaschuphah 787.
חָשַׁק 19.
חֵת Cheth 250.
חֶתְלוֹן Chetlon 848.
חֹתָם Chotam 737.

חַטָּף Chatipha 795.
חַיָּי Chava, Eva 2.
חִירָה ibid.
חֵילָם Chelam 645.
חֲכִילָה Chachilah 631.
חַכְמֹנִי Tachmoni. 654.
חֲלָל Chavilah 192.
חֶלְבָּן Chelban 590.
חֻלְדָּה Chulda, Hulda 698.
חֲלָהֵל Achlai 706.
חֲלָמִי Nechelami 839.
חֶלֶף Cheleph 578.
חֶלֶץ Cheletz 657.
חֲלָקָּם Selahh, hammachlekoth 110. Hakeldama 180.
חֲלָשׁ 706.
חָם Cham 216.
חֲמָדָן Chemdan 373.
חֲמָרָה Cham 216.
חֻמְטָה Chumta 555.
חֲמוּל Chemul 397.
חֻמָּס Lachmas 546.
חֲמֹר Chomer 438.
חַמְתָּא Achmetha 802.
חָנָן Chanun, Johannes 118.
חֲנָתָה Machanajim 41.
חֲנוֹךְ Chanoch 200.
חֲסָדָה Bencheſed 666. Betheſda ibid.
חֲסָרָה Pinchas 94.
חֲצֵרָה Zerach 50.
חֲצֵרָע Jizreel 556.

ח

חָח Achochi 655.
חֲבָב Chobab 445.
חֲבָא Nachbi 451.
חֲבוּרָה ibid.
חֲבַל Chobelim 160.
חֲבַקּוּק Chabakuk 855.
חֶבְרוֹן Chebron 291.
חֲבַשׁ Maccabæus 898.
חֲגַּגִּי Chaggi 401.
חֲגָב Chagab 435.
חִדֶּקֶל Chiddekel 195.
חֲדָתָּה Chadattah 532.
חֻלְדָּה Hulda 698.
חֲדַר Hadar 342.
חֲדָשָׁה Chadaſchah 542.
חוֹבָה Chovah 311.
חוֹר Mechidah 792.
חֲוִילָה Chivi 254 & 2.
חוֹחַ Achochi 655
חוֹל Chavilah 192.
חוּץ Chutzoth 469.
חוּר Paſchchur 150.
חוּשׁ Maher-ſchalal-chach-baz 145.
חָזוֹ & חָזֶה Chazo 316.
חִזְקִיָּה Chizkija 683.
חֲזִיר Chezir 758.
חֲטָאָה Chattuſah 717.
חֲטֻם Chumdah 555.

זָבַח Zebach 599.
זְבֻל Zebulon. 36. 166.
זֶה Zetar 952.
זָהָב Mezahab 386.
זָהָם Zeham 768.
זָהַר Zichri 417.
זוּב Zehub 166.
זִוּר Ziv 669.
זוּזִים Zuzim 302.
זִלְפָּה Zilpah 354.
זִיזָא Zajin, Jezanjah 829.
זִיעָז Zahhavan 376.
זֶרֶד Zered 458.
זָחַח Zochet 722.
זָחַל Zocheleth 123.
זִיו Ziv 669.
זִיזִים Zuzim 302.
זִיק Bezek 589.
זִיר Bizjothia 534.
זַכַּי Zaccai, Zachæus 782.
זָכָר ibid.
זִכְרִי Zichri, Zacharias 417.
זִלְפָּה Zilpah 404.
זַמְזֻמִּים Zamzummim 89.
זִמְרָן Zimran 331.
זָנָח Zinah 755.
זָנוֹחַ Zanoach 538.
זַעֲוָן Zahhavan 376.
זִפְיוֹן Ziph 933.
זִקְלַג Tziglag 535.
זָקָן 482.
זָקָף Mitzpa 40.
זַרְזָר Nebuzaradan 701.
זֶרַח Hadar 381.
הֲדָר Hoham 506.
הוֹהָם Jehu 941.
הוּא Hhammihud 441.
הוּחֲמִיהוּד ibid.
הוּרָם Jehova 60.
הוֹן Hin 492.
הָזִיר 472.
הָיְהוָה Iehova 60.
הָיִם Ham 303.
הִין Hin 429.
הָכַל Vchal 835.
הָלֵל Halelu-jah 143.
הָלָךְ Lachisch 508.
הֵלָם Helem 740.
הָמָם Ham 303.
הָמָר Ham 303.
הָמֹל Miletum 958.
הָמָן Haman 12. Abraham
הֵן He 827. (ibid.
הֶפֶךְ Keren-happuch 141
הָצֵן Jahetza 732.
הָרָר Hor 81.
הָרֵשׁ Mars 888.
הָרָן Haran 283.
הָרַס Tiras 224.

ו

וָו Vau 828.
וָהֵב Vaheb 459.

ז

זְאֵב Zeeb 598.
זְבֻב Baal-zebub 166.
זַבְדִּי Zabdi 502.

דַּלָף Iidlaph 318.
דָּלֶת Daleth 826.
דָּם Hakeldama 180.
דֻּמָּם Dumah 340.
דֻּמָּה ibid.
דִּמֹן Dimonah 529.
דָּמַע 623.
דָּנַג 569.
דָּעַךְ Berodach 693.
דָּפַק Dophkah 484.
דָּקַק Diklah 273.
דָּקַר Bendeker 665.
דֶּרֶב Derbe 956.
דֶּרְבֹן ibid.
דִּרְדַּר 411.
דָּרָג Gedera 541.
דָּרָךְ Schadrach 852.
דַּרְכְּמוֹן drachma 957.
דָּרֹם Drimylus 899. & 752.
דָּרְיָשׁ Darius 964.
דָּשֵׁא Paradiſus 196.
דֶּשֶׁן Deſſau 908.
דֹּתָן Dothan 389.

ה

הֶבֶל Abel, Hebel 198.
הֵבֶן Hebenus 850.
הֲגֶה Rogehah, Magi 739.
הָדָד Hadad 379.
הֲדָה 30.
הֲדַךְ Berodach 693.
הֲדֹם Dumah 340.
הֲדַס Hadaſa 196.
הֲדָר

גַּת Gath 514.

ד

דַּי Dodanim 231.
דָּאֵב Adbeel 339.
דָּאֵג Doeg 629.
דָּב Zebub 66.
דָּבְרָה Debora 358.
דָּבְאֵל Adbeel 339.
דָּבְלָתַיִם Hhalmon-diblathaim 494.
דָּבֶק Dophka 484.
דְּבִרָה Debora 358.
דַּבֶּשֶׁת Dabbaſcheth 569.
דְּגוֹן Beth-dagon 548.
דָּגוֹן Beth-dagon 548.
דְּדָן Medad 446.
דּוֹב 358.
דּוּג Bethdagon 548.
דּוֹד Dodanim, David 231. 962.
דְּוֵה Dehaveh 921.
דּוּךְ Berodach 693.
דּוּם Dumah 340.
דּוּן Dan 31.
דּוּר Adoram 272.
דּוּשׁ Pildaſch 317.
דַּי Tzuriſchaddai 440.
דִּיר Noadjah 929.
דָּכָא Berodach 693.
דָּכָה ibid.
דִּלְהָן Dilhhan 543.
דְּלִילָה Delila 610.
דָּלַח Bedolach 193.

גִּזְבָּר Gizbar 775.
גָּזָן Gozan 685.
גָּזָם Gazam 685.
גָּזַר Gazer 685.
גִּחוֹן Gichon 194.
גֵּיא Gebenhinnom, Gehenna 149.
גִּלְעָד Galged, Gilead, Galilæa 39.
גָּלְיָת Goliath 628.
גַּמְלִי Gammadæi 847.
גָּמָל Gamaliel 442.
גֹּמֶר Gomer 219.
גּוּן Guni 408.
גּוּנִי Guni 408.
גָּנְבָּת Genubath 672.
גָּעָז Gizbar 775.
גַּת הָעֵפֶר Gatham 367.
גַּעַל Gahhal 915.
גָּעַשׁ Gahhasch 592.
גִּף Bigvi 778.
גֹּפֶר Gopher 217.
גְּרָר Gerar 259.
גָּרֵב Gareb 661.
גְּרָרָה Gerar 259.
גָּרִזִּים Garizzim 501.
גֶּרֶל 137.
גֶּרֶם Togarma 227.
גִּרוֹן Migron 626.
גָּרַע 895.
גֵּרְשׁוֹם Gerschom 59.
גִּשְׁפָּא Gischpa 814.
גֶּשֶׁם Geschem 808.
גַּת

בְּתוּלָה Bethulia 564.
בִּתְרוֹן Bithron 935.

ג

גּוֹג Magog 221.
גְּאוּאֵל Geüel 453.
גָּאַל Jigal 448.
גֶּבַע Gabbatha 178. & Gibethon 584.
גֹּבָא Gob 652.
גַּבְּתָא Gabbatha 178.
גִּבְלִים Giblim 519.
גִּבְעוֹן Gibhhon 503.
גַּבְרִיאֵל Gabriel, Hetzjon-gaber 492.
גַּבַּשׁ Magbisch 786.
גָּד Gad 33.
גָּדִי Gad 33.
גַּדַּל Magdalena, Magdalum 422.
גִּדְעוֹן Gidhhon, Gideon 99.
גְּדֵרָה Gederah 541.
גָּדֵשׁ Gadesch 900.
גּוֹב Gob 652.
גּוֹד Gad 33.
גְּוִיאֵל Geüel 778.
גִּיחוֹן Gichon 194.
גִּיעַי Bigvai 778.
גֵּיחַל Abigail 112.
גַּיְא Gohhata 340.
גִּיף Bigvi 778.
גֵּיר Agar 14.
גִּישְׁפָּה Gischpah 814.

בָּבֶל Babel 8.
בִּלְגָּ Bilgah 757.
בִּלְהָ Bilhah 355.
בֶּלַע Belahh 151.
בָּלָק Balak 467.
בָּמֹרָ Aholibamah 361.
בְּנֹרָ Ben-hhammi 17.
בָּעֲרָ Gilboahh 635.
בַּעַט 251.
בָּעַל Ierubahhal 100.
בָּעַר Tabhhera 76.
בָּצַץ Tebetz 574.
בָּצָק Botzkah 544.
בָּצַר Botzrah 378.
בָּקְבַּק Isbak 333.
בָּקָק Iischbak 333.
בָּקָר Bakbakar 746.
בָּקַשׁ Joschbakasch 361.
בָּר Bartimæus 170.
בָּרִי Cisloth-tabor 568.
בָּרָא Berodach 693.
בַּרְבַּר Barbarus 891.
בָּרֶד Bered 735.
בָּרָה Tabor 568.
בַּרְזִל Barzillai 648.
בָּרַח Barchumi 937.
בָּרַךְ Abrech 51.
בָּרִם Beth-birim 896.
בָּרַק Bene-barak 585.
בָּרַת Baal-berith 602.
בָּשֹׂם Bosmath 349.
בָּשֹׂר Besor 636.
בָּתַת Batus 766.

בָּדַד Badad 380.
בָּדָא Badan 624.
בְּדַל Bdellium 193.
הֶהָדָ Jogbehah 912.
בָּהַל 198.
בְּהֵמָ Behemoth 139.
בָּהָן Bohan 525.
בּוֹא Babel 8.
בּוּב Abub 905.
בּוּז Buz 315.
בּוּל Hhobal 274.
בּוּס Iebusi 251.
בּוּץ Tebetz 605.
בּוּק Jischbak 333.
בּוֹר Beerschebahh 19.
בּוּשׁ Mephiboscheth 117.
בָּזַז Maher-schalal-chaschbaz 145.
בָּזָרָ Buz 315.
בָּזַק Bezek 589.
בָּחַר Bachurim 633.
בָּטָא Badan, Battus 624.
בָּטַח Betach 640.
בָּטַל Bedolach 193.
בָּטֹן Betonim 521.
בִּיב Abubi 905.
בָּיָן Etzbon 403.
בִּיץ Abetz 574.
בִּיר Beerschebahh 19.
בֵּית Bethel 26.
בָּכְרָ Bacuth 46.
בֶּכֶר Becher 404.
בְּלִ Belial 618.

אָפֵס Vopsi 452.
אָפַע Pahhu 383.
אָפֵק Aphek 515.
אוֹפִר Ophir 275.
אֵצֶל Atzalia 997.
אֶצֶר Etzer 371.
Belteschatzar 154.
אֲרָרָט Ararath 218.
אֲרַב Arab 553.
אֲרֹגְּ Oregim 653.
אֲרָדָּ Beeri 348.
אֲרַח Arach 780.
אֲרַךְ Erech 235.
אֲרָם Aram 12.
אַהֲרֹן Aharon 81.
אֶרֶץ Artza 675.
אֲרַשׁ Arisai 818.
אֶשׁ Ascenas 225.
אֲשָׁשׁ Assus 889.
אֶשֶׁד Bethesda 882.
אֲשָׁם Aschmia 687.
אֲשָׁף Aschpenez 851.
אָשֵׁר Ascher 34.
אֶת Eliattha 945.
אֶתָּד Etham 420.
אֶתָּן Ethnai 731.

ב

בְּאֵר Beerschebah 19.
בָּאַשׁ Mephiboscheth 117.
בְּבַרְ Bebai 783.
בְּגָ Bigtan 953.
בָּגַר Bacchus 966.
בָּדַ Badan 624.
בְּדָד
אֵיתָם Etham 420.
אַךְ Achisch 630.
אָכַל Vchal 835.
אָכִן Jachin 124.
אֲכַף Cephas 577.
אָכַר Acra 903.
אַל Alcimus 955.
אֵלָ 955.
אֵלֵל Elul 135.
אֵלוּל Elul 135.
אֱלָהּ Elohim 42.
אֱלָהּ Elohim 42.
אֲלָם Ellasar 294.
אֲלֹן Allon-bachuth 46.
אֶלֶף Aleph 825.
אֵם Piram 507.
אֲמָהּ 189.
אָמֵן Amen 189.
אֲמַץ Amatzia 679.
אֲמַר Emori 252.
אָן Hosanna 162.
אֲנָהּ Anihham 734.
אָנָה Ochim 837.
אֲנַס 731.
אֲנַף Appajim 704.
אֲנַשׁ Enosch 207.
אָסָא Asa 940.
אָסְנַת Asnath 393.
אָסַף Joseph 37.
אַסִּר Assir 419.
אַף Appajim 704.
אֵפֹד Ephod 431.
אֲפָהּ Appia 423.

INDEX RADICVM, EARVMQVE AD PROPRIA nomina reductio.

אָוֶן Benoni 47.
אוֹן Hetzbon 403.
אוֹר Vrim 72.
אוֹרִי Machazioth 762.
אֵזוֹב Hyſſopus 823.
אָזֵל Hhazazel 73.
אֵזֶן Vzzen-ſcheerah 133.
אֵזֵק 535.
אָזָר Azor 859.
אַח Echi 405.
אָחָד Jachdai 709.
אֲחִי Echi 405.
אֲחֻזָּה Achuzah 347.
אֲחַר Acharchel 719.
אָט Lot 284.
אָטָד Atad 411.
אָטֹם Mammon 862.
אָטֵר Ater 784.
אִי Aja 372. & Icabod 107.
אִיּוֹב Hijob 138.
אִיד Iddo 803.
אִיק Achiſch 630.
אֵיל Allon-bachut 46. & Elohim 42.
אֵימִים Emim 88.
אֵיפָה Epha 423.
אִישׁ Iſch-hod 944.
אִירִי

אָבִב in Abib num. 63.
אֲבַדּוֹן in Abaddon 188.
אַבְרָהָם Abraham 12.
אֲבַק 909.
אָבֵל Abel 57.
אֶבֶן Heben-hhezer 108.
אֲבוּס Jebus 251.
אֲבַק Jabbok 909.
אֲבַר Schemeber 299.
אַגָּד Gad 33.
אַגָּם 923.
אֲגַן Guni 408.
אֲגַף Bigvi 778.
אָגוּר Agur 834.
אֲדַבְּאֵל Adbeel 339.
אָדָם Adam 1.
אֲדֹנִיצֶדֶק Adonitzedek 505.
אֶדְרֶעִי Edrehhi 466.
אֲהַב Vaheb 459.
אֲהֹהָם Hoham 506.
אָהֳלִיבָמָה Aholibamah 361.
אוֹ Vël 949.
אוֹב Oboth 436.
אוֹד Iddo 803.
אָוִה Taaveh 77.
אוֹחִים Ochim 837.
אוֹי Icabod 107.
אֱוִיל Evilmerodach 702.

DVO

INDICES.

Quorum UNUS radicum est; ALTER nominum propriorum omnium, hac in Onomatoscepsi explicatorum.

Numeri verò cifrarum, minime pagellarum numeros, sed ipsorum titulorum, qui Romana per elementa serie perpetuâ distinguuntur, significant.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0852
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0855
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0856
DFG

ii Levi, *Exod.* 6. 21. 1 *Par.* 8.

er Sammua, *Num.* 13. 5.
ulator. G. Cognomen

o oris, aut vilitas vel con-
tis Jacob, *Gen.* 29. 24.
t cogitatio, scil. perver-

. Legisperitus quidam,

ro & Hebræo, falsitas
inus est Judæ, *Num.* 34. 9.
orum, sive iste perfectus,
implex. Nomen viri, 1 *Par.*

olivetum. Filius Balan
ar. 7. 10.
rans vel contemplans,
emplationis, sive iste turtur,
uchi, *Esth.* 1. 10.
. Nomen viri, *Neh.* 10. 14.
ri, *Esd.* 2. 8.
emor. Nomen viri, 1 *Par.*

ut Syriacè, nutrimentum

, Splendor aut claritas.
prilis apud nos dicitur, 1 *Reg.*

l ista bucca: aut Syriacè,
ujus nominis in tribu Juda ci-
n magnæ dedit solitudini, *Ios.*
lificavit Roboam, 1 *Par.* 2. 42.

el, 1 *Par.* 4. 37.
. n. 1 *Sam.* 26. 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791380610/phys_0857
DFG